ACTA

APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS LV - SERIES III - VOL. V

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
M-DCCCCLXIII

An. et vol. LV 30 Ianuarii 1963 (Ser. m, T. V) - N. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PP. XXIII

IN SOLLEMNI CANONIZATIONE

Beatorum: Petri Iuliani Eymard, Confessoris, conditoris Congregationis Presbyterorum et Societatis Ancillarum a Sanctissimo Sacramento; Antonii Mariae Pucci, Confessoris, sacerdotis ex Ordine Servorum Beatae Mariae Virginis; Francisci Mariae a Camporubeo, Confessoris, laici professi ex Ordine Fratrum Minorum Capulatorum: ritu in Basilica Vaticana die IX mensis Decembris, dominica secunda Adventus, a. MCMLXn peracto.

Ad postulationem **instanter, instantius, instantissime** *factam, per Advocatum Sacri Consistorii, a Viro Eminentissimo Arcadio Maria S. R. E. Cardinali Larraona, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, Revmus D. Hamletus Tondini, ab Epistulis ad Principes, Sanctitatis Suae nomine haec respondit :*

Summi Pontificis verbis ad perorationem vestram respondens, vobis omnibus, qui auditis, palam profiteri iubeor eidem admodum cordi esse beatos caelites, quorum vos alacriter causam suscepistis, in sanctorum albo ascribere; cum id videatur non parum conferre ad utilitates christianorum hominum, qui hodie sunt.

Etenim, ut omnibus compertum est, multi nostrae huius aetatis homines, superna bona prorsus obliti, ita terrenis inhiant, ut iam in iis non acquiescant, quae tum recta ratio tum communis iustitia probant, sed ea quaerant et appetant, quae sive divina iura sive humana vetant. Atque huiusmodi voluptatum avida sitis tam late incessit, ut vel in catholicorum ordines quadamtenus subrepere conetur; ex quo oriatur,

ut in eorum mente, in eorum factis, in eorum denique vita tota, christiana doctrina principem debitumque iam non obtineat locum. Quapropter in hac rerum condicione, peropportune accidit quod Summus Pontifex in universae hominum societatis luce viros collocat, qui, dum viverent, suis exemplis docuerunt qua lance hinc animi illinc corporis bona essent pensitanda. Spes enim est fore ut, *dum ... iustos ... cognoscimus, veluti quendam noois innocentiae tramitem virtute eorum reseratum enitentibus, vestigiis persequantur.*[1]

Addendum eodem et illud est, horum beatorum caelitum sollemnem consecrationem magis magisque hominum animos convertere posse ad gravitatem momentumque Concilii Oecumenici Vaticani II, cuius plenarum Congregationum primae seriei hesterno die finis est factus. In his enim de admirabili et saluberrima Ecclesiae doctrina actum est, a Christo Deo tradita, quae tantum abest ut intimam perficiendi animos vim amiserit, ut nullo non tempore viros illuminaverit, excitaverit, aluerit, aeterni Conditoris sui observantissimos et amantissimos, eximio virtutum splendore claros, pariterque de humana consortione optime méritos.

Has igitur ob causas prope est ut Christi Vicarius, post iterum implorata Divini Spiritus lumina, decretorio iudicio suo hos Beatos in Sanctorum numerum referat. Venerabundi ergo peremptorium edictum accipiamus, atque interea ad caelites novensiles supplices animos erigamus ; *quorum societate caelum exsultat, quorum patrociniis terra laetatur, triumphis Ecclesia sancta coronatur.*[2]

Post cantatum hymnum **Veni, Creator Spiritus,** *Summus Pontifex, in Cathedra sedens mitramque gestans, hanc canonizationis formulam sollemniter pronuntiavit :*

Ad honorem Sanctae ed individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra : matura deliberatione praehabita, et divina ope saepius implorata, ac de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Beatos Petrum Iulianum Eymard, Antonium Mariam Pucci et Franciscum a Camporubeo, Confessores, Sanctos esse decerni-

[1] **Cfr. S. Ambros.** *de Ioseph Patr. PL.* **14, col. G73.**
[2] **S. Bedae Vener.,** *Sermo de Sanctis, PL.* **94, col. 450.**

mus et definimus, ac Sanctorum catalogo ascribimus: statuentes illorum memoriam quolibet anno die eorum natali, prima nempe Augusti pro Petro Iuliano, duodecima Ianuarii pro Antonio Maria, et decima septima Septembris pro Francisco, inter Sanctos Confessores pia devotione recoli debere. In nomine Pa tris et Fi **£g** Iii et Spiritus Sancti. Amen.

Postea, praecinente Beatissimo Patre, hymnus **Te Deum** *ab universo clero populoque decantatus est.*

Infra Ritum haec habita est

SUMMI PONTIFICIS HOMILIA

Sollemnis caeremonia, qua summos Ecclesiae honores decrevimus Beatis Petro Iuliano Eymard, Antonio Mariae Pucci, Francisco Mariae a Camporubeo, est profecto eiusmodi, qua vehementer animi nostri moveantur. Hic enim ritus, qui dum hisce in terris a Nobis conficiebatur, a summo Deo in caelis, tota scilicet sede illa exsultante laetitia, ratus habebatur, in memoriam nostram redigebat et quasi sub nostrum subiciebat aspectum, illam sanctitatis notam, quae catholicam Ecclesiam, Christi Sponsam, distinguit.

Catholicis hominibus illud est dulce et iucundum, ex doctrinae capite, quod profitentur, Ecclesiam, matrem suam amantissimam, appellare sanctam. Quod quidem multis confirmatur argumentis. Nam primum eius Conditor sanctus est, quin etiam origo et exemplar sanctitatis; sancta deinde existimanda sunt instrumenta, quibus utitur ad animos perficiendos sibi commissorum filiorum : divina nempe gratia et augusta Sacramenta; tum eius doctrina est sancta, quam a Christo Iesu acceptam inviolate custodit, strenue defendit, impigre inculcat animis, atque ut potest latissime inter gentes disséminât; multi postremo filiorum suorum, cum insigni virtute praestitissent, re ipsa supernae gloriae compotes publice pronuntiati sunt.

Haec, inquimus, explorata atque omnino certa habent christiani homines universi. Sed nemo sane dubitat quin, praeclaro hoc praebito spectaculo, opinio sanctitatis Ecclesiae vel profundius in eorum animos descendat.

Accidit praeterea congruenter, quod sacra haec caeremonia in cursum incidit Concilii Oecumenici Vaticani II; quod nimirum eo in primis pertinet, ut sanctitatis gemma, in diademate inserta, quo Ecclesiae caput redimitur, magis magisque niteat atque splendeat. Haec namque amplissima sacrorum Pastorum congregatio, cum beati Petri Successore falli nescio coniuncta, non solum iterum proponit atque confirmat incommutabiles veritates a divino Magistro traditas ; sed etiam illustrat et adhibenda suadet cotidie crebrius sacrosancta auxilia, quibus divinae gratiae efficiamur compotes et participes. Praeterea praecepta iniungit, quibus christianorum mores nitidius excolantur. Quapropter Concilium non alio spectare dicendum est quam ut hinc ostendat Christi Sponsam *omne possidere, quovis nomine significetur, virtutis genus, in factis et verbis et spiritualibus cuiusvis speciei donis,*[1] hinc ad sanctimoniam Ecclesiae filios incendat, quibus humani generis Redemptor palam edixit: *Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester caelestis perfectus est.*[2]

Quibus positis facile seguitur, ut in primis christifideles in eo honeste glorientur, se talem habere Matrem, quam omnes admirari oporteat, propter incredibilem pulchritudinem eidem divinitus inditam. Eius enim dignitas non gemmis, non margaritis emicat, humano visui conspiciendis, sed fulgore et gratia radiât, quae e Conditoris sui Sanguine et insignibus multorum filiorum virtutibus manant.

Sequitur tum etiam, ut quicumque christianum profitentur nomen, ii vitae consuetudinem servare enitantur, quae a matris suae superna nobilitate nulla ex parte abhorreat, neque ab eius praeceptis et institutis sit aliena. Siquidem nemo vere affirmare potest se matrem re ipsa diligere, de cuius decore aliquid detrahere moribus suis non vereatur.

Invito paterno ai fedeli

Venerabili Fratelli, diletti figli.

Amiamo proseguire il discorso, come a familiare colloquio, nella lingua italiana, per associare più strettamente all'intimo gaudio del Nostro

[1] Cfr. S. Cyril. Hier. *Cathecheses, P. G.* 33 col. 1044.

[2] *Matth.* 5, 48.

cuore i numerosi fedeli, convenuti in questa Basilica, e quanti altri seguono lo svolgersi del sacro rito attraverso la radio.

Da oggi l'intera famiglia dei credenti contempla tre nuove fulgide stelle nel cielo della santità: S. Pietro Giuliano Eymard, S. Antonio Maria Pucci e S. Francesco Maria da Oamporosso. E se tre Famiglie Religiose di antica e nuova tradizione — diciamo : i Sacerdoti del Santissimo Sacramento, i Servi di Maria, i Francescani Cappuccini — hanno motivo di esultare per il particolare titolo di onore, con esse è tutta la Chiesa, che si raccoglie in preghiera presso i novelli Santi per averne primizia di intercessione e di celesti favori.

La figura luminosa di ciascuno meriterebbe immediata illustrazione, che per altro non mancherà in forme molteplici e per la parola e per la penna dei sacri oratori e scrittori. A Noi piace cogliere subito una significativa affinità di insegnamenti e di esempi in questi uomini di Dio, vissuti nel corso di una stessa generazione. Nella loro vicenda terrena, pur nelle diverse attribuzioni della vocazione propria di ciascuno, splendono più fulgide tre note : vita Eucaristica, tenerissima pietà Mariana, imitazione del Buon Pastore. Di qua proviene per i fedeli e per l'umanità un messaggio di intensa vibrazione.

L'Eucaristia fonte di ogni santità

1. *Vita eucaristica,* anzitutto, poiché nella Ss. Eucaristia è la fonte e il nutrimento di ogni santità. Lo diceva il Nostro Predecessore San Leone Magno : « La partecipazione del corpo e del sangue di Cristo non ha altro effetto, che quello di farci diventare Colui, che noi riceviamo ».[3]

Questa progressiva trasformazione nella vita stessa del Salvatore Divino, oh quanto è visibile nel mirabile sviluppo delle virtù dei Santi oggi canonizzati !

E quali rapporti di particolare intimità con Gesù Eucaristia si scoprono nelle loro ascensioni ! Basta il nome di San Pietro Giuliano Eymard per aprire allo sguardo il fulgore dei trionfi eucaristici, a cui egli volle dedicata, pur in mezzo a prove e difficoltà di ogni genere, la propria vita, che si prolunga nella Famiglia da lui fondata. Il fanciullo quinquenne, trovato sull'altare, reclinante il capo sulla porticina del Tabernacolo, è lo stesso che fonderà a suo tempo la Società dei Sacerdoti del Ss. Sacramento e le Ancelle del Ss. Sacramento, irradiando in innu-

[3] *Serm.* LXIII, cap. VII ; P. *L.* 54, 357.

merevoli schiere di Sacerdoti Adoratori il suo amore e la sua tenerezza a Cristo, vivente nell'Eucaristia. E il santo parroco di Viareggio non aveva immesso un profondo spirito eucaristico nelle associazioni laicali da lui promosse, come *tessera* di riconoscimento per il cristiano? Questa ansia di apostolato eucaristico nasceva in un cuore preso dall'amore a Gesù vittima. I testimoni oculari ne hanno lasciato commoventi descrizioni. Identica pietà eucaristica nell'umile frate cercatore Francesco Maria da Camporosso, da tutti chiamato, nonostante le sue proteste, « il Padre Santo ». E a giusto titolo, perchè il suo passaggio quaggiù ha rinnovato la fragranza dei fioretti francescani.

La vita eucaristica è l'anima segreta degli impulsi di generosità, che hanno spinto i tre Eeligiosi sulle vette della santità.

Perenne fiducia nella Regina dei Santi

2. *Pietà Mariana.* Accanto a Gesù si trova la Madre sua, *Regina Sanctorum omnium,* suscitatrice di santità nella Chiesa di Dio, e suo primo fiore di grazia. Intimamente associata alla Kedenzione nei disegni eterni dell'Altissimo, la Madonna, come ha cantato Severiano di Gabala « è la madre della salvezza, la fonte della luce divenuta visibile ».[4] Piace pertanto alla pietà filiale considerarla all'inizio di ogni vita cristiana, accompagnarne con trepida cura l'armonioso sviluppo, coronarne la pienezza con la sua presenza materna.

Non sorprende dunque il trovare Maria Santissima, vicina e tenerissima, nella vita dei tre novelli Confessori : San Giuliano Eymard la propone a modello degli adoratori, invocandola col titolo di « Nostra Signora del Santissimo Sacramento » ; Sant'Antonio Maria Pucci, fedele alle tradizioni del suo Ordine, fa della sede del suo apostolato la città della Madonna Addolorata, anidándole ogni più ardua impresa di sacro ministero ; San Francesco Maria da Camporosso, con filiale ardimento, non teme di inviarle i derelitti e i sofferenti, con le parole : « Andate a nome mio alla Madonna delle Grazie. Ditele che vi manda il suo servo Francesco ».

Oh quale devozione spirano i santi nel loro soprannaturale trasporto di confidenza nella intercessione della Madre di Dio e Madre nostra ! Questa delicata pietà Mariana ha certo favorito il compiersi del gaudio odierno.

[4] ***De mundi creatione,*** orat. **VI ; *P. G.*** 56, 498.

Fedelissima immagine del Buon Pastore

3. *Imitazione del Buon Pastore.* **Uno solo dei novelli Canonizzati ebbe la cura diretta delle anime, riproducendo in terra italiana gli esempi del santo Curato d'Ars; ma tutti e tre riproducono con fedeltà mirabile l'immagine del Buon Pastore. L'aspetto pastorale Ci dà tanta consolazione, al termine della prima sessione del Concilio Ecumenico Vaticano II, che il Signore ha voluto per un generale ravvivamento di tutte le forme della vita cristiana.**

Questa irradiazione pastorale, nella testimonianza dei novelli santi, si può definire formazione di buoni preti, dall'anima fervente di adoratori, le cui schiere si sono moltiplicate in tutto il mondo, e danno in questi giorni a Boma, nel loro Convegno Internazionale, spettacolo edificante della loro pietà. Questa irradiazione si esprime inoltre col fervore delle missioni al popolo, forma immediata ed efficace di catechesi evangelica, e con altre istituzioni di carattere parrocchiale, che furono l'alba promettente delle organizzazioni di Azione Cattolica. Irradiazione che con parola semplice si chiama apostolato del buon esempio, compiuto con instancabile zelo per seminare nelle anime l'amore di Cristo, e risvegliarvi la coerenza di propositi gravi e solenni. La stessa sollecitudine costante per la carità verso i poveri, quale si legge in particolari commoventi nella vita dei novelli santi, è forma altissima di imitazione del Buon Pastore, che diffonde il suo influsso soave nelle anime, e gli dà la testimonianza concreta e commovente, come risposta al *dilexit nos, et tradidit semetipsum pro nobis.*[5]

H perfetto adoratore del Ss.mo Sacramento

Nous voulons ajouter maintenant un mot pour les pèlerins de langue française, venus assister à la glorification de Saint Pierre-Julien Eymard, prêtre, confesseur, fondateur de deux familles religieuses consacrées au culte du Saint Sacrement.

C'est un Saint qui Nous était familier depuis de longues années déjà, comme Nous Pavons dit tout à l'heure, lorsque la Providence Nous fournit l'heureuse occasion, au temps de Notre service à la Nonciature Apostolique en France, de Nous rendre dans son pays natal, à la Mure d'Isère, près de Grenoble.

Nous avons vu là de Nos yeux le pauvre lit, la modeste chambre, où

[5] Cfr. ***Gal.*** 2, 20.

ce fidèle imitateur du Christ rendit sa belle âme à Dieu. Vous pouvez deviner, chers Fils, avec quelle émotion Nous évoquons ce souvenir en ce jour où il Nous est donné de lui décerner les honneurs de la canonisation !

Le corps de Saint Pierre-Julien Eymard est conservé à Paris : mais le Saint est présent à Rome aussi, en quelque façon, en la personne de ses fils, les Prêtres du Saint Sacrement ; et c'est encore un souvenir bien doux à évoquer pour Nous que celui de ces visites que Nous faisions jadis à leur église de Saint Claude-des-Bourguignons, pour Nous unir pendant quelques instants à leurs silencieuses adorations.

A côté d'un Vincent de Paul, d'un Saint Jean Eudes, d'un Curé d'Ars, Pierre-Julien Eymard prend place aujourd'hui dans la phalange de ces astres resplendissants qui sont la gloire et l'honneur incomparable du Pays qui les a vus naître, mais dont la bienfaisante influence s'exerce bien au-delà : dans l'Eglise tout entière.

Sa note caractéristique, l'idée directrice de toutes ses activités sacerdotales, on peut le dire, ce fut l'Eucharistie : le culte et l'apostolat eucharestiques. Nous aimons à le souligner ici, en présence des Prêtres et des Servantes du Très Saint Sacrement : en présence aussi des membres d'une association qui est chère au cœur du Pape, celle des Prêtres Adorateurs, rassemblés à Rome ces jours-ci et venus nombreux honorer ce grand ami de l'Eucharistie.

Oui, chers Fils, honorez et fêtez avec Nous celui qui fut un si parfait adorateur du Saint Sacrement; et à son exemple, placez toujours au centre de vos pensées, de vos affections, des entreprises de votre zèle, cette source incomparable de toute grâce : le *Mysterium fidei,* **qui cache sous ses voiles l'Auteur même de la grâce, Jésus, le Verbe incarné.**

Doni copiosi di celeste pace

Venerabili Fratelli e diletti figli.

Sono queste le elevazioni ispirate dalla triplice glorificazione odierna. Il cuore si riempie di commossa esultanza, e sale al labbro la lode e il ringraziamento al Signore, che ha irradiato nuovo splendore sul volto della sua Chiesa, nell'anno del Concilio Ecumenico.

O santi novelli Confessori, Pietro Giuliano Eymard, Antonio Maria Pucci, Francesco Maria da Camporosso, circondate questo altare della Confessione di S. Pietro, mentre prosegue il rito Eucaristico; e con la

vostra intercessione custodite nei nostri cuori lo straordinario fervore di quest'ora storica, ottenendo all'umanità i doni copiosi della celeste pace, che in Gesù Cristo ha il suo fondamento, la sua legislazione, la sua sicurezza; doni di pace che sono il gaudio della Chiesa, il conforto dei sacri Pastori, l'onore del clero e del popolo santo di Dio. Amen. Amen.

NUNTIUS

Omnibus christifidelibus ac gentibus, ob Nativitatis Domini Iesu Christi mox celebranda «sollemnia. *

Venerabili Fratelli, diletti figli.

Il Natale di quest'anno reca l'impronta del Concilio Ecumenico, grazie al Signore, già così bene avviato.

Dall'I! ottobre infatti all'8 dicembre, si rincorsero qui in Roma due mesi di intensa commozione religiosa. Orizzonti miti e luminosi si videro dischiusi sopra le teste di tutti i credenti in Cristo, sparsi nel mondo, come un invito alle anime più lontane, a volgere l'attenzione al richiamo del Figlio di Dio fatto uomo, al Nato di Betlemme, Redentore di tutti gli uomini e Maestro di tutte le genti.

Certo, nessuna solennità della Santa Chiesa potrebbe meglio convenire alla celebrazione del Concilio, e a segnarne i contorni, come il Natale di Gesù, annunziato in gloria sublime di tutti i cieli, e in letizia rinnovatesi di umana fraternità per quanti furono creati e si succederanno abitatori del,la terra.

Di fatto, oh ! quanta felicità di accordi lo spirito cristiano sa trovare, anche immediatamente, nelle acclamazioni dei Padri del Concilio Vaticano II, e nelle voci angeliche diffuse ogni anno a Natale sopra i vigilanti pastori, e ripetute nella santa notte della più grande esaltazione del divino incontro tra il cielo e la terra ! Quale emozione di accenti in quell'annunzio celeste che diffonde il *gaudium magnum quod erit omni populo;* **e poi in quello stringersi a volo dei cori angelici** *laudantium Deum et dicentium : Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis!* [1]

* Vespere, die 22 Decembris mensis a. 1962.

[1] ***Luc.*** 2, 11-14.

Ebbene, venerabili Fratelli e diletti figli, lasciateci, in questo Natale, alla gioia di riposare alquanto, tocchi ancora come siamo tutti dalle emozioni dell'iniziato Concilio, di riposarci, diciamo, su queste parole della liturgia Natalizia.

». Tre vibrazioni armoniose vengono a noi dalle imminenti festività, in piena luce e celebrazione del grande avvenimento Conciliare :

1. La gloria del Signore affermata dal canto angelico.

2. L'avvento e il godimento della pace sulla terra, in corrispondenza alle aspirazioni delle anime e dei popoli.

3. L'apostolato e il trionfo della unità della Santa Chiesa nel pensiero, nella preghiera e nel sacrificio di Cristo a spirituale vantaggio di tutto il mondo.

La gloria al Signore celebrata da tutte le genti

I. *Gloria in excelsis Deo.* **Verso questa liturgica sublimità si leva innanzi tutto l'inno di Natale. Ed è lo stesso inno della Chiesa Cattolica riunita nel Concilio ed insieme aprentesi come il fiorire di una umanità nuova riconciliata col suo Creatore, e da Cristo Salvatore rigenerata in letizia ed in pace di anime e di popoli.**

Quale emozione all'inizio dei lavori Conciliari di ogni giornata questo *Gloria in excelsis* **della santa Messa, ripetuto in molte lingue, secondo la varietà dei riti, di cui felicemente venivano dati saggi copiosi ed attraenti : Romano e Ambrosiano, Greco e Slavo, Armeno, Antiocheno e Alessandrino, Bizantino, Caldeo, Melchita, Siro e Maronita, ed altri ed altri, di edificantissima e commovente glorificazione, e amoroso incontro !**

Tale ci apparve e tale gustammo questo intreccio di lode, che trascende ogni altezza di gaudio e di omaggio alla bontà misericordiosa del Padre celeste.

Chi ne fu testimone, chi ne accolse gli echi soavissimi non potrà dimenticare questo *Gloria in excelsis Deo* **a cui non semplicemente a voce di popolo, ma a vibrazione pienissima di motivo Gregoriano, risposero ben oltre due mila petti episcopali, qui riuniti da tutto il mondo cattolico, nella solennità della Immacolata, la Madre di Gesù e la Madre nostra, splendente del prestigio, tra i più singolari, della sua esaltazione.**

La pace: sommo bene e sicurezza della tranquillità nel mondo

II. E con la gloria a Dio negli altissimi cieli, il mistero del Natale di Cristo e della sua commemorazione torna a noi pellegrini quaggiù,

come augurio di pace per tutta la terra. *In terra pax hominibus bonae voluntatis.*

Il vocabolo *caelum* **ricorre con frequenza nei due Testamenti. Ma esso è di gran lunga sorpassato in pagine e pagine dal vocabolo** *terra.* **Ora della terra la ricchezza più preziosa e più degna di essere ricordata è la pace.** *Pax in terra* **— noi cantiamo infatti cogli Angeli di Betlemme —** *pax in terra hominibus bonae voluntatis.*

Fra tutti i beni della vita e della storia, delle anime, delle famiglie e dei popoli, la pace è veramente il più importante e prezioso. La presenza, lo *studium pacis,* **è la sicurezza della tranquillità del mondo. Ad essa però si congiunge come condizione la buona volontà di tutti e di ciascuno,** *pax hominibus bonae voluntatis,* **poiché ove questa manchi è vano sperare letizia e benedizione.**

Cercare la pace dunque, in ogni tempo : sforzarci di crearla intorno a noi perchè si diffonda nel mondo intero, difenderla da ogni rischio pericoloso e preferirla ad ogni cimento, pur di non offenderla, pur di non comprometterla. Oh ! che grande impegno è questo di ogni Papa, di ora e di sempre ! Lo sforzo che si accompagna a questi quattro anni del Nostro umile servizio — quale lo intendiamo e lo intenderemo *usque in finem* **— è servizio di Servo dei servi del Signore, che è veramente** *Dominus et princeps pacis.*

Pronunciando e trasmettendo alla radio-televisione queste parole, quanti Ci ascoltano in buona fede e con retta coscienza, Noi pensiamo che vogliano risentire ancora in esse Peco della Nostra più recente invocazione di pace per l'intesa e la concordia dei popoli, contenuta nel Nostro radiomessaggio del 25 ottobre scorso : « Nous renouvelons aujourd'hui cette solennelle adjuration. Nous supplions tous les Gouvernants de ne pas rester sourds à ce cri de l'humanité. Qu'ils fassent tout ce qui est en eux pour sauver la paix ... Qu'ils continuent à traiter, car cette attitude loyale et ouverte a grande valeur de témoignage pour la conscience de chacun et devant l'histoire. Promouvoir, favoriser, accepter des pourparlers, à tous les niveaux et en tout temps, est une règle de sagesse et de prudence qui attire les bénédictions du Ciel et de la terre ».

Il richiamare questo invito Ci è tanto più caro e gioioso, venerabili Fratelli e diletti figli, poiché segni indubbi di alta comprensione Ci assicurano che non furono parole pronunciate al vento, ma hanno toccato intelligenze e cuori, e vengono dischiudendo nuove prospettive di fraterna confidenza e bagliori di sereni orizzonti di vera pace sociale e internazionale.

Di questi felici orientamenti dell'ordine interno dei popoli e internazionale, anche come semplice svolta per l'avvio di una nuova storia del mondo contemporaneo, è graditissima la constatazione di ciò che il Nostro radiomessaggio venne a rappresentare, messo in coro armonioso ed esultante con le voci dell'episcopato mondiale della Chiesa Cattolica, inteso in quei giorni qui in Roma ai suoi lavori Conciliari in santa fraternità, sotto l'amabile guida del Successore di S. Pietro, nel tempio suo. È soffio di alta spiritualità evangelica, è fiamma viva di schietto apostolato cattolico, che attua il divino precetto del Signore e lo consacra : *Quaerite primum regnum Dei, et iustitiam eius : et haec omnia adicientur vobis.*[2]

E) naturale che, in questa attesa e poi nell'attività festosa del Natale, prenda rilievo come beneficio della pace cristiana il riferimento alla prosperità dell'ordine domestico e familiare. Questa triplice apparizione di Betlemme e di Nazareth, con i tre personaggi, Gesù, Maria e Giuseppe, oh ! quale fonte di letizia, di soavità, e di pace.

E quanta profondità nella dottrina del piccolo libro della *Imitazione di Cristo^* **là dove colorisce la figura** *De bono pacifico homine,*[3] **del quale è detto che** *omnia ad bonum convertit.*

Fraternità dei Pastori di anime nel Concilio Ecumenico

III. La terza vibrazione armoniosa ed esultante della festività Natalizia, insieme associata alla gioia intima di cui i venerabili prelati santamente godettero con la loro partecipazione personale alla celebrazione del Concilio, Ci viene espressa in forma commovente di santa fraternità episcopale.

Oh ! veramente la grazia del Signore si è riversata sopra la sua Chiesa in proporzioni superiori ad ogni attesa. Eravamo tremanti al pensiero che la bontà di Gesù benedetto volesse volgersi sulle miserie di un mondo, di cui egli è il Salvatore e il Redentore, ma che dopo venti secoli di storia è ancora così lontano dal rispondere con pienezza di consenso al suo invito. La realtà ha di gran lunga superato ogni attesa: *a Domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris.*[4] **Iddio ha accolto ed esaudito le preghiere delle anime consacrate, dei bambini, degli ammalati e dei sofferenti. Egli ha ascoltato la supplicazione anche di chi desidera e non sa pregare ; di chi anela a ricostituire nella intimità della coscienza**

[2] ***Matth.*** 6, 83; ***Luc.*** 12, 31.

[3] ***Imit.*** Lib. **II** c. 3.

[4] ***Matth.*** 21, 42.

l'armonia delle leggi eterne con le esigenze deila vocazione personale.

Fiore caratteristico di questo avvenimento del Concilio Ecumenico è il dischiudersi spontaneo, quasi inatteso dai più, del senso di unità, meglio si direbbe di avvertita e riconosciuta e bene accolta attrazione verso la fraternità cristiana, espressa nel Simbolo Apostolico in suadente affermazione della Chiesa una, santa, cattolica e apostolica, non a dominio, ma a servizio delle genti, per le quali il disegno di Cristo è aspirazione sinceramente desiderata, anche se non sempre avvertita nei suoi contorni e nei suoi sviluppi.

Sul vasto e complicato e ancora turbatissimo orizzonte della creazione, la cui immagine è nelle prime righe del Genesi, lo *Spiritus Dei ferebatur super aquas.* **Al di là di precisazioni e applicazioni più minute, gli è certo che nei riferimenti a quanto sopravvive del patrimonio spirituale della Santa Chiesa, anche là dove esso non è nella sua pienezza, poche volte nella successione dell'era cristiana — venti secoli trascorsi — si è avvertita una inclinazione così struggente nei cuori verso l'unità voluta dal Signore. La sensibilità che si potè constatare in questo primo affacciarsi, attraverso il Concilio Ecumenico, all'attenzione dei nostri contemporanei del problema religioso, questa sensibilità tutti raccoglie preferibilmente intorno alla figurazione dell'** *unum ovile et unus Pastor.* **È un raccogliersi talora timido, tal'altra non senza qualche apprensione di pregiudizio, che noi sappiamo immaginare e vogliamo anche comprendere, perchè con la grazia divina lo si possa superare.**

li'*unum ovile et unus Pastor* **— che trova accenti di accorata supplicazione** *nell'unum sint* **dell'ultima cena [5] — torna in eco imperiosa dal fondo di venti secoli cristiani, e batte al cuore di ciascuno.**

Unione perfetta delle anime attraverso la Chiesa visibile

Unum sint, unum sint! **« Che siano tutti una cosa sola, come tu sei in me, o Padre, e io in te, che siano anch'essi una sola cosa in noi : onde creda il mondo che tu mi hai mandato ».[6] Questa è la spiegazione ultima del miracolo di amore, iniziato a Betlemme, di cui i pastori e i magi furono le primizie : la salvezza di tutte le anime, la loro unione nella fede e nella carità, attraverso la Chiesa visibile da Cristo fondata.**

Ut unum sint! **È il disegno del Redentore Divino, che dobbiamo attuare, venerabili Fratelli, e resta grave impegno, affidato alla coscienza**

[5] Cfr. ***Io.*** 17, 21.
[6] ***Io.*** 17, 21.

di ciascuno. Nell'ultimo giorno del giudizio particolare e del giudizio universale sarà chiesto a questa coscienza, non se ha fatto l'unità, ma se per essa ha pregato, lavorato e sofferto ; se si è imposta disciplina saggia e prudente, paziente e lungimirante ; e se ha dato vigore agli slanci della carità.

Questo palpito del cuore di Cristo deve invitarci a rinnovato proposito di dedizione perchè tra i cattolici resti saldissimo l'amore e la testimonianza verso la prima nota della Chiesa ; e perchè nel vasto orizzonte delle denominazioni cristiane ed oltre si compia quella unità, verso cui sale l'aspirazione dei cuori retti e generosi.

Tenerezza del saluto ed augurio paterno agli individui e alle famiglie

VeneraMU Fratelli e diletti figli.

Nell'attesa Natalizia, ravvivata dai riflessi del Concilio Ecumenico, il cui lavoro continua verso il suo auspicato coronamento, il Nostro cuore si apre a voi con trepidazione paterna.

Questo del 1962 vuol essere un Natale di più intima e raccolta gioia e pace dello spirito per tutta l'umana società, e specialmente per il suo fondamento, che è la famiglia ; vuol essere un Natale di preghiera e di riflessione per corrispondere all'ansia di Gesù Cristo Nostro Signore per l'unità dei credenti nel nome suo e nel suo Vangelo : *ut unum sint;* **vuol essere un Natale di più vissuta carità nelle reciproche relazioni delle membra del Corpo Mistico, in applicazione generosa per il bene dei singoli e delle comunità familiari, sociali e internazionali.**

Il Nostro cuore, che è preso dal commosso incanto di quest'ora, viene presso ciascuno di voi, venerabili Fratelli e diletti figli; con l'ausilio potente e pur sommesso delle onde radiofoniche e televisive, entra nelle vostre case, che brillano di più ardente attesa per la nascita del Salvatore Divino, si apre alla tenerezza del saluto e augurio paterno. Vorremmo soffermarci al desco dei poveri, nelle officine del lavoro, nelle aule dello studio e della scienza, al letto dei sofferenti e degli anziani, ovunque sono uomini che pregano e soffrono, lavorano per sè e per gli altri, lavorano con animo grande, in esercizio e disciplina della mente, del cuore, delle braccia. Sì, desidereremmo posare la Nostra mano sulle teste dei piccoli, guardare negli occhi i giovani, incoraggiare i papà e le mamme al proseguimento del quotidiano dovere ! A tutti vorremmo ripetere le parole dell'Angelo : *vi annunzio un grande gaudio : è nato per voi il Salvatore.* **E continuare con le riflessioni di Sant'Agostino : « Cri-**

sto è nato, e giace nel presepio, ma regge il mondo: ... è avvolto di poveri panni, ma ci riveste di immortalità : ... non trovò posto nell'albergo, ma vuole farsi un tempio nel cuore dei credenti ... Accendiamo dunque la carità, affinchè possiamo pervenire alla sua eternità ».[7] Questa è la realtà del Natale, e questa auguriamo a voi piena e gioiosa avvalorando il voto paterno con preghiera fervida e prolungata.

O Verbo Eterno del Padre, Figlio di Dio e di Maria, rinnova ancora nell'arcano segreto delle anime il prodigio mirabile della tua nascita ! Rivesti di immortalità i figli della tua redenzione ; infiammali di carità, unifica tutti nei vincoli del tuo Mistico Corpo affinchè la tua venuta porti la gioia vera, la pace sicura, l'operosa fraternità negli individui e nei popoli. *Amen, amen.*

Come a riverbero delle celesti compiacenze del Divino Infante di Betlemme, scenda su di voi tutti, venerabili Fratelli e diletti figli, la confortatrice Benedizione Apostolica, che l'umile Vicario di Colui, che è il Principe della Pace, il Padre dei secoli venturi,[8] su tutti effonde con pienezza di paterno amore.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ATLANTENSIS

Dioecesis Âtlantensis ad gradum et dignitatem metropolitanae Ecclesiae elevatur et nova Provincia Ecclesiastica constituitur, « Âtlantensis » nomine.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Decessorum Nostrorum Summorum Pontificum vestigia prementes, cum ex finium immutatione spes bona affulgeat christiano populo commoda utilitatesque esse oritura, non modo id facere non abnuimus,

[7] ***Serm. 190, In Natali Domini*** VII, 4, PL. 38, 1009.

[8] Cfr. ***Is.*** 9, 6.

quin potins libentissima voluntate peragimus. Qua re, cum venerabilis Frater Aegidius Vagnozzi, Archiepiscopus titulo Myrensis et in Foederatis Americae Septentrionalis Civitatibus Apostolicus Delegatus, post sententiam rogatum venerabilem Fratrem Laurentium Iosephum Shehan, Archiepiscopum Baltimorensem, ab hac Petri Sede petierit ut episcopalis Ecclesia Atlantensis ad metropolitanae gradum eveheretur, novaque insuper Provincia Ecclesiastica constitueretur, Nos, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum, eorumque consensum supplentes qui aliquod ius in hac re habeant vel se putent habere, summa Nostra et apostolica potestate, haec quae sequuntur statuimus et iubemus. Atlantensem Ecclesiam ad gradum et dignitatem metropolitanae Sedis evehimus, cui omnia iura et honores damus, quae eiusmodi Ecclesiis iure communi debentur. Item Atlantensem sacrorum Antistitem archiepiscopali decore simulque Metropolitae dignitate honestamus, datis scilicet iuribus, privilegiis, insignibus quae ei competunt, impositis oneribus et obligationibus quae sunt Metropolitarum- propria. Inter vero privilegia haec erunt, ut possit intra fines suae circumscriptionis et pallio uti, cum tamen illud in publico Consistorio expostulatum et obtentum fuerit, et Crucem in sacris caerimoniis ante se ferre. Novam insuper provinciam ecclesiasticam condimus, *Atlantensem* **appellandam, quae his dioecesibus constabit : Carolopolitana, Miamiensi, Raleighiensi, S. Augustini, et Savannensi, quas a metropolitana iurisdictione Archiepiscopi Baltimorensis eximimus, atque Atlantensi pro tempore Archiepiscopo subicimus. Quae autem his Litteris Nostris mandavimus perficienda curabit venerabilis Frater Aegidius Vagnozzi, quem diximus, cui omnes potestates agendae rei concedimus, quas poterit, si visum fuerit, cuilibet viro delegare, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto. Peracto vero negotio, idem documenta exarari iubebit, eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet. Quod si fiat ut eo tempore, quo hae Litterae ad exitum sint deducendae, alius Aposto^ licae in Foederatis Americae Septentrionalis Civitatibus Delegationi praesit, huic onus imponimus ea perficiendi quae iussimus.**

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac

Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel cor r um - pere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. B. E. Cancellario
IOANNES H. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco **£8** Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CVIII, n. 62.

II

MACEJENSIS - PENEDENSIS
(PALMIRIENSIS INDORUM)

Quibusdam detractis territoriis ex archidioecesi Macejensi atque ex dioecesi Penedensi, nova efficitur dioecesis, « Palmirensis Indorimi » nomine.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quam supremam in omnes fideles potestatem obtinemus, ea a Nobis nonnumquam postulat, ut per aptam ecclesiasticarum circumscriptionum dispositionem christianis populis opportunitatem demus et religionem suam studiose alendi et vitae rationem ad sacri Evangelii prae-

cepta conformandi. Cum ideo venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi et in Brasiliana Republica Apostolicus Nuntius, ab Apostolica Sede petierit ut, partitis territoriis Ecclesiarum Macejensis et Penedensis, nova ibidem excitaretur dioecesis, cumque id opportunum duxerimus, post auditos venerabiles Fratres Ranulphum da Silva Farias, Archiepiscopum Macejensem, et Iosephum Terceiro de Souza, Episcopum Penedensem, reque magna consideratione reputata, consensum eorum supplentes qui in hoc negotio aliquid iuris habeant, de sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium qui Sacrae Congregationi Consistoriali praesunt, atque de Nostra summa et apostolica auctoritate haec, quae sequuntur, statuimus et decernimus. Ab archidioecesi Macejensi integrum territorium separamus municipiorum, prout nunc lege civili terminantur, vulgo Quebrangulo et Paulo Jacinto ; a dioecesi vero Penedensi, territoria municipiorum sic in vulgus nuncupatorum : Agua Branca, Batalha, Belo Monte, Cacimbinhas, Delmiro Gouveia, Dois Riachos, Igaci, Major Izidoro, Jacaré dos Homens, Maravilha, Mata Grande, Monteirópolis, Olho d'Agua das Flores, Olivença, Palmeiras dos Indios, Pao **de Acucar, Piranhas,** Poco **das Trincheiras, Santana do Ipanema, Sâo José da Tapera, atque ex iisdem cunctis novam dioecesim condimus,** *Palmiriensem Indorum* **appellandam atque iisdem circumscribendam finibus ac simul sumpta municipia, quae diximus. Ab eadem praeterea archidioecesi Macejensi integrum territorium municipiorum separamus, quibus nomen Anadia, Boca da Mata, Campo Alegre et Sâo Miguel dos Campos, prout nempe lege civili in praesens uniuntur, illaque perpetuo annectimus dioecesi Penedensi. Novae dioecesis sedes Episcopique domicilium in urbe vulgo Palmeira dos Indios statuetur; cathedram vero episcopalem collocari censemus in curiali templo Deo sacro in honorem B. M. V., quam dicunt Nossa Senhora do Amparo, quod templum ad gradum et dignitatem aedis cathedralis evehimus. Ea praeterea iura, honores, privilegia quae dioecesibus competunt, eadem censemus ad novam hanc Ecclesiam pertinere ; sacris vero Praesulibus, quibus regenda commutetur, etiam onera et obligationes debitas facimus. Dioecesis Palmiriensis Indorum sit Macejensi metropoli suffraganea, eiusque Episcopus eiusdem Metropolitae oboediet. Curet Palmiriensis Indorum Episcopus ut in sua dioecesi Canonicorum Collegium constituatur, ad normas tamen per alias sub plumbo Litteras edendas. Interea vero Consultores dioecesani deligantur, qui sacrorum Antistiti praesto sint in rebus gravioribus explicandis. Qui scilicet a suo munere cessabunt Canonicis**

constitutis. Mensam episcopalem, quae dicitur, sive ea bona efficient quae novae Sedi obvenient ex peracta divisione iuxta canonem 1500 C. I. O. ; sive pecunia quam populus sponte dabit ; sive Curiae episcopalis reditus ; sive denique dos a publica auctoritate danda. Est Nostra voluntas, idque gravi praecepto decernimus, ut Seminarium saltem minus in modo condita dioecesi struatur, pueris excipiendis qui ad sacerdotium vocati fuerint, ad nempe iuris communis peculiaresque Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus leges. E quo, cum adoleverit, lecti iuvenes sive ingenii acie sive animi dotibus insignes Romam mittantur, in Collegium Pontificium Pianum Brasilianum, ut philosophicis theologicisque disciplinis imbuantur. Quod autem attinet ad dioecesis regimen, administrationem, Vicarii Capitularis electionem, aliaque id genus, quae sacri canones praescribunt omnino serventur. De clero autem hoc statuimus ut, cum dioecesis per harum Litterarum exsecutionem condita fuerit, eo ipso sacerdotes illi Ecclesiae censeantur addicti, in cuius territorio beneficium aut officium habeant ; ceteri autem clerici, illi, ubi legitimo domicilio degant. Mandamus praeterea ut acta et documenta quae ad novam dioecesim quovis modo respiciant, quam primum ad eius Curiam episcopalem mittantur, in rerum sacrarum tabulario religiose custodienda. Quae postremo mandavimus, eadem exsequi studebit venerabilis Frater Armandus Lombardi, quem memoravimus, vel qui eo tempore quo fieri debeant Apostolicae Nuntiaturae in Brasiliana Republica praesit, factis omnibus potestatibus, quae poterunt, si visum fuerit, cuilibet delegari, dummodo in ecclesiastica dignitate constituto viro. Idem venerabilis Frater actae rei documenta exaranda curet, quae sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit

vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. B. B. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Begens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tao., vol. CI X, n-. 25.

III

MAKENENSIS

Praefectura Apostolica Makenensis ad gradum dioecesis evehitur

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolica Makenensis praefectura cum, Deo iuvante, decem ante annos constituta, optatis auctibus atque incrementis magis in dies creverit, cumque cupiamus meritam sodalibus Piae Societatis S. Francisci Xaverii pro missionibus exteris ob susceptos inibi labores rependere gratiam, visum est Nobis id probare quod Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando hac de causa censuit, esse nempe praefecturam quam diximus ad dioecesis dignitatem evehendam. Post ideo auditum venerabilem Fratrem Ioannem Baptistam Maury, Archiepiscopum titulo Laodicensem in Phrygia et in Africa Occidentali Apostolicum Delegatum, de summa et apostolica auctoritate Nostra, qua Ecclesiis omnibus in toto terrarum orbe praesidemus, praefecturam apostolicam Makenensem *ad gradum dioecesis* **extollimus,** *eodem nomine* **iisdemque servatis finibus, quam Sanctae Sedi directo subiectam, et Sacrae Congregationi de Propaganda Fide obnoxiam esse volumus. Sedem suam Episcopus in urbe vulgo Makeni appellata ponet, magisterii autem cathedram in sacra aede, ibidem exstante, Deo dicata in honorem B. M. V. a Sacratissimo Rosario de Fatima, quam scilicet ad dignitatem maximi totius dioecesis templi tollimus, cum iuribus quae sacris huiuscemodi aedibus**

competunt. Novae praeterea Ecclesiae sacer Praesul congrua iura habebit omnesque obligationes cum munere coniunctas, quas inter obligationem memorare placet constituendi Canonicorum Collegium, ad normas tamen per alias sub plumbo Litteras dandas. Quoadusque vero id fiat, Consultores dioecesanos Episcopus eligat, qui sibi consilio et ope assint. Volumus insuper ut modo condita dioecesis curis esse pergat sodalibus Piae Societatis S. Francisci Xaverii pro missionibus exteris, qui ad hunc usque diem egregiam ibi evangelicae legi prolatandae navarunt operam, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum. Has denique Litteras Nostras exsequendas studebit venerabilis Frater Ioannes Baptista Maury, quem memoravimus, vel quem ille delegaverit. Si autem tempore exsecutionis alius in Africa Occidentali Delegatum Apostolicum egerit, hic mandata Nostra faciet. Qui vero rem perfecerit onus habebit effecti negotii documenta exarandi, quae de more signata sigilloque impressa, ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subitürum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesima quarta mensis Februarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. *R. E. Cancellarius*

GREGORIUS P. Card. AGAGIAMAN
8. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CIX, n. 81.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Beata Maria Virgo Immaculata, v. « Nossa Senhora da Conceiçao Aparecida », et Sanctus Ioannes Bosco respective in Patronam principalem et in Patronum secundarium pro urbe et archidioecesi Brasiliapolitana eliguntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Evangelii praeconum annales replicantes, videmus semel atque iterum accidisse ut ex impensa flagrantique in Deum atque in Deiparam Virginem pietate nova orirentur oppida, quin immo et urbes, adeo ut et sacrum quoddam haberent rerum suarum initium et optimum in futuras aetates omen secum ferrent. Haud aliter contigit Brasiliapoli, novissimae illi urbi, quae, perpaucos ante annos condita, Foederatarum Civitatum Brasiliae caput est renuntiata. Vix enim ipsa aedificari coepta est, cum Eucharisticum sacrificium, in recenti et ad hodiernae artis rationem condita ecclesia, fuit litatum atque sacra effigies Beatae Mariae Virginis ab Immaculato Conceptu, a fidelibus Brasilianis sub invocatione « Aparecida » tam veneratae, ibi collocata. Marialis exinde religio, Archiepiscopo cleroque praeeuntibus faventibusque supremis Reipublicae Moderatoribus omnibusque Optimatibus, vehementer exarsit. Nosmet Ipsi, sive per Epistulam, die x mensis Martii anno MCMLX datam, qua Dilectum Filium Nostrum Emmanuelem Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyterum Cardinalem Gonçalves Cerejeira, Patriarcham Lisbonensem, Legatum Nostrum, quo sollemnibus urbis inaugurandae causa, Nostro nomine, interesset, renuntiavimus ; sive per Nuntium Radiophonicum, die xxi mensis Aprilis eiusdem anni editum, communis laetitiae partem cepimus. Quam urbem principem Archiepiscopali Cathedra, per Constitutionem Apostolicam die XVI mensis Ianuarii dicti anni datam, auxeramus. Cuius maximum Templum Nostrae Dominae Immaculati Conceptus ab Apparitione, seu « Nossa Senhora da Conceiçao Aparecida » vulgo nuncupatae, est dedicatum. Sanctus insuper Ioannes Bosco, ob suum flagrans Christi Regnum in illas regiones dilatandi desiderium atque studium, peculiari ibi gaudet cultu. Quo magis denique geminus iste cultus, in Virginem scilicet Immaculatam et in Sanctum Ioannem Bosco, in dies augesceret et una cum urbe incrementa caperet, Venerabilis Frater Iosephus Newton de Almeida Batista, primus Brasiliapolitanus Archiepiscopus, nomine

proprio nec non Moderatorum, totius Cleri omniumque fidelium, a Nobis enixe postulavit ut Immaculatam Virginem Mariam, principalem, Sanctum vero Ioannem Bosco, secundarium Patronum caelestem urbis Brasiliae benigne declarare dignaremus. Nos autem, ad firmandam ac dilatandam Catholicam Religionem ac praesertim Marialem pietatem, huiusmodi precibus annuendum perlibenter censuimus. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem Immaculatam, cui lusitano sermone nomen inditum est « Nossa Senhora da Conceiçao Aparecida », in *praecipuam caelestem Patronam,* Sanctum vero Ioannem Bosco, Confessorem, *Patronum minus principalem* urbis et totius archidioeceseos Brasiliapolitanae declaramus, renuntiamus, constituimus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae locorum Patronis principalibus minusque principalibus rite competunt. Contrariis quibusvis minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Aprilis, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Beata Maria Virgo « ab angustiis », v. d. « Nuestra Señora de las angustias », una cum S. Iuliano, aeque principalis Patrona Conchensis dioeceseos eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Acerborum gladio dolorum transfixa, ut paucis diebus post integrum partum ex Simeone sene acceperat, Beata Maria Virgo cunctos edocet Christifideles quomodo sive corporis cruciatus sive animi aegritudines sint toleranda. Tota enim, ut divini

Filii, ita almae Matris vita « crux et martyrium » fuit, sed maximo Ea certe affecta est dolore, cum Iesum vidit cruci affixum, nocentis instar rei. Tum vero infinita quasi vi lacrimarum atque ardentissimo caritatis studio, Servatoris se pedibus advolvit, fructuosissimae mortis merita participando. Hac quidem via, socia nostrae Redemptionis facta est; hac via, dolores in lucrum, salutem, vitamque animorum convertit atque traduxit, quotque virtutum edidit exempla, in quae posteritas Christiana respiciens res ferret adversas humanaeque angustias condicionis ! Optime ergo intelligitur cur veneratio cultusque erga Matrem dolorum non solum antiquitate, verum etiam, amplitudine in catholicae Ecclesiae praestet finibus ; multa etenim inveniuntur loca, ubi Eadem, claro praecipuae nomine Patronae salutata, summis honoribus augetur. Ita quidem, ut Nobis per litteras Venerabilis Frater Innocentius Rodríguez Diez nuper significavit, in dioecesi Conchensi magno fideles prosequuntur obsequio sinceroque animo eandem Virginem, hispanico sermone « Nuestra Señora de las angustias » appellatam. Cum autem idem Praesul a Nobis petierit, ut Apostolicae Sedis decreto caeleste eius patrocinium pro universa ipsius dioecesi firmaretur, has preces, quas omnium proprias esse sacerdotum et fidelium scimus, nulla prorsus dubitatione esse admittendas censemus. Itaque omnibus attente perpensis, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatissimam Virginem, Mariam ab angustiis, v. d. ((Nuestra Señora de las angustias », caelestem apud Deum *aeque-principalem* **Conchensis dioecesis** *Patronam, una cum Sancto Iuliano,* **secundo eiusdem dioecesis Episcopo, constituimus ac declaramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII **mensis Aprilis, anno** MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Beata Maria Virgo « a Quercu » principalis caelestis Patrona declaratur convallis « Nure » vulgo appellatae, intra fines Placentinae dioecesis.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Amicum sidus in huius saeculi fluctibus exasperato mari omnibus lucet, augusta videlicet Maria : hanc si mortales intuentur, a recto cursu nequaquam aberrant, hanc si sequuntur, ad salutis portum perveniunt. Cuius modi religione tenentur, ut ad Nos allatum est, incolae vallis ((Nure » vulgo appellatae atque intra fines Placentinae dioecesis positae, qui scilicet singulari amoris vi in Beatissimam Maria Virginem a Quercu, cultus sedem in oppido « Bettola » habentem, feruntur. Quod pietatis studium ab antiqua aetate repetitur; ineunte enim saeculo xv, ut pia fama est, Alma Deipara in quercus ramis se conspiciendam obtulit puellae cuidam pascenti oviculas, mandans ut ecclesia Divino Filio suo sacra conderetur. Nec multo post eodem loco, in finibus paroeciae municipii illius, ecclesia est excitata, cuius muro quercus, quemadmodum ibidem traditur, fuit inclusa. Quo templo ob temporum iniuriam paene collapso, novum sanctuarium in medio oppido ((Bettola » egregio artificio, conspirante piaque animorum alacritate, est exstructum, atque, ubi prodigialis visus fertur evenisse, sacellum ad venustam architectandi ornandique rationem non ita pridem aedificatum. Ad almam Deiparam toto pectore excolendam iam antiquitus incensi sunt Christifideles, eo etiam quod clementissima Mater munera caelestia ibi est dilargita, nec desinit dilargiri ; recentiore vero aetate probatissima haec populi pietas permagnis est aucta incrementis, cuius actuosae religionis specimen quotannis prima die dominica mensis Septembris praebetur, qua praecipuum sollemne honori Beatae Mariae Virginis a Quercu festo cum apparatu ac summa hominum frequentia solet celebrari. Quam ob rem Sanctus Pius Pp. X, Decessor Noster, adhibitis sibi precibus obsecundans, Dei Genetricem a Quercu appellatam oppidi « Bettola » principalem Patronam die xn mensis Novembris anno MCMXIII **renuntiavit. Petrianum vero Canonicorum Collegium die xx mensis Februarii anno** MCMXX **indulsit, ut eiusdem Caelestis Virginis imago ibidem asservata aureo diademate sollemni ritu redimiretur. Praeterea Apostolica haec Sedes, sacram aedem illam**

peculiari benevolentia respiciens, munera e thesauro Ecclesiae deprompta seu Indulgentias eidem concessit. Cum denique non ita pridem simulacrum Beatae Mariae Virginis a Fatima in sacra peregrinatione circumferretur atque in oppido « Bettola » sisteret, manifestum fuit religionem Marialem in animis non solum incolarum eiusdem municipii sed etiam totius Vallis « Nure » penitus inhaerere. Haec considerans, Venerabilis Frater Humbertus Malehiodi, Archiepiscopus-Episcopus Placentinus, vota quoque significans universi cleri atque civilium potestatum, preces ad Nos admovit, ut Virginem Deiparam, nomine illo insignem, convallis a flumine « Nure » appellatae praecipuam Patronam constitueremus. Quibus supplicationibus libenter admissis, Nos e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem a Quercu nuncupatam principalem apud Deum caelestem *Patronam* **convallis ((Nure », quae vulgo dicitur, confirmamus seu facimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Iunii, anno MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULAE

I

Ad Rev.mum Patrem Michaelem a Iesu, Moderatorem Generalem Ordinis SS.mae Trinitatis redemptionis captivorum, septingentésimo et quinquagesimo exeunte anno a pio S. Ioannis de Matha, eiusdem Ordinis conditoris, obitu.

Septingenti et quinquaginta mox abibunt anni, ex quo S. Ioannes de Matha, terrestris vitae cursu confecto, ad caelum migravit. Dilectum Deo et hominibus cuius memoria in benedictione est[1] decet eum, tam fausta recurrente memoria, impensiore studio recoli, et quasi nitidiorem lucernam in Ecclesiae candelabro coruscare. Enimvero salutaris ac rei congruens Sacrarum Litterarum hortatrix personat vox : « Laudemus viros gloriosos, et parentes nostros in generatione sua ».[2]

Quapropter Nobis probandum esse censemus a te, dilecte fili, susceptum consilium, quod eo spectat, ut legiferi patris vestri vita melita, opera, merita insigni celebratione honorentur.

Cum Ioannes de Matha et Felix de Valois, fraterno foedere ei coniunctus, postquam in solitario secessu diu precibus supernum impetraturi afflatum vacarunt, a Decessore Nostro Innocentio III assecuti sunt ut, nova in Ecclesia religiosa familia, Ordo SS. Trinitatis ad redimendos ab infidelibus captivos constitueretur, provido incepto caelestis gratia manifesto affuit. Qui Ordo profecto prosperi incrementi vires cepit; nam veluti generosa arbor, piantata apud decursus aquarum, fructum suum dedit tempestivum et folium eius non defluxit.[3] Exquisitissimam messem caritatis, saepenumero heroico ritu exercitae, abunde protulit et christianae reipublicae adiumentum et solacium comparavit uberrimum. Historiae vestrae annales replican tibus patent innumera egregia opera a priscae aetatis sodalibus vestris perfecta, ut captivi cuiuslibet generis et aetatis e servitute christiani nominis osorum liberarentur.

Temporis adiunctis mutatis, religioso Instituto vestro alii campi finesque, evangelica caritate poscente, nunc panduntur, ut nempe animi

[1] Cfr. ***Eocli.*** 45, 1.
[2] ***Eocli.*** 44, 1-2.
[3] Cfr. ***Ps.*** 1, 3.

Christi sanguine redempti infernae potestatis et peccati mancipio, quod ceteris durius et saevius est, eximantur. Reapse ad Dei unius et trini gloriam amplificandam, sinceri fratrum amatores, precum studio, voluntaria corporis afflictatione ecclesiasticis laboribus vacatis. Cuius navitatis certationem et progressum singulari cum delectamento conspicientes, flagrantia vota facimus, ut haec magis magisque vigeat, floreat ac maiores usque christiano nomini utilitates et opportuna auxilia praebeat.

Antiquorum sodalium vestrorum magnanimam fortitudinem imitamini, aemulo studio pie et fructuose agendi eorum vestigiis insistite. Non solum vovistis sanctitatem, sed omnis sanctitatis perfectionem : vestrum est Deo adhaerere ; vestrum est ut nomen arcanae et adorandae Trinitatis solis instar mentibus nitidior effulgeat, magna in rem usumque vitae strenue deducere.

Bene ominatis verbis id cupientes, ut statae celebritates in honorem S. Ioannis de Matha feliciter cedant atque salutari cum fructu sui memoriam linquant perquam suavem ac diuturnam, tibi, dilecte fili, et universis Ordinis SS. Trinitatis religiosis sodalibus et sacris virginibus, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxix **mensis Novembris anno** MCMLXII, **Pontificatus Nostri quinto.**

IOANNES PP. XXIII

II

Ad E.mum P. D. Iosephum S. R. E. Cardinalem Pizzardo, Episcopum Albanensem et Praefectum S. Congregationis Seminariis Studiorumque Universitatibus praepositae, quinque implentem lustra, ex quo in Sacrum Purpuratorum Patrum Collegium est cooptatus.

Quinque celebranti lustra, ex quo sacra Romana purpura decoratus es, tam felicis eventus memoriam votis ominibusque, quae sincero animi affectu promimus, tibi gratiorem et laetiorem facimus.

Nec deest salutaribus precationibus gratulatio Nostra. Nam a secretis Sacri Consilii extraordinariis Ecclesiae negotiis praepositi et in Actionis Catholicae campo et finibus ingenio et sollertia praeditus, fructuosam operam impendisti. Posthac Purpuratorum Patrum Collegio ascitus, in Romana Curia multiplici industria et laboris patienti diligentia praegravibus perfunctus es muneribus; cumprimis vero Sacro

Consilio Seminariis Studiorumque Universitatibus praeposito Praefectus, magnae rerum provinciae consulens et Albanensis dioecesis sedulus Episcopus, praeclara tibi comparasti merita. Omnia fausta, omnia felicia cupientes, Deum supplici prece poscimus, ut te protegat, sospitet, donis caelestibus ditet, atque bor um auspicem, Apostolicam Benedictionem ((magno corde et animo volenti » impertimus, quae caritatis in te Nostrae novum tibi sit testimonium et pignus.

Ex aedibus Vaticanis, die xn mensis Decembris anno MCMLXII, **Pontificatus Nostri quinto.**

IOANNES PP. XXIII

ALLOCUTIONES

I

Ad Patres Conciliares in Vaticana Basilica adúnalos, qui primam Congregationum Generalium Concilii Oecumenici Vaticani H seriem concluserant. *

Venerabiles Fratres,

Singulari prorsus laetitia afficimur quod, sub exitum primae Sessionis Concilii Oecumenici Vaticani II, licet Nobis hodie salutare vos in hac Petriana Basilica congregatos.

Etenim modo recitata marialis precatio *Angelus Domini,* **quae Nobis suavissima est, vestras Congregationes Generales conclusit, quibus quidem, horum duorum mensium spatio, opus molis sane amplissimae est demandatum.**

Perplacet nunc palam asseverare, Nos toto hoc temporis decursu vobiscum coniunctissimos fuisse; precibus in primis, quas fidentes ad Omnipotentem Deum, bonorum omnium largitorem, pro vobis effudimus; deinde sedula animi attentione, qua collatam a vobis operam suavi cum gaudio prosecuti sumus.

Quare hodiernam oblatam occasionem libenter nanciscimur, ut vobis omnibus gratam profiteamur voluntatem Nostram. Per vos, enim, qui sive dirigendo sive scribendo sive loquendo sive consilia dando, praeclarum in modum pastorales sollicitudines vestras ostendistis, a Nobis vox catholicorum omnium quodammodo audita est, qui undique terra-

* Die 7 Decembris mensis a. 1962.

rum hoc tempore ad vestros coetus tanta spe atque exspectatione oculos converterunt.

Praeterea meritae vestrae laudi etiam tribuimus, quod in vestris coetibus caritas in veritate profecto principem obtinuit locum; idque causa est cur Deo plurimas gratias persolvamus.

Congruens rei videtur gratulari de spectaculo, quod amplissimo hoc consessu Ecclesia una, sancta, catholica et apostolica orbi terrarum praebuit.

A die undecimo mensis Octobris, quo sacrorum Antistites catholici nominis Nobiscum sollemni pompa processerunt, suae dignitatis insignibus exornati, usque ad crastinum ritum, conspiciendam se praestitit Ecclesia docens, quae, singularibus hisce in rerum adiunctis congregata, incepit incumbere in studia, ac formulas ad fidem et mores quod spectat concipere, ad eum finem assequendum, propter quem Oecumenicum Concilium coactum est.

Quid autem dicendum de spectaculo, quod elapsa feria quarta contigit? Penitus commoto animo oculi Nostri complexi sunt perinsigne agmen vestrum, quod in Petriano foro flammae instar elucebat. Occursus fuit pius atque festivus, qui adstantibus christifidelibus praeclarum religionis exemplum comparavit.

Fulgenti illo coetu Patrem vidistis cum filiis suis; vosque omnes in episcopatu fratres cum Ipso congregati estis coram beatorum Caelitum aula, ut cum Ipso ingeminaretis preces, Ipsi animorum vestrorum vota et omina significaretis ; qua data occasione gratiarum hymnum Christo Iesu eiusque suavissimae Matri una simul commoto animo fudimus.

Qua de vestrae caritatis significatione liceat Nobis animum perquam gratum iterum iterumque vobis profiteri.

Suaviter commoto animi affectu nunc crastinam diem praestolamur, qua, apud fulgens Apostolorum Principis sepulcrum, vos, peractis huius Sessionis laboribus, ad vestras profecturos Sedes consalutabimus. In qua sollemni caerimonia, ad quam christianorum hominum universitas mentem attento studio iam convertit, impensa filiorum pietate Immaculatam Virginem, Matrem Dei et nostram, venerabimur, ut, benigna praestita ope, nobis provida continenter adsit : illa cum Sanctis Capitibus adiuvante, ministerio nostro omni cum honore et fructu fungi pergemus, quod nil aliud spectat, nil antiquius habet, quam ut Christi Evangelium a nostri temporis hominibus magis magisque cognoscatur, in rem libenter deducatur, atque in omnem civilis cultus provinciam securo gressu pervadat.

Id unum fuit Concilii indicendi consilium, id magna cum exspectatione et fiducia nos omnes cupimus, quotquot in Ecclesia Sancta pastoris partes gerimus.

Venerabiles Fratres,

Haec sunt omina et vota, quae ex imo pectore coram vobis nodie fundere tantopere exoptavimus, ut illo iterum iterumque frueremur gaudio, quod sacri Psaltae vocibus praedicatur : « Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in unum ! x».[1]

Dum ergo paterno animo laetamur, quod crastina die vos denuo videbimus, supernae benevolentiae munera vobis praesentissima invocantes, Apostolicam Benedictionem vobis peramanter dilargimur.

II

Habita in Vaticana Basilica, in festo Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis, post Missam Pontificalem ab E.mo Cardinali eiusdem Basilicae Archipresbytero celebratam, cum prima Sessio Concilii Oecumenici Vaticani II finem caperet. *

Prima Sessio Concilii Oecumenici Vaticani secundi, quae initium cepit cum liturgicum celebrabatur festum Divinae Maternitatis beatissimae Virginis Mariae, fauste concluditur sacratissimo hoc die, quo Immaculata Conceptio Deiparae celebratur, magnis coruscantibus splendoribus, qui a Dei hominumque Matre emanant.

Mysticus quidam caelestis arcus coniungit sacrum coetum, qui hodie peragitur, cum Oecumenici Concilii rutilanti primordio, quod contigit die undecimo elapsi mensis Octobris; hae duae liturgicae celebritates iucundam quandam suppeditant occasionem gratiarum actionibus, quae Deo persolvi debent.

Praeterea, intimus qui subest huic eventui sensus suavior exsistit, ubi in memoriam redigitur Decessorem Nostrum Pium IX Concilium Vaticanum primum hoc eodem die auspicatum esse.

Iuvat has congruentias temporis perpendere, quae si considerantur, licet intellegi magnos Ecclesiae eventus obtingere lucente veluti sidere ac materne protegente Maria.

Concilium reapse est actus, quo in Deum creditur, legibus eius ob-

[1] ***Ps.*** 132, 1.

* Die 8 Decembris mensis a. 1962.

temperatur, Divinae Redemptionis consilio sincere obsequi studetur : consilium dicimus, quo *Verbum caro factum est de Maria Virgine.* **Cum igitur hodie Immaculata** *Virgo de radice lesse* **recolatur, a cuius radice flos ascendit,[1] ingenti gaudio animi nostri perfunduntur : etenim magis magisque cernimus hunc florem apparere, praesertim cum saCri Adventus tempus decurrat.**

-Cum Antistites quinque continentium terrarum ex hac Petriana Aula ad dilectas Dioeceses profecturi sunt — ut perfungi pergant officio pastorum, qui greges suos sequuntur — in cogitatione versantur ea, quae adhuc effecta sunt; atque, sumptis viribus ac perpensis agendi normis, futurum prospicitur, dum in exspectatione est emetiendum iter, ut magnum inceptum perfecte in rem deducatur.

Tria capita Noster sibi sermo proponit : scilicet Concilii Oecumenici initium, progressum, atque exspectatos fructus, ut fides, sanctitudo, apostolatus in Ecclesiam et in civilem consortionem radios emittant.

Mentibus nostris penitus adhuc inhaeret ipsum initium Concilii Oecumenici, videlicet spectaculum amplissimi illius conventus sacrorum Antistitum, e toto terrarum orbe huc congregatorum. Quod per saeculorum decursum ad haec usque tempora fieri contigit numquam. Scilicet *una, sancta, catholica et apostolica Ecclesia* **hominibus se obtulit coruscantem fulgore, qui a perenni munere ipsi constituto exoritur, ostendens compagis suae firmitudinem, exercens flexanimam ac blandam vim institutorum suorum. Meminisse etiam iuvat e plurimis gentibus advenisse, qui, nomine suae cuiusque Civitatis Moderatorum, sollemnibus ob ineundum Concilium interessent. Ac liceat Nobis gratum animum iterum iterumque profiteri, quod nostri temporis homines cum admiratione exordium universalis huius Synodi spectaverunt ; atque undique allatae sunt ad Nos significationes eorum, qui singulari cum studio, magna cum reverentia et existimatione, tantum eventum conspiranter sunt recordati.**

I. Concilii initium

Die igitur illo memorabili undecimo mensis Octobris Patrum mutua et socia opera est inchoata. Primo vero gradu temporis in Concilii Oecumenici celebratione absoluto, expedit iam ut de rebus actis paulisper recogitemus.

[1] Cfr. *Is.* 11, 1.

Prima Sessio, modo quodam lento et sollemni, quasi aditum aperuit ad magnum ipsum opus Concilii ; fuit scilicet initium, unde Patres alacri animo se penitus in ipsam causam et in intimam rationem huius negotii, seu divini consilii insinuarent. Oportebat sane ut fratres e longinquis regionibus advecti et in eandem hanc vetustam Sedem congregati, se necessitudine attingerent; oportebat ut invicem se intuerèntur ad mutuos animorum sensus comperiendos ; oportebat ut scientiam, quam quisque experiendo sibi comparaverat, cum ceteris considerate et frugìfere communicaret, quasi significationem earum rerum, quae variis in locis hominumque ordinibus, ad apostolatum quod attinet, efiici contigit.

Facile intellegitur in tam amplo consessu nonnihil temporis necessarium fuisse ut ad consensionem de rebus perveniretur quae, salva caritate, causam praebuerant discrepantiae, minime quidem mirandae sed animos paulum sollicitantis.

Id ipsum e provido Dei consilio propterea evenit, ut veritas in sua luce poneretur et coram universa hominum societate manifesta fieret sancta libertas filiorum Dei, quae in Ecclesia viget.

Neque fortuito coeptum est ab expendendo schemate de sacra Liturgia, utpote quae ageret de rationibus, quae inter hominem ac Deum intercedunt. Sunt enim hae summi momenti rationes, quae in solido fundamento Revelationis et Magisterii apostolici innitantur oportet, ut opus impendatur in bonum animorum amplissima illa cum iudicandi ratione, quae non sapiat nimiam illam levitatem et festinationem, saepe propriam rationum inter solos homines.

Deinde quinque schemata proposita sunt, de quibus disceptatum est et sententiae latae, quas utilissimas esse arbitramur ad certam ac definitam compositionem approbationemque singularum constitutionum perficiendam, ita ut merito colligi possit bona initia posita esse eorum de quibus adhuc erit disputandum.

II. Concilii progressus

En inde, venerabiles Fratres, oculi Nostri ad operam illam convertuntur, quae proximo novem mensium intervallo, licet tecta silentio nec tamen minore cum gravitate, insumetur, postquam ad honoris vestri Sedes reversi eritis.

Dum unumquemque vestrum in sua quisque dioecesi contemplamur, commoto oblectamento animus perfunditur Noster, cum sciamus vos, ex hac Urbe redeuntes, fiduciae et caritatis fulgentem veluti facem commissis populis daturos esse, atque Nobiscum Deum impensius usque

deprecaturos, ita ut in memoriam suavissime reducantur verba Libri Ecclesiastici de Summo Sacerdote Simone : « et ipse stans iuxta aram, et circa illum corona fratrum ».[2]

Ut videtis, mutua hac precum voluntatumque conspiratione navitas nostra procedit.

Coniuncta opera ob sollemnem hanc celebritatem non intermittitur : immo labores, qui nos omnes manent, maioris certo ponderis et momenti aestimandi sunt, quam in ceteris Oecumenicis Conciliis fuerunt, dum intervalla fiebant. Verum enimvero hodiernae vitae condicionibus singulorum hominum ac rerum ad apostolatum spectantium sedulae communicationes omne genus faciliores redduntur.

Etiam nova Commissio nuper constituta, in quam delecti viri e Cardinalium Collegio atque ex Episcoporum coetu cooptati sunt, ut universalis Ecclesiae partes gererent, id plane testatur : nempe labores Concilii non inter quiescere. Etenim huius Commissionis proprium erit, proximis mensibus laboribus adesse et moderari, atque, collatis consiliis cum singulis Concilii Commissionibus, valida velut fundamenta iacere, ut Oecumenica Synodus ad felicem exitum perveniat. Concilium ergo nostrum proximis novem mensibus, quibus sessiones intermittentur, coeptum iter actuosissime perget.

Singuli Episcopi, etsi pastoralis officii sollicitudine astricti, proposita nunc schemata, aliamque materiem, quae opportuno tempore mittetur, attente meditabuntur atque perpendent. Quam ob rem Sessio, quae proximo mense Septembri continget — cum omnes Concilii Patres Romam iterum optatissimi convenient — secure, constanter atque expeditius procedet, praesertim cum maiorem rerum usum hauriat ex coetibus in hac prima Sessione habitis; indeque sperare licet, fore ut postero anno, qui erit quater centesimus ab exitu Concilii Oecumenici Tridentini, laborum conclusio, quam Nostri dilectissimi populi exspectant, inter sacrata gaudia diei Natalis Domini Nostri Iesu Christi habeatur, cum gloriam Verbi Dei, quod caro factum est, videbimus et adorabimus.

III. Exspectati Concilii fructus

Dum igitur praesaga mente hanc peramplam munerum provinciam complectimur, quae magna cum fiducia consociatae navitati patet, enixa exspectatione afficimur, percupientes ut effectum magna illa consilia

[2] *Eccli.* 5, 13.

tandem consequantur, quae in animo habuimus dum Concilium indicebamus : nempe ut « Sancta Ecclesia, firma in fide, in spe solidata, et caritate ardentior, novo quodam ac iuvenili floreat vigore; atque, sanctissimis legibus munita, in amplificando Christi Regno sit magis efficax atque expedita ».[3]

Quamvis, ut patet, nondum habeantur normae Concilii Oecumenici, quae post eiusdem Concilii labores iam absolutos promulgabuntur, nihilominus iuvat salutares fructus inde orituros iam nunc sitienti animo praecipere. Faxit Deus, ut hi fructus non solum a catholicae Ecclesiae filiis percipiantur, sed etiam redundent in ipsos fratres nostros, qui christiano censentur nomine, immo in innumeros illos homines, christianae lucis nondum compotes, qui antiquissimo ac praestantissimo civilis cultus patrimonio a maioribus accepto gloriantur. Qui quidem nihil habent quod timeant ab Evangelii luce; quae, contra — ut praeteritis aetatibus saepe contigit — valde conferre poterit ad excolenda evolvendaque fecundissima illa religiosi sensus civilisque cultus germina, quae apud eos reperiuntur.

Praesagus animus Noster iam illuc prospicit, venerabiles Fratres; ac probe novimus, vos eadem ac Nos affici sollicitudine.

Cum illud tempus advenerit, tunc necesse erit ut in omnes navitatis Ecclesiae campos, atque etiam in rei socialis provinciam, ea omnia deducantur, quae in Oecumenica Synodo statuta fuerint, ac normis ab eadem Synodo conditis prompto generosoque animo obtemperetur.[4]

Quod quidem opus, maximi sane momenti, a sacris Pastoribus postulabit, ut viribus unitis impensissimam dent operam sanae doctrinae praedicandae et Concilii legibus sollerter exsequendis. Ad id efficiendum, advocanda erit etiam adiutrix opera sacerdotum ex utroque Clero, Institutorum Religiosorum, necnon laicorum hominum pro suo cuiusque munere atque facultate. Quorum omnium munus hoc erit, ut Concilii Oecumenici laboribus christifideles alacri fidelique voluntate respondeant.

Tunc procul dubio exoptata illucescet nova Pentecoste, quae Ecclesiam spiritualibus viribus uberius ditabit eiusque maternum afflatum salutaremque vim per omnes humanae navitatis provincias latius propagabit. Tunc Regnum Christi in terris novo amplificabitur incremento. Tunc denique altius ac suavius in orbe laetus resonabit humanae Re-

[3] ***Epistula autographia ad Germaniae Episcopos,*** die xr mensis Ianuarii MCMLXII.

[4] Cfr. ***Oratio ad Spiritum Sanctum pro Concilio Oecumenico.***

demptionis nuntius, quo confirmantur suprema Omnipotentis Dei iura, fraternae caritatis vincula inter homines, pax, quae his in terris promissa est hominibus bonae voluntatis.

Venerabiles Fratres.

Hi sunt commoti animi sensus, quibus urgemur, quique magnam spem supplicationemque Nostram aiunt. Peractis huius Sessionis laboribus, ad Nationes vestras, ad dilectissimos vobis commissos greges iam reversuri estis; dum igitur proficiscentes vos votis omnibus prosequimur, cupimus ut vestris sacerdotibus atque fidelibus impensam benevolentiam significetis Nostram, ominum atque votorum diserti interpretes facti. Quam ob rem, nunc Nos renovare iuvat bene precantia verba, quibus Decessor Noster Pius nonus, in Oecumenico Concilio Vaticano primo, Episcopos quondam affatus est : « Videtis, dilectissimi Fratres, quam bonum et quam iucundum sit ambulare in domo Dei cum consensu. Sic ambulate semper. Et quoniam Dominus noster Iesus Christus pacem Apostolis dedit, sic et ego Vicarius indignus nomine suo do vobis pacem. Pax, ut scitis, expellit timorem. Pax, prout scitis, claudit aures sermonibus imperitis. Ah ! ista pax vos comitetur omnibus diebus vitae vestrae ».[5]

Superioribus qui abierunt mensibus, una simul congregati, suavissima hac delectatione fruiti sumus, quae ab his Pii noni verbis tam apte declaratur.

Adhuc longum est iter nobis emetiendum : sed sciatis, Supremum Ecclesiae Pastorem ad unumquemque vestrum amantissimas cogitationes continenter convertere, dum in pastoralia munera incumbetis, quae a perficiendi Concilii curis et sollicitudinibus minime disiunguntur. Triplicem laborum nostrorum campum, communi navitati propositum, hodie vobis indicavimus, ut animum vobis adderemus : fulgenti Concilii initio primus aditus patefactus est ad magnum illud opus inchoandum; coniuncta opera proximis hisce mensibus alacris et cogitata perget, ut Oecumenica Synodus optatissimos fidei, spei caritatisque fructus in universa hominum familia aliquando edat. Triplex huiusmodi nota singulare Concilii momentum et gravitatem praedicat.

Magni ergo ponderis negotia et onera nos exspectant ; sed in itinere Deus ipse nos sustentabit.

Nobiscum semper sit Immaculata Virgo Maria ; item castissimus eius

[5] ***Mansi,*** 1869-70, p. 765, 158.

Sponsus Ioseph, Concilii Oecumenici Patronus, cuius nomen ex hodierno die in Canone Missae refulget, nos comitetur in via, qui Nazarethanae Familiae comes atque auxiliator divinitus est datus; et cum ipsis sint Sancti Petrus et Paulus, una cum Sancto Ioanne Baptista, cum universis Pontificibus, Pastoribus ac Doctoribus Ecclesiae Dei.

Versamur in hac principe christianae familiae Basilica, apud Apostolorum Principis sepulcrum ; sed meminisse iuvabit Romanae dioecesis cathedrale templum Lateranensem esse Basilicam, matrem et caput omnium Ecclesiarum, quae Divino Servatori Iesu dicata est. Ipsi ergo Regi saeculorum et populorum, immortali et invisibili, gloria et imperium in saecula saeculorum.[6]

In hac suavi commotione iucunditatis, Caelum patescit supra capita nostra, atque illinc splendor aulae caelestis ita super nos collucet, ut securam spem, supernaturalem fidei constantiam, laetitiam pacemque placidissimam nobis inferat.

Hoc superno illustrati lumine, dum vestrum praestolamur reditum, vos omnes, venerabiles Fratres, salutamus ((in osculo sancto »,[7] **divinorum munerum affluentiam vobis enixe implorantes, quorum pignus et auspicium esto Apostolica Nostra Benedictio.**

III

Ad Maiestatem Suam Mwambutsa IV, nationis v. « Burundi » Regem, qui publice Summum Pontificem invisit. *

Majesté,

Il Nous a été donné, au cours de l'année qui s'achève, de recevoir à trois reprises, en visite officielle, des Chefs d'Etats africains. La venue de Votre Majesté renouvelle aujourd'hui la joie que Nous éprouvons à voir ceux qui président aux destinées de ces jeunes nations placer parmi leurs premiers soucis celui de venir rendre hommage à l'humble successeur de Saint Pierre.

Pour Notre part, Nous avions tenu à Nous associer aux fêtes qui marquèrent, le premier juillet dernier, l'accession du Burundi à l'indé-

[6] ***1 Tim.*** 1, 17; ***Apoc.*** 1, 6.
[7] Cfr. ***Rom.*** 16, 16.
* Die 16 Decembris mensis a. 1962.

pendance. A Notre représentant, qui vous offrait ce jour-là Nos félicitations et Nos vœux, Votre Majesté voulait bien annoncer son intention de venir sans tarder Nous rendre visite au Vatican.

Cette démarche de Votre Majesté, aujourd'hui heureusement réalisée, Nous touche vivement, car elle atteste son estime pour les valeurs morales et spirituelles, et manifeste avec évidence ses sentiments bienveillants vis-à-vis de l'Eglise.

Il y a longtemps que les fils de l'Eglise sont au travail dans le Burundi. La bonne Providence, y a fait fructifier leur apostolat, dans les domaines de la pastorale et de l'enseignement, et les résultats de leurs efforts se sont révélés particulièrement bienfaisants pour le Pays tout entier. Non seulement les écoles primaires — à ce qu'on Nous rapporte — y sont nombreuses et très fréquentées, mais les études secondaires aussi y sont florissantes, et l'enseignement supérieur lui-même s'y est développé de façon à faire honneur à la fois aux vaillants missionnaires qui l'y ont implanté et aux dignes fils du Burundi qui y collaborent et qui en bénéficient.

Nous qui avons tant à cœur l'élévation morale et spirituelle de tous les peuples, ne pouvons que Nous en réjouir et en remercier Dieu.

Nous souhaitons que la marche de votre Pays dans les voies ouvertes par l'indépendance se poursuive dans une atmosphère de concorde et de bonne entente.

Votre Majesté, Nous le savons, a fait beaucoup pour maintenir la paix intérieure et empêcher les troubles dans une période difficile. Elle continuera, Nous en sommes sûr, à exercer son heureuse influence : soit qu'ils s'agisse de promouvoir la féconde collaboration de tous pour assurer la prospérité spirituelle et économique du Pays, soit qu'il faille parfois apaiser les divergences qui pourraient se manifester au détriment du véritable bien de la communauté nationale.

Dieu veuille bénir les progrès de votre jeune Etat : Nous le lui demandons de grand cœur. Quant à Nous, Nous tenons à dire à Votre Majesté que, dans tout ce qu'elle entreprenda pour le bien de son peuple, elle peut être assurée de trouver toujours l'Eglise disposée à prêter sa loyale et dévouée collaboration. Dans ces sentiments, Nous souhaitons la bienvenue à Votre Majesté et invoquons sur elle et sur tout le Burundi l'abondance des divines bénédiction.

IV

Ad E.mos Patres Cardinales et Romanae Curiae Praelatos, qui Beatissimo Patri per E.mum Sacri Collegii Decanum fausta ominati sunt, proximo iam festo Nativitatis Iesu Christi. *

Signor Cardinale.

Le siamo grati per la elevata espressione di augurio, con cui Ella ha interpretato l'animo dei membri del Sacro Collegio e della Prelatura Romana, in questo incontro Natalizio del Papa coi Suoi più vicini collaboratori, partecipi alle ansie dell'apostolico ministero.

Le sue parole, Signor Cardinale, han richiamato quanto la Nostra umile persona potè compiere in quest'anno del Concilio Ecumenico Vaticano II, per disporre tutti a vibrazioni più intense nell'attesa del grande avvenimento; ed Ella ha dato altresì testimonianza alla cooperazione intelligente, cordiale ed attiva dei venerabili componenti il Sacro Collegio alla preparazione, dapprima, e allo sviluppo, poi, dell'azione Conciliare nei primi due mesi.

Ë bello e Ci allieta che proprio il Cardinale Decano abbia voluto cogliere ed esprimere la fatica più nobile dell'intero Collegio Cardinalizio, nel corso degli ultimi tre anni.

Nobile esempio e rinnovato slancio

Venerabili Fratelli e diletti figli Nostri.

Il vostro è un nobile esempio, che dà coraggio a tutti : e che ci dovrà sostenere nei mesi di lavoro, dal prossimo gennaio ai primi di settembre dell'anno entrante. Piace il rilevare una prima singolare attrattiva che si annuncia, compiendosi nel 1963 il quarto centenario della conclusione del Concilio Tridentino, da cui venne alla Santa Chiesa tanto beneficio, anche per le età successive.

L'esperienza dei primi due mesi del Vaticano II ci ha messi tutti in condizione di conferire, con l'aiuto di Dio, chiarezza e scioltezza ai procedimenti della grande assemblea.

Non lieve lavoro si apre ora, in questa fase di prosecuzione fervida e silenziosa della nostra attività, sulla linea che il Signore ci ha ispirata

* Die 23 Decembris mensis a. 1962.

nelPindire il Concilio : cioè un generale e più ardente rinnovamento nella vita della Chiesa, una nuova e vigorosa irradiazione del Vangelo in tutto il mondo, con la Santa Chiesa che lo diffonde, che lo fa conoscere, e ne spiega gli insegnamenti.

Questo rinnovato slancio pastorale è l'ansia costante del Nostro cuore : questo è lo scopo del Concilio Ecumenico, affinchè i nostri contemporanei siano sempre più avvertiti dell'azione materna della Chiesa per la elevazione spirituale, e anche materiale dell'umanità intera.

Ci sia permesso rinnovare qui, a comune direzione ed incoraggiamento dei nostri studi per il lavoro che tutti ci attende, quanto volemmo esprimere, con semplicità e chiarezza, nel Nostro discorso introduttivo dell'll ottobre scorso, nel giorno così solenne della splendente inaugurazione del Concilio. Dicemmo allora alla immensa corona dei venerabili Fratelli nell'Episcopato, radunati per la prima volta in numero così cospicuo presso il sepolcro di Pietro, che questo è il Concilio, e questo
10 riguarda innanzitutto : cioè la fedeltà alle basi dottrinali richiamate e intangibili del deposito sacro della fede e del rispetto alle tradizioni più pure dell'insegnamento della Chiesa.

11 Magistero pastorale della Chiesa

Ma subito aggiungemmo che il nostro dovere non è soltanto di custodire questo tesoro prezioso, come se ci preoccupassimo unicamente della antichità; ma di dedicarsi con alacre volontà e senza timore a quell'opera di derivazione della antica e perenne dottrina, e di applicazione della medesima alle condizioni della nostra età, il che significa proseguire il cammino della Chiesa, maestra delle anime e delle genti, nella successione dei secoli.

Il *punctum saliens* **— dicevamo in quel discorso di apertura solenne del Concilio — non è, quindi, la discussione di questo o quel tema della dottrina fondamentale della Chiesa, in ripetizione diffusa dell'insegnamento dei Padri e dei Teologi antichi e moderni, quale si suppone debba essere già ben presente e familiare allo spirito. Per questo in verità non occorreva un Concilio. Dalla rinnovata, serena e tranquilla adesione a tutto l'insegnameno della Chiesa nella sua interezza e precisione, così come ancora splende negli atti Conciliari da Trento al Vaticano I, lo spirito cristiano, cattolico ed apostolico del mondo intero, attende un balzo innanzi verso una penetrazione dottrinale e una formazione più viva delle coscienze, in perfetta fedeltà alla autentica dottrina ; ma que-**

sta studiata ed esposta attraverso le forme della indagine e della formulazione letteraria del pensiero moderno ... tutto misurando nelle forme e proporzioni di un magistero a carattere prevalentemente pastorale.[1]

Venerabili Fratelli e diletti figli Nostri.

La via lunga di questi mesi, che ci condurrà sino alP8 settembre del prossimo anno, si apre davanti a Noi ricca di invitanti promesse: il Papa, come per il tempo di preparazione del Concilio, e come per tutto il defluire della Sua vita, ama affidarsi alla buona Provvidenza del Padre Celeste, che tutto dispone per il nostro bene.

Ci permettiamo riferirci a quanto nelle scorse settimane fu occasione di qualche trepidazione per la Nostra salute fìsica. Ci è caro esprimere ancora una volta di persona il Nostro grazie per gli auguri, fattici **pervenire, in consonanza di affetto e di preghiera con l'intera famiglia cattolica. La Nostra umile vita, come la vita di ciascuno di noi, sta nelle mani di Dio, e ci piace tanto la frase di S. Gregorio Nazianzeno :** *voluntas Dei, pax nostra.*

Procedere in santa letizia e alacrità di spirito

Intanto riprendiamo con fiducia il comune lavoro. Che il Signore ci aiuti insieme a compierlo in santa letizia e alacrità di spirito, li) grande soddisfazione e vivo incoraggiamento quotidiano il saperCi coadiuvati da menti ed energie così generose, come il Sacro Collegio non ha cessato di dimostrarci, in espressione di amabile e pronta corrispondenza ai Nostri desideri.

Ed ora, Venerabili Fratelli, diletti figli Nostri, ecco che il Nostro augurio si fa preghiera, invocandovi ogni eletta consolazione di celeste grazia dal Divino Infante di Betlemme. L'animo si dilata nella intensa attesa del Natale; e come nel Nostro radiomessaggio Natalizio di ieri sera abbiamo rivolto il pensiero alla intera famiglia umana, così oggi rinnoviamo a voi i voti paterni di cristiana letizia e di pace.

La benignità e la grazia del Divino Redentore ci accompagnino per tutto il nuovo anno con effusioni di celesti compiacenze, di cui vuol essere pegno e riverbero la Nostra Benedizione Apostolica.

[1] Cfr. ***L'Osservatore Romano,*** 12 ottobre 1962, p. 3.

V

***Ad Excellentissimus Viros, qui apud Sanctam Sedem Legatorum munere funguntur, Summo Pontifici fausta ac felicia ominatos.* ***

Excellences et chers Messieurs,

Les vœux que vous Nous offrez par la voix de votre très digne interprète Nous touchent profondément. En vos personnes, c'est une bonne partie des peuples de la terre que Nous voyons représentés devant Nous. Et plaise à Dieu qu'un jour — comme Nous en avons déjà formulé le souhait en d'autres occasions —• toute la grande famille humaine puisse être ainsi rassemblée autour du Pape en une pacifique et aimable rencontre ! Le spectacle que vous donnez ici n'est-il pas une invitation muette, mais bien éloquente, à la fraternité et à l'entente entre les hommes et les peuples?

Cette même invitation, elle a retenti, d'une façon plus parlante encore, sous les voûtes de Saint-Pierre, au cours de l'année qui s'achève. Nous avons dit hier, dans Notre message au monde, l'impression profonde laissée dans Notre âme par la première session du Concile œcuménique. Qui pourra jamais oublier cette vision grandiose, évoquée tout à l'heure par votre Doyen en des termes émus et pleins de noblesse : l'Eglise tout entière, présente en la personne de ses Evêques, et travaillant au rajeunissement de ses institutions et de ses méthodes, au rapprochement de toutes les âmes de bonne volonté? Et cela, sous les yeux d'observateurs de différentes confessions religieuses; on pourrait même dire, sans exagérer, sous les yeux du monde entier : car, grâce aux moyens modernes de diffusion, dont le rôle est si important aujourd'hui, tous et chacun ont pu se rendre compte de la liberté, de la sincérité et de la charité qui ont présidé à ces premiers débats conciliaires.

L'opinion publique, en général, a bien compris que l'Eglise travaille dans l'intérêt du genre humain : elle veut, en effet, aider celui-ci à s'acquitter de son premier devoir, qui est de recconnaître la souveraineté de Dieu ; car elle sait que de là découleront pour lui les biens auxquels il aspire le plus ardemment : la paix et le véritable bonheur, en ce monde et dans l'autre.

L'Eglise, Nous l'avons rappelé maintes fois, ne poursuit pas de buts purement terrestres; elle n'aspire à aucune domination temporelle. La

W

* Die 23 Decembris mensis a. 1962.

règle d'or que lui a laissée son divin Fondateur, c'est le *Pater :* **la sublime prière, qui assigne la véritable hiérarchie des valeurs : d'abord le nom, le règne, la volonté de Dieu ; ensuite le pain et les nécessités de chaque jour.**

Chose admirable, et qui a frappé, au cours des siècles, bien des penseurs et des historiens : plus l'Eglise s'efforce, à travers les vicissitudes humaines, d'être fidèle à ce programme, plus aussi elle travaille efficacement au bonheur de l'humanité et avant tout à la grande cause de la paix.

La cause de la paix ! C'est la vôtre, chers Messieurs. N'êtes-vous pas, par profession, les artisans de la négociation, les ennemis des solutions hâtives et violentes dans les divergences entre les Etats? Mais c'est, pour mieux dire, la cause du genre humain tout entier, aujourd'hui surtout. Y a-t-il quelqu'un au monde qui ne désire la paix, qui ne tremble de la perdre? Quelle émotion immédiate, jusqu'aux confins de la terre habitée, dès qu'elle apparaît menacée!

L'année qui s'achève, vous vous en souvenez, nous a réservé sur ce point quelques motifs de crainte et de tremblement : *timor et tremor!* **Mais n'est-ce pas un bon signe, bien encourageant pour l'année qui vient, que le péril ait été rapidement écarté, que la sagesse et la prudence aient si heureusement triomphé, redonnant confiance et courage à l'humanité en peine?**

Une chose est évidemment fondamentale pour le maintien et l'affermissement de cette paix : c'est que soit respecté, toujours et par tous, le droit international, fondé sur le droit naturel. Quiconque travaille pour l'affirmation du droit dans les querelles entre Etats, travaille pour le bien véritable des hommes et accomplit une œuvre bénie de Dieu.

C'est une caractéristique du monde d'aujourd'hui de posséder, à l'échelle mondiale, des institutions qui s'emploient à faire respecter le droit, à empêcher le déchaînement de la violence. C'est le devoir de tous, Nous n'hésitons pas à le dire, de soutenir et d'appuyer ces institutions de tout faire pour assurer le succès des tâches qu'elles affrontent. Ceux qui travaillent ainsi, et ceux qui continueront à travailler intensément et avec une inaltérable confiance au service de la paix, ceux-là seront en bénédiction auprès des générations futures. L'histoire gardera leurs noms en caractères ineffaçables.

C'est grâce à ces hommes qui nourrissent des pensées de paix — *cogitationes pacis et non afflictiones* **— que le genre humain peut se consacrer, dans une noble émulation, non seulement aux grandes tâches**

économiques et sociales qui s'imposent, mais encore à la poursuite de l'exploration du cosmos et aux réalisations les plus hardies de la technique moderne. Qu'il s'agisse des investigations du savant, des applications du technicien, de Paudace de l'exécutant, l'Eglise applaudit à cet empire croissant de l'homme sur les forces de la nature. Elle se réjouit de tout progrès, présent et à venir, qui permet à l'homme de mieux concevoir l'infinie grandeur du Créateur, et de lui rendre, avec une admiration et une humilité accrues, l'hommage d'adoration et d'action de grâces qui lui est dû.

Puisse l'année qui va s'ouvrir enregistrer encore beaucoup de ces pacifiques conquêtes dues au génie de l'homme! Et Dieu veuille inspirer aux organisateurs de ces grandes entreprises spatiales l'idée d'associer à leurs efforts et à leurs expériences des hommes capables et hardis de toute nation et de toute race. Ils auront ainsi travaillé efficacement pour la fraternité et pour la paix, qui sont l'objet des vœux et des prières de tous en ces saintes fêtes de Noël.

Pour Notre part Nous appelons les meilleures grâces du Ciel sur les hommes de bonne volonté, et Nous prions Dieu de faire descendre en particulier sur vous, Excellences et chers Messieurs, sur vos familles, et sur les pays que vous représentez si dignement ici, l'abondance de ses bénédictions.

Y I

Tale è l'incoraggiamento commovente, che ci viene da San Vincenzo Pallotti e dalla schiera umile e generosa dei sacerdoti eletti, che illustrarono con lui, per virtù e zelo, il Clero Romano. Ciò è quanto dire : primato della preghiera e dello spirito soprannaturale; gerarchia bene intesa di tutti i valori, subordinando ogni altra esigenza a quella della santificazione, di sè e degli altri; studio sacerdotale per una efficace sacra predicazione, e per la direzione spirituale ; cura diretta delle anime, paziente e saggia, nel confessionale, nelle opere di apostolato e di azione sociale, lasciando ai collaboratori laici la sollecitudine di preoccupazioni più minute. In tal modo si può attendere più liberamente alla propria missione : *Nos vero orationi et ministerio verbi instantes erimus.*[8]

È la via, tracciata dai Santi, che si propone ancor oggi nella pienezza del suo splendore di amabile attraimento per tutti i sacerdoti del mondo intero, e di docilità per i buoni fedeli.

[8] *Act.* 6, 4.

Gaudio e fervore delle schiere sacerdotali

Venerabili Fratelli e diletti figli.

In quest'ora solenne, l'animo vostro, lo sentiamo, si effonde con Noi nell'inno della riconoscenza al Signore per la vibrazione che ha voluto comunicarci, a edificazione e consolazione della Chiesa universale, e specialmente delle schiere sacerdotali, diffuse su tutti i punti della terra in esercizio di apostolato instancabile e ardente.

È un'unico palpito di gratitudine, in cui, con i diletti figli del clero e del popolo Eomano, si fondono i sentimenti e le voci dei numerosi piissimi pellegrini, convenuti a questa solenne glorificazione dalla Germania, dall'Austria, dalla Svizzera, dall'Inghilterra e dagli Stati Uniti di America. È consolante vedere che la fiaccola, accesa qui in Roma da San Vincenzo Pallotti, ha dato per le mani della sua Congregazione, e continua a dare, bagliori in molti paesi del mondo !

Che canto trionfale è stato questo *Te Deum* **per ringraziare la Trinità Santissima di quanto ha operato a beneficio ed a fervore della Chiesa tutta per mezzo del novello Santo.**

Il nostro sguardo commosso si ferma sull'umile prete di Roma, associato oggi al corteo di tutti i Santi, sotto lo sguardo pio e benedetto della Madre di Gesù e nostra. Egli ci ha dato la prima nota. A noi elevare con ,lui oggi e sempre i nostri cuori a Dio.

Una preghiera confidente e tutta particolare noi vogliamo qui infine presentare a Te, o nostro Santo Vincenzo Pallotti, gloria del clero Romano, che risplendi oggimaì in tutto l'incanto delle tue virtù. Piacciati intercedere per questo umile Vescovo di Roma, al cui spirito la tua glorificazione reca tanta letizia : di intercedere per i Suoi collaboratori della Curia e del Vicariato, per tutti i sacerdoti, particolarmente per la Congregazione dell'Apostolato Cattolico, che da Te prende un raggio di viva gloria. Tu che fosti instancabile apostolo, direttore di coscienze, suscitatore di entusiasmi santi, magnifico nelle molteplici intraprese, accendi di nuovo fervore tutti i ministri del Signore e questi collaboratori preziosi dell'apostolato cattolico; rendili pronti e aperti a ogni richiamo dei loro fratelli. Sempre e ovunque « sale della terra, e luce del mondo »,[9] intesi alla diffusione del buon profumo di Cristo,[10] siano apostoli di verità, di carità, di misericordia, siano educatori di cristiani esemplari, consultori degli umili e dei poveri, nella luce che si irradia da Gesù, buon pastore, salvatore delle anime e dei popoli. Amen. Amen.

[9] Cfr. ***Matth.*** 5, 13, 14.

[10] Cfr. ***2 Cor.*** 2, 15.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

• !

DURANGENSIS ET ALIARUM
(NAYARIANAE DE IESU ET MARIA)

Detractis quibusdam territoriis ab Ecclesiis Durangensi, Zacatecensi et Tepicensi, nova Praelatura « nullius » conditur, « Nayariana de Iesu et Maria » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Venerabilis Frater Aloisius Raimondi, Archiepiscopus titulo Tarsensis idemque in Re publica Mexicana Apostolicus Delegatus, de christiana religione inter Indos proferenda, qui in eadem Natione incolunt, sollicitus, petiit ab hac Romana Sede ut divisis Ecclesiis Durangensi, Zacatecensi atque Tepicensi, nova ibidem Praelatura « nullius » conderetur. Quibus sane precibus volentes concedere, post rem bene reputatam locorumque Ordinarios Praesules sententiam rogatos, de Nostra apostolica auctoritate haec quae sequuntur statuimus atque iubemus. Ab archidioecesi Durangensi regionem separamus, quam cives vulgo Tepehuanés habitant, quaeque civiles districtus, quos « pueblos » vocant, complectitur : Taxacaringa, Xoconostle, Teneraca, Candelaria, Santa Maria Ocotlan, San Francisco Ocotlan, San Pedro Jicora, Buenavista, Buenaventura, Huazamqta, San Lucas, Milpillas Chico et Lajas ; a dioecesi vero Zacatecensi territorium detrahimus regionis Huichola, quam nempe indigenae coloni Huicholes frequentiores incolunt, civiles districtus seu « pueblos », qui sequuntur, comprehendentis : San Andrés Coaminata, Santa Catarina, San Sebastian, Guadalupe Ocotan et Tuxpan de Bolanös; a dioecesi denique Tepicensi regionem dividimus ab incolis Coras habitatam seu municipia Mayar et Huajicori, et civiles districtus hoc est « pueblos » : Santa Cruz, Sayacota, San Blasito, San Juan Corapa, Rosarito, San Juan Bautista et Teponahuaxtla. Quibus omnibus territoriis novam Praelaturam « nullius » condimus *Nayarianctm de Iesu et*

Maria nomine, cuius amplitudo civiles districtus aequabit seu « pueblos » e quibus coalescit. Itaque, si ad novam circumscriptionem respicias, eadem finitima erit: ad septemtrionem, archidioecesi Durangensi»; ad orientem solem, archidioecesi Durangensi atque dioecesi Zacatecensi; ad meridiem, archidioecesi Guadalaiarensi ac dioecesi Tepicensi; ad occasum denique solis, dioecesibus Tepicensi atque Mazatlanensi. Sedes novae Ecclesiae in urbe Nayar seu Iesus Maria collocabitur; templum - que ibidem exstans B. M. V. a SS. Rosario dicatum ad gradum et dignitatem aedis praelaticiae tollimus, cum debitis privilegiis. Porro condita Praelatura archidioecesi Guadalaiarensi suffraganea erit ad normam sacrorum canonum. Curabit sacer Praesul, cui Ecclesia Nayariana de Iesu et Maria credetur gubernanda, ut Seminarium saltem minus in sua circumscriptione struatur pueris bonae spei excipiendis qui ad sacerdotium fuerint vocati. Quod iuxta normas fiat Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus atque ad leges iuris communis. Cum vero iuvenes adoleverint, qui meliores fuerint Romam mittantur, in Pontificio Collegio Piano Latino Americano philosophia atque sacra Theologia erudiendi. Mensam praelaticiam efficient : Curiae proventus, fidelium christianorum collationes; bonorum pars quae ad normam canonis 1500 C. I. C. novae praelaturae ob venient. Acta et documenta quae ad Sedem Nayarianam de Iesu et Maria adque fideles vel res respiciant, ad eius Curiam praelaticiam mittantur, ibique religiose custodiantur. Sacerdotes postremo qui, his Litteris ad effectum adductis, in eius territorio beneficium vel officium habeant, hi tamquam proprius Praelaturae clerus habeantur ; ceteri ei Ecclesiae addicantur, in qua legitime degant, sive clerici sive Seminarii tirones. Ceterum haec omnia fieri studebit venerabilis Frater Aloisius Raimondi vel quem ille delegaverit, factis debitis potestatibus. Qui vero rem egerit, documenta et acta exarari iubebit, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrum-

pere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tao., vol. CX, n. 8.

II

LUSAKENSIS
(MONZENSIS)

Quibusdam territoriis ab archidioecesi Lusakensi separatis, nova dioecesis conditur, « Monzensis » cognominanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Evangelium salutis, a Christo Dei Filio praedicatum, propagatum ab Apostolis, a ceteris christianae fidei praeconibus usque in ultimas terrae oras invectum, ita sane populis ac gentibus innotuit, ut iam nulla exstet natio tam remota, in qua evangelica tuba non laetissima voce pronuntia-

verit posse homines divino consilio, si credant atque ad christianae religionis placita vivant, per Christi mortem salvari. Inter autem populos, a quibus est christiana fides aequissime suscepta, Rhodesia est : quae est causa, cur sive venerabilis Frater Vido Dei Mestri, Archiepiscopus titulo Tuscamiensis et in Africa Orientali Apostolicus Delegatus, sive venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praepositi, censuerint bene fieri, si in eadem regione nova dioecesis constitueretur. Quam sententiam Nos probantes, re scilicet ante considerate reputata, haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. Ab archidioecesi Lusakensi districtus, quos vocant, Namwala, Mazabuka, Chôma, Gwembe et ea pars districtus de Kalomo quae in finibus Lusakensis Ecclesiae sita est, separamus, quod territorium in praesens Southern Province populari lingua appellatur, ex eoque novam dioecesim constituimus *Monzensem* **cognominandam, eandemque Patribus e Societate Iesu concredendam, ad Nostrum tamen ët Apostolicae Sedis nutum. Hanc ergo Ecclesiam tangent : ad septemtrionem, archidioecesis Lusakensis, ad orientem solem et meridiem, pars territorii Rhodesiae meridionalis, ad occidentem, tandem, dioecesis Livingstoniensis. Placet porro conditam dioecesim metropolitanae Sedi Lusakensi esse suffraganeam, cuius Archiepiscopo sacer eius Praesul oboediet. Qui profecto in urbe Monze domicilium suum constituet, cathedra episcopalis dignitatis in templo Sacri Cordis Iesu, in eadem civitate exstante, collocata. Canonicorum Collegium condatur ; quod si statim fieri nequeat, Consultores dioecesani deligantur, qui Episcopum consilio atque ope iuvent. Item curet sacer Antistes cui Ecclesia regenda tradetur, ut Seminarium extruat, pueris excipiendis qui ad sacerdotium fuerint vocati; in iis enim est spes maxima dioecesium reposita. Ad regimen postremo quod attinet, ad administrationem dioecesis, ad electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, aliaque huiusmodi, leges Codicis I. C. serventur. His praeterea Litteris ad effectum deductis, documenta et acta, quae novam circumscriptionem respiciant, ad eius Curiam cito mittantur, ibique religiose serventur. Mensam episcopalem efficient: bona, si qua sint, quae Sedi Monzensi provenient, iuxta canonem 1500 C. I. C, Curiae proventus, populi collationes, pecunia quam mittere solet Sacra Congregatio Fidei Propagandae. Ceterum has Litteras Nostras venerabilis Frater Vido Dei Mestri ad rem adducet, vel quem ille delegaverit, factis ad id necessariis potestatibus ; si vero illo tempore quo fieri debeant, alius eidem Delegationi praesit, hic mandata haec Nostra faciat. Re vero**

acta, idem venerabilis Frater documenta exarari faciat, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem cito mittat.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per bas Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Eomae, apud S. Petrum, die decimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
8. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CIX, n. 26.

III

BAMAKOËNSIS

(SEGUENSIS)

Detractis ab archidioecesi Bamakoënsi quibusdam territoriis, nova fundatur dioecesis, « Seguensis » nomine.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sacra christiani populi regendi potestas, quam divinitus accepimus, id a Nobis requirit ut, si quando necessitas exigat, alias ex aliis ecclesiasticas condamus circumscriptiones. Quod cum Sacrum Consilium Fidei Propagandae, post auditos venerabiles Fratres Ioannem Baptistam Maury, Archiepiscopum titulo Laodicensem in Phrygia et Apostolicum in Africa Occidentali Delegatum, atque Petrum Ledere, Archiepiscopum Bamakoënsem, faciendum censuerit, latissimum nempe archidioecesis Bamakoënsis territorium esse dividendum, eandem Nos sententiam probantes ratamque habentes, ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. Ad archidioecesi Bamakoënsi totum territorium distrahimus, quod circumscriptiones administrativas quae dicuntur de Macina, Ségou et Dioila, atque pagos de Gouni et Dinan complectitur, ex iisque dioecesim constituimus, *Seguensem* appellandam et Missionariis Africae committendam, ad Nostrum scilicet et Apostolicae Sedis nutum. Nova cathedralis Ecclesia erit metropolitanae Sedi Bamakoënsi suffraganea; item sacer eius Antistes eiusdem Sedis Archiepiscopo obnoxius. Ad mensam quod attinet, ad Seminarium, ad regimen dioecesis ad aliaque huiusmodi, normae omnino serventur Codicis Iuris Canonici. Quod autem respicit Canonicorum Collegium, sinimus ut eorum loco Consultores dioecesani deligantur, a munere quidem cessaturi Canonicis rite constitutis. Documenta postremo et acta, quae ad dioecesim Seguensem spectant, ad eius Curiam episcopalem quam primum mittantur, ibidem in tabulario religiose custodienda. Ceterum, has Litteras Nostras venerabilis Frater Ioannes Baptista Maury, quem diximus, exsequi studebit, vel quem ille delegaverit, dummodo in ecclesiastica dignitate constitutum virum. Qui vero rem gesserit, idem acta et documenta actae rei exarari faciet, eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ;

ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitas nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus, Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel eorrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
8. C. de Prop. Fide Praefectus

Francisciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Aposi.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco **SB** Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CIX, n. 50.

IV

CALIENSIS

(CARTHADENSIS IN COLUMBIA)

Diviso territorio dioecesis Caliensis, nova dioecesis conditur, « Carthadensis in Columbia » cognominanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiarum omnium sollicitudo, qua pro apostolico munere Nostro urgemur, id a Nobis exposcit ut, quae catholicae religioni provehendae et Regno Dei in terris adaugendo conferant, indefatigato studio promo-

veamus. Cum igitur venerabilis Frater Iosephus Paupini, Archiepiscopus titulo Sebastopolitanus in Abasgia et in Columbiana Republica Apostolicus Nuntius, a Nobis expostulaverit ut, quo satius christifidelium bono iii regione quam « Departamento Valle del Cauca » vocant, nova dioecesis conderetur, e territorio dioecesis Caliensis deducenda, post ánditos venerabiles Fratres S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis praepositos sententiamque rogatum venerabilem Fratrem Albertum Uribe Urdaneta, Episcopum Caliensem, eorumque consensu suppleto qui in hac re aliquod ius vel habeant vel se putent habere, summa Nostra potestate sequentia decernimus. A territorio dioecesis Caliensis territoria separamus paroeciarum quae vulgari sermone cognominantur : El Águila, La Maria, Ansermanuevo, EI Cairo, Alban, Nuestra S.ra de la Pobreza et San Jorge in urbe cui nomen Cartago exstantes, Zaragoza, Ulloa, Alcalá, Toro, San Francisco, Argelia, Obando, Versalles, La Unión, La Victoria, Roldanillo, El Dovio, Zarzal, La Paila, Bolivar, Naranjal et La Primavera, ex iisque novam dioecesim constituimus quae *Carthadensis in Colttmoia* **appellabitur iisdemque finibus cingetur quibus paroeciae quas diximus nunc terminantur. Nova igitur dioecesis erit confinis : ad septentrionem, dioecesi Pereiranae; ad orientem, dioecesibus Armeniensi et Palmiranae; ad meridiem, dioecesibus Palmiranae et Caliensi; ad occidentem, Vicariatui Apostolico Istminaënsi. Nuper erectae dioecesis caput urbs erit Cartago cognominata, templumque cathedrale erit aedes Deo in honorem B. M. V. de Monte Carmelo dicata, cui omnia iura, privilegia et honores damus ; Episcopo Carthadensi in Columbia onera insuper et obligationes imponimus, quibus residentes Episcopi adstringuntur. Inter quae memorare placet esse eum eiusque Ecclesia metropolitanae iurisdictioni Archiepiscopi Popayanensis obnoxium; obligatione Canonicorum Collegium eligendi teneri, ad normas per aliud decretum Nostrum edendas : interea autem dioecesanos Consultores constituat, ad Iuris Canonici normas, qui sibi in regenda dioecesi assint. Mensam episcopalem efficient : Curiae emolumenta, liberae fidelium collationes, dos a civili Gubernio danda, eaque bonorum pars quae nuper erectae dioecesi ad normam canonis 1500 C. I. C. ob venient. Volumus insuper ut Episcopus Seminarium saltem minus quam primum fieri potest condat, iuvenibus excipiendis qui sacerdotio initiabuntur, iuxta regulas a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus latas ; ex eo autem lecti iuvenes Romam mittantur, ut in Pontificio Collegio Piano Latino Americano philosophiae sacraeque theologiae disciplinis imbuantur. Ad**

clerum quod attinet, simul ac hae Litterae Nostrae ad exitum adductae fuerint, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti in cuius territorio beneficium vel officium ecclesiasticum habeant; ceteri vero clerici seminariique tirones ei in cuius territorio legitime degant. Quae demum ad regimen, administrationem, electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, attinent, cetera eiusmodi, ea omnia serventur quae Codex Iuris Canonici statuit. Acta denique et documenta novam dioecesim respicientia, ad eius Curiam episcopalem cito mittantur, religiose in tabulario servanda. Ceterum has Litteras Nostras exsequi curabit venerabilis Frater Iosephus Paupini, quem diximus, vel quem ille delegaverit, factis ad id necessariis facultatibus. Qui vero rem egerit, ille acta et documenta exarari faciet, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet. Quod si alius eo tempore eidem Apostolicae Nuntiaturae praesit, hic mandata Nostra faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt^ cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae,- apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*
iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco **£8** Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CIX, n. 85.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Beata Maria Virgo Immaculata Villaregalensis dioecesis principalis Patrona constituitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae solent, Apostolicae Sedis auctoritate, patrocinia decerni, unde sancta astrictaque necessitudo fideles inter et Oaelites exoritur, firmissimis pietatis ac religionis fundamentis innituntur. Hac de re, litterae Venerabilis Fratris Antonii Valente da Fonseca, Villaregalensis Episcopi, magnae Nobis laetitiae fuerunt ; per eas enim, de cultu antiquo ac mire in nobili dioecesi florido certiores facti, in spem etiam eius incrementi, uberrima cum fructuum copia, sumus inducti. Hic vero cultus, qui Beatae Mariae Virgini eidemque originalis labis omnino experti atque divina gratia plenae tribuitur, is est ut suapte vi ad excitandum in populo christiano peccator uni odium et gratiae studium alendum quam plurimum conferat. Ipsa quidem Virgo Immaculata, sese exhibens intaminatam, summo Dei beneficio, primó sui ortus tempore, ad eos quos diximus sensus animos informare fidelium non desinet ; ((Tota Pulchra » cum sit, caelestis huiusmodi venustatis imaginem in suorum corde filiorum effingere studebit. Haec quidem Nobiscum meditati, Villaregalensi Episcopo, qui, nomine quoque sacerdotum, fidelium, civiliumque magistratuum, a Nobiis petiit ut Virginem Immaculatam toti ipsius dioecesi Patronam assignaremus, obsecundare perlibenter statuimus. Itaque, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatam Mariam Virginem ab origine Immaculatam totius Villaregalensis dioecesis principalem apud Deum *Patronam* **facimus, constituimus, declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenis-**

sime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his,'a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv mensis Martii, anno MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

Ecclesia Beatae Mariae Virginis «Reginae Sanctorum omnium», in urbe Chicagia exstans, titulo ac privilegiis Basilicae Minoris decoratur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Sanctitatis apicem, miro Dei munere, Beatam Mariam Virginem tenuisse nemo Christianorum ignorat. Quae enim, gratiae plenitudine fruens, Christo Filio, qui « fons vitae et sanctitatis» praedicatur, a Bethíehemico specu usque ad Calvariae locum proxima eiusque sortis particeps atque in hominum reparanda salute socia fuit, ita inter ceteros una Sanctos eminet, ut eorum omnium Regina optimo iure ab Ecclesia renuntietur. Quodsi insignis haec appellatio, ob suam significandi vim, recte eidem Virgini tribuitur; templis eam amplissimo esse honori patet. Tali quidem exornata titulo Chicagiae, in urbe Septemtrionalis Americae praeclara, exstat sacra aedes, frequentis alacrisque paroeciae caput ac domicilium. Si grata ibidem monumenta, ad ipsum rei publicae spectantia regimen, manent, siquidem in huius paroeciae finibus, vulgo « Sauganash » appellatis, vetustissimam ostendunt ulmum, apud quam foedus illud, Chicagiense nomine, est initum, at Nostra interest reminiscendo celebrare catholici primordia cultus. Qui enim primus in Foederatis Civitatibus sacerdotio est inauguratus, antiqui familiam Indici principis baptismatis aqua eo loci aspersit. Solida autem veriorque totius gloria paroeciae in templo omnium Sanctorum Reginae est posita; magnificum quippe opus, Gothica, ut aiunt, exstruendi ratione perfectum, lapidum marmorumque pretium, musiva tessellas conserendi ars, fenestrae pulchra imaginum serie distinctae, omnia denique laudes caelestis Dominae concinunt, ad quam honorandam sacra novendialia aliaque id genus opera, maximo

fidelium concursu, fiunt. Neque vero est dubitandum quin huiusmodi cultus uberes virtutum fructus afferat. Quae cum ita sint, Dilectus Filius Noster Albertus Gregorius S. R. E. Presb. Card. Meyer, Chieagiensium Archiepiscopus, optati sive hodierni curionis sive omnium curialium veluti interpres, a Nobis petit, ut nobile idem templum ad gradum Minoris Basilicae evehamus. Nos vero, qui, de spirituali Christianorum profectu solliciti, sedes omnes quae mariali floreant religione esse honorandas censemus, benigno preces admittere animo volumus. Itaque, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, paroecialem ecclesiam, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis, Reginae Sanctorum omnium, dicatam atque in urbe Chicagia exstantem, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* **afiicimus ac decoramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis hoc nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvi mensis Martii, anno MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Beata Maria Virgo, « Regina Africae » nuncupata, in principalem Patronam caelestem dioecesis Ikelaënsis eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Regni Mariae ut fines quam latissime proferantur, praesertim ut immensae regiones Africae adiungantur eidem, vehementer exoptant quicumque rei catholicae augendae studio ardent. Merito igitur augustae Mariae Virgini nomen « Reginae Afri-

eae)) est inditum, siquidem maternum eius imperium in animos INCOR **lar um terrae continentis illius eodem apte exprimitur pieque deposcitur. Cuius suavissimae Dominae in dicionem cupiens redigere gregem sibi commissum, Venerabilis Frater Iosephus Weigl, Ikelaënsis Episcopus, Nos rogavit, ut Beatam Mariam Virginem, cui illa adiecta appellatio, suae dioecesis, anno praeterito a Nobis constitutae, caelestem renuntiaremus Patronam. Quas preces, ex sententia quoque sacri cleri populique fidelis eiusdem regionis datas, libenti animo admitientes atque fore confisi, ut ex almae Deiparae tutela christianae fidei uberes ibi auctus accrescant, Nos e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatissimam Virginem Mariam, « Reginam Africae » nuncupatam, principalem apud Deum totius Ikelaënsis dioecesis** *Patronam* **eligimus, constituimus, declaramus, omnibus additis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Aprilis, anno MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris paroeciali ecclesiae Beatae Mariae Virginis a Mercede, in urbe Guayaquilensi, conferuntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Guayaquilensis incolae urbis, quae portus praecipuus est Aequatorianae Dicionis, ad templum Beatae Mariae Virginis de Mercede veluti ad portum salutis ac perfugium animarum solent confluere, ubi scilicet Alma Deipara pie et continenter exco-

litur, suppliciter exorata munera dilargitur superna. Quae religio ab antiqua repetitur aetate, siquidem imago Dei Genetricis Mercedoniae^ in sacra aede lignea olim collocata et nunc in ecclesia paroeciali, quae supra dicta est, proposita, populo iam venerationi fuit, cum colonia eo deduceretur, atque adeo Augusta Virgo, nomine illo invocata, rebus gentis illius iamdiu praeest ut tutrix praeclarissima. Ob laudatum hoc pietatis Marialis studium Pius Pp. XII, **Decessor Noster rec. mem., eandem imaginem sua auctoritate aureo diademate redimiri, datis Apostolicis sub anulo Piscatoris Litteris die** VIII **mensis Septembris anno** MCMXLVii, **concessit. Templum vero ipsum, in cuius ministeriis Sodales Ordinis Beatae Mariae de Mercede redemptionis captivorum versantur, ante** L **fere annos Gothica architectandi ratione egregie exstructum est atque molis amplitudine, ornatu, sacra supellectile admodum commendatur. Volens autem nobilis huius ecclesiae decus augere ac Marianum provehere cultum, Venerabilis Frater Caesar Antonius Mosquera Corral, Archiepiscopus Guayaquilensis, Nos rogavit, ut eandem religionis pietatisque sedem nomine ac iure Basilicae Minoris donaremus. Quae vota libenti explentes animo, Nos e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum paroecialem ecclesiam Deo in honorem Beatae Mariae Virginis a Mercede in urbe archiepiscopali Guayaquilensi consecratam, ad dignitatem et honorem** *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv **mensis Maii, anno** MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS I. **Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

ALLOCUTIONES

I

Iis qui interfuerunt Conventui XXV ex universa Italica natione Romae habito a Sodalitate v. « Movimento Laureati di Azione Cattolica ». *

Diletti figli e figlie.

Siamo lieti di salutare e festeggiare il XXV Congresso Nazionale del Movimento Laureati di Azione Cattolica, una specie di giubileo, dunque, tanto più che quest'anno nella Nostra Bergamo si ricorda il mezzo secolo dall'avviamento del circolo Sant'Alessandro per universitari e professionisti, al cui sorgere ed espandersi diede impulso, con altri, il Papa che vi parla. Erano allora le prime prove dei tempi moderni; e il Signore sa quanto gli siamo grati dì avervi preso umile parte. Accogliere oggi le vostre care persone acquista pertanto un significato splendente, a indicazione di effusa benevolenza da parte Nostra e di consapevole vocazione all'apostolato da parte di ciascuno di voi.

Il Papa apprezza e benedice di gran cuore i diversi rami di Azione Cattolica di tutti i paesi del mondo. Ne considera i membri preziosi collaboratori dei Vescovi nelle varie forme della vita associata. E se viva attenzione Egli dedica ai settori più impegnativi, *essa va anzitutto a voi, diletti figli e figlie, chiamati a funzioni di più vasta responsabilità. Di fatto, voi siete chiamati a rendere la testimonianza della parola e dell'esempio nel campo della professione e dello studio ; siete il lievito, che deve far fermentare a Cristo le energie vigorose del pensiero e della cultura. L'ansia dell'Apostolo Paolo, che voleva condurre ((ogni intelletto alla obbedienza di Cristo »[1] vuol essere anche la vostra.

Se questo vi dice la benevolenza della Chiesa, apre altresì al vostro impegno i vasti orizzonti dell'apostolato specifico, a cui siete chiamati, indicando le gravi mete inerenti al vostro nome di cattolici convinti e trascinatori. Il compito a voi affidato è certamente non facile: ma la grazia del Signore, *sine quo nihil possumus,* **è con voi a sostenervi, a illuminarvi, a sospingervi verso sempre nuove conquiste. Essa non fa mai difetto a coloro che, riponendo unicamente la loro speranza in Dio,**

* Die 4 Ianuarii mensis a. 1963.

[1] ***2 Cor.*** 10, 5.

sanno peraltro adoperarsi attivamente per le affermazioni dell'ideale cristiano nella società.

Di questa generosa volontà è testimonianza il tema, suggestivo e ricchissimo di applicazioni, del presente Congresso Nazionale : « Il senso morale nel costume contemporaneo ». Le vostre Commissioni di studio hanno approfondito l'argomento nei suoi aspetti concreti, considerando il senso morale nell'azione educativa della famiglia e della scuola, nella informazione per il tramite dei mezzi di comunicazione sociale, nell'arte, nelle attività politiche, giuridiche, amministrative, come in quelle economiche e sociali* Tutto il quadro della vita di oggi è aperto al vostro sguardo, sia nelle forme meno edificanti, a Cui porre urgente rimedio, sia specialmente nei positivi valori, da sottolineare per un miglioramento della sensibilità morale.

Non è raro sentire accenti di scoraggiamento e di depressione quando si giudicano alcune manifestazioni del pubblico costume, della stampa e degli spettacoli, che preoccupano per l'assenza, o, per lo meno, per la trascuratezza del senso morale.

Abbiamo altre volte indicato, particolarmente ai giuristi e ai giornalisti cattolici, che cosa si aspetti la Chiesa in questo campo, e quale dolore causino i pericoli insidiosi della corruttela, tesi in special modo agli adolescenti e ai giovani. Non ripetiamo dunque le enunciazioni dottrinali, che son patrimonio vivo di ciascuno di voi, chiare e aperte a tutte le coscienze rette : ma vogliamo ripetere che, nonostante tutto, continuiamo a confidare. Personalmente — ecco a voi lo possiamo dire — racchiudiamo in cuore pene e preoccupazioni talvolta ineffabili, di cui parliamo solo col Signore ; ma principalmente Ci volgiamo a considerare gli uomini di buona volontà, che son molti; e contiamo sulla cooperazione delle forze sane, per il rafforzamento dei grandi ideali. Tra queste voi siete i primi, diletti figli e figlie : a voi è affidato un dovere urgente e delicato.

Il senso morale, inteso alla applicazione integra e volonterosa dei Comandamenti di Dio, è condizione indispensabile allo sviluppo sereno e costruttivo dei popoli ; dove esso si allenta, le anime si indeboliscono, e ne risente l'intera compagine sociale. Pertanto nel difendere il prezioso patrimonio morale — fondato sulla legge di Dio, scritta nei cuori degli uomini, e solennemente sancita dalla Legge divina positiva — la Chiesa non solo adempie la sua missione salvifica, ma al tempo stesso assicura ai popoli la difesa della loro efficienza sul piano naturale.

È perciò necessario congiungere gli sforzi per questo altissimo com-

pito. Voi, diletti figli e figlie, non sarete soli, quasi a tutela di anacronistiche preoccupazioni, ma avrete l'appoggio di quanti sentono la responsabilità sincera del proprio dovere. Fatevi animo; interessate l'opinione pubblica; chiamate a raccolta gli uomini che amano la giustizia e camminano sulle vie della rettitudine. - *

Lo vuole la sanità della famiglia, che deve temprare le anime alle difficoltà della vita, dotandole di forte coscienza ; lo esigono i giovani, sui quali riponiamo aperta fiducia per l'avvenire; lo chiede la società, che attende uomini sensibilissimi alle attrattive della socialità ampia e comprensiva, e tutta volta a servizio delle comuni esigenze.

Centro di ogni preoccupazione vuole essere la persona umana, creata a immagine e somiglianza di Dio, e redenta dal Sangue Prezioso di Cristo. Al rispetto della persona vanno orientate le attività immediate: famiglia, scuola, politica e economia, arte e letteratura, stampa e divertimento. Tutto deve convergere a questo centro, per rispettarne la dignità inalienabile, elevarne le potenze, educarne i giudizi, affinchè la personalità completa si sviluppi nell'armonia del piano della salvezza : « Tutto è vostro ; ma voi siete di Cristo, e Cristo è di Dio ».[2]

Diletti figli e figlie.

Vi abbiamo confidato le Nostre speranze ; e vi siamo grati per quanto avete già fatto con cuore grande e per quanto saprete fare, con la consueta dedizione, per tradurre sul piano della vita quanto è oggetto di studi fecondi nelle giornate romane del vostro Congresso. Lo splendente corteo dei Magi, recanti al Redentore fanciullo i loro doni preziosi, riflette particolare significazione sulla vostra vocazione; anche voi offrite al Signore i vostri doni, le energie della mente e della volontà, il vostro apostolato, il vostro tempo. Dio nella sua misericordiosa bontà ne saprà trarre ulteriori inenarrabili frutti di grazia.

La Nostra preghiera vi accompagna per tutto il nuovo anno, nella diffusione che fate dell'ideale cristiano, in tutte le forme della professione, della cultura e della scuola. E perchè più copiosi discendano i doni del Cielo, effondiamo su di voi, che ben rappresentate la grande famiglia dei Laureati Cattolici di tutta Italia e di tutto il mondo, e sulle vostre dilette famiglie la Nostra larga e propiziatrice Benedizione Apostolica.

Così sia sempre.

[2] Cfr. ***1 Cor.*** 3, 22-23.

... n' ••

Ad honoratum Romanae civitatis Magistrum Admihistraiorumque Coetum, qui a Summo Pontifice coram sunt admissi, ut novo ineunte anno fausta Ipsi darent omina, *

Diletti figli e figlie.

I voti augurali dei Romani, rinnovatici tre giorni or sono dal Signor Sindaco per l'annuale circostanza delle sante feste natalizie e di capodanno, e ricambiati — lo potete immaginare — con cuore lietissimo, meritavano ed ebbero commento di viva ammirazione per l'esempio di virtù domestiche, civili e religiose, che la Nostra diletta città di Roma continua a dare davanti al mondo.

E oggi, mentre rivive liturgicamente la deliziosa pagina evangèlica dei Magi a Betlemme, il festoso *benvenuto* **dettovi con la parola, con lo sguardo, con la gioia dell'animo, subito suscita quello scambio di familiari consensi, che ben si addice agli incontri del Papa con i Suoi figli più vicini.**

Di fatto, nel ricevere il Signor Sindaco e la Giunta, le rappresentanze delle Ripartizioni Capitoline e i Gruppi dipendenti dell'Amministrazione Municipale, la soddisfazione è grande. Con voi è qui in ispirito tutta Roma, la cara diocesi, che l'amabile Provvidenza ha 'affidato al Nostro umile — possiamo in confidenza dirvelo, perdonateci la ingenuità — umile sì, ma paterno e generoso servizio.

Amore per Roma sacra e cristiana

Nelle vostre care persone il Papa saluta la Roma del secolo xx, che dai suoi rioni antichi attorno alle vestigia della città dei Cesari, dalle basiliche dell'era cristiana, dalle chiese e dai sacri monumenti, si è estesa oltre le mura verso i colli e verso il mare, lungo il corso del Tevere e dell'Amene.

A questa vasta distesa animata, ove si svolge la vita dei Romani, alle case ed edifici ove essi lavorano e soffrono, va il pensiero mattutino del Papa, e più volte al giorno, portato sulle ali della preghiera, nel cui abbraccio universale vuole avere il primo posto la dilettissima diocesi Nostra.

Noi l'amiamo questa Roma sacra! E quando dal Palazzo Apostolico,

* Die 6 Ianuarii mensis a. 1963.

0 da Castel Gandolfo contempliamo i centri residenziali che crescono, il cuore si intenerisce e trepida. Per un Vescovo non è questione di aree fabbricabili, di quartieri alti o popolari: è qnestione di anime. È problema di assistenza pastorale pronta, attenta, amabile e moderna. È problema di edifici sacri e di opere sussidiarie, che debbono assicurare le vibrazioni del culto e del magistero religioso, la vita di associazione e di assistenza molteplice, generosa. Il tempio è la casa di tutti, e le opere, che sorgono accanto, appartengono a tutti e sono a servizio di tutte le famiglie.

Quale commossa gioia Ci hanno procurato i mólti incontri di questi quattro anni con i fedeli della città antica e delle sue moderne propaggini.

Anche l'altro ieri, recandoci per un atto di venerazione al santo Eomano Gaspare del Bufalo, a Santa Maria in Trivio, giusto in uno dei punti più caratteristici di Roma, il cuore ha esultato e i ricordi lo hanno intenerito.

Quarant'anni or sono, per quelle stesse strade percorse venerdì, Noi passavamo per recarCi da Santa Maria in Via Lata a Piazza di Spagna. Oggi l'animazione e il movimento delle macchine sono cresciuti a dismisura. Ma il tolto dei Romani è lo stesso ; ed ha un non so che di amabile che fa dire : sì, essi sono buoni e sensibili al richiamo delle cose celesti. E al vedere tante mani volgersi verso di Noi, tante braccia protendersi dagli autobus, dai negozi, dalle finestre, Ci sembra di cogliere una stessa voce al Nostro indirizzo : Noi amiamo quest'Uomo che la Provvidenza ha tratto dalla santità e nobiltà della campagna al fastigio del Pontificato Romano.

1 più vicini testimoni del Concilio

Diletti figli ! Vogliate crederci. Quanto di onore e di amore si riversa sulla Nostra povera persona, Noi lo attribuiamo all'Apostolo San Pietro ; ma insieme lo segnaliamo al mondo come titolo di onore per Roma, sempre degna di essere salutata con le parole del codice Cassinese del secolo xi :

O Boma nobilis, orbis et domina
cunctarum urbium excellentissima
roseo martyrum sanguine rubea
albis et virginum liliis candida ...

Chi potrà mai dimenticare, finché viva, la scena stupenda di tutti i Vescovi della Chiesa di Dio ascendenti verso il massimo tempio della cristianità, l'undici ottobre scorso? Come per i fondamentali eventi della storia della Chiesa, l'intera famiglia umana ha guardato a Roma; da tutti i paesi della terra si sono qui date convegno le speranze di tutti gli uomini di buona volontà. E in questo spettacolo di fede, Roma ha tenuto degnamente il posto suo.

Oh, quanto ancora Ci commuove il tributo di amore, che l'Urbe volle offrirci al chiudersi della prima giornata conciliare, quando le fiaccole innumerevoli, ondeggianti in teoria luminosa nella piazza di San Pietro, Ci parlarono della fedeltà e dell'affetto, in rappresentanza della Chiesa universale ! Quale simbolo eloquente della partecipazione della diocesi Romana alle gioie e alle sollecitudini del Suo Pastore e Padre !

Ferve ora il lavoro serrato, ma pressoché silenzioso di preparazione alla seconda Sessione, seconda e, se il Signore vorrà, conclusiva. Noi confidiamo nelle preghiere e nella collaborazione operosa e lieta anche dei laici, espressa in forme molteplici già suggerite e ben accolte. Questo chiedemmo ai Romani primieramente, nella lettera pasquale dello scorso anno, invitandoli a prepararsi, « con pienezza di religiosa pietà e con purezza di costume, alla straordinaria grazia del Signore ».[1]

Al Laterano il centro delle sollecitudini pastorali

Noi siamo certi che le disposizioni dei Nostri figli, così felicemente dimostrate nei mesi di ottobre-dicembre 1962, continueranno immutate, cresceranno anzi di intensità durante il corso di quest'anno, affinchè l'auspicato balzo in avanti in tutte le forme della vita cattolica, abbia in Roma il suo punto di partenza e la sua particolare attuazione.

È l'impegno di quest'alma Città; è il suo più alto e ambito titolo di onore.

Vogliate gradire la confidenza che facciamo anche a voi del progetto che Ci sta sul cuore e che è inteso a richiamare l'attenzione rispettosa e lietissima di Roma e del mondo sulla basilica e sul Palazzo Apostolico del Laterano.

Là infatti per undici secoli — fino all'epoca Avignonese — hanno avuto dimora i Sommi Pontefici ; là si son celebrati cinque grandi Concili. Sulla fronte di quel tempio augusto che estolle al cielo l'immagine

[1] ***Lettera del Santo Padre Giovanni XXIII ai Romani,*** 8 aprile 1962 ; ***A. A. S.,*** v. LIV (1962), p. 281.

benedetta del divin Salvatore — e sono con lui, come gli furono familiari sulla terra, i due Giovanni, il Battista e l'Evangelista — splende il richiamo fulgido della unione spirituale di tutte le chiese della terra, dalle cattedrali insigni alle umili cappelle degli avamposti del cristianesimo : *mater et caput omnium ecclesiarum Urbis et orbis.*

Ora, ad incoraggiare, a Roma e dappertutto nel mondo, la risoluzione di molti problemi pastorali imposti dall'epoca moderna e il riaccendersi di quelle ordinate attività, che vogliono mostrare a tutte le genti la Chiesa quale essa è nel disegno del suo divin Fondatore, *Mater et Magistra, lumen gentium,* **abbiamo proposto e definito di trasferire colà la sede del Vicariato di Roma, di quella Curia che ha il compito di coadiuvare il Papa nel governo spirituale dell'Urbe e di esprimerne in forme capillari lo spirito e le direttive pratiche.**

Voi Ci comprendete. Da questa confidenza potete cogliere il tratto caratteristico della vitalità religiosa e della inalterata spirituale giovinezza così del Vescovo vostro che vi parla oggi, come di ogni Papa che prolungherà nei secoli la gloriosa successione di San Pietro.

La « pax christiana » nel nome di Roma

E tutto questo incoraggia e santifica le attività stesse di ordine civico, che dal tempio del Signore ricevono la benedizione biblica che è grazia celeste e abbondanza di beni della terra.

Diletti figli e figlie.

Ci piace por fine all'odierno incontro con parole, che scrivemmo ormai sono quarantanni, per la preparazione dell'Anno Santo del 1925. Esse bene si applicano al momento storico, a cui l'Urbe è stata é sarà ancora chiamata nella continuazione dei lavori del Concilio : « O Roma nobile ! O signora del mondo ! apri le tue porte, schiudi ancora una volta i tuoi tesori ai popoli assetati di pace, alle genti che a te se ne tornano, invocanti il riposo e le dolcezze dell'amore. Nel nome tuo, o Roma, secondo la espressione di un Pontefice grande, non il *bellicus labor* **che intristisce le anime, ma la** *pax christiana* **si affermi, la pace cristiana che allieta il mondo ».**

In questo ampio orizzonte, che si apre allo sguardo commosso, Noi rinnoviamo al diletto popolo Romano l'espressione della Nostra paterna esortazione e della Nostra viva speranza.

Per la intercessione di Maria, *salus populi romani,* **vi accompagni la virtù dell'Altissimo per tutto il nuovo anno, custodisca la pace e la**

Mons. Guerry Emilio, Arcivescovo di Cambrai.
Mons. Binz Leone, Arcivescovo di Saint Paul.
Mons. Alter Carlo, Arcivescovo di Cincinnati.
Mons. Carpino Francesco, Arcivescovo tit. di Sardica.
Mons. Lemieux Maria Giuseppe, Arcivescovo di Ottawa.
Mons. Bazin Vittore, Arcivescovo di Rangoon.
Mons. Schaufele Ermanno, Arcivescovo di Freiburg im Breisgau.
Mons. Hayek Dionisio, Arcivescovo di Aleppo dei Siri.
Mons. Fernandes Angelo, Arcivescovo tit. di Neopatrasso, Coadiutore c. s. di Delhi.
Mons. Rakotomalala Gerolamo, Arcivescovo di Tananarive.
Mons. Castelli Alberto, Arcivescovo tit. di Rusio.
Mons. Veuillot Pietro, Arcivescovo tit. di Costanza di Tracia, Coadiutore di Paris.
Mons. Browne Michele, Vescovo di Galway e Kilmaeduagh.
Mons. Piazzi Giuseppe, Vescovo di Bergamo.
Mons. Gargitter Giuseppe, Vescovo di Bressanone.
Mons. Jubany Arnau Narciso, Vescovo tit. di Ortosia di Fenicia, Ausiliare di Barcelona.
Mons. Correa León Paolo, Vescovo di Cúcuta.
Mons. Primatesta Raul, Vescovo di San Rafael.
Mons. Carli Luigi, Vescovo di Segni.
Mons. Dwyer Giorgio, Vescovo di Leeds.

III

Commissio « De Ecclesiis Orientalibus »

PRESIDENTE

L'Emo e Reviho Signor Cardinale:

Cicognani Amleto Giovanni, Vescovo del titolo della Chiesa suburbicaria di Frascati, Segretario di Stato di Sua Santità.

VICEPRESIDENTI

L'Emo e Revmo Signor Cardinale:

Quiroga y Palacios Fernando, Arcivescovo di Santiago de Compostela.

Sua Eccellenza Revma: t

Mons. Bukatko Gabriele, Arcivescovo tit. di Mocisso, Coadiutore c. s. di Beograd, Amministratore Ap. di Krizevci.

MEMBRI

U Emo e Revmo Signor Cardinale:

Testa Gustavo.

Le Loro Beatitudini:

Mons. Sidarouss Stefano I, Patriarca di Alessandria dei Copti.
Mons. Saigh Massimo IV, Patriarca di Antiochia dei Melchiti.
Mons. Meouchi Paolo Pietro, Patriarca di Antiochia dei Maroniti.
Mons. Gori Alberto, Patriarca di Gerusalemme dei Latini.
Mons. Cheikho Paolo II, Patriarca di Babilonia dei Caldei.
Mons. Batanian Ignazio Pietro XVI, Patriarca di Cilicia degli Armeni.

Le Loro Eccellenze Revme:

Mons. Da Silveira D'Elboux Emanuele, Arcivescovo di Curitiba.
Mons. Rabbani Giuseppe, Arcivescovo tit. di Nacolia, Amministratore Apostolico « ad nutum S. Sedis » di Horns dei Siri.
Mons. Búcko Giovanni, Arcivescovo tit. di Leucade, Visitatore Apostolico degli Ucraini di rito bizantino in Europa Occidentale.
Mons. Thangalathil Gregorio B. Varghese, Arcivescovo di Trivandrum per i Siro - Malancar esi.
Mons. Parecattil Giuseppe, Arcivescovo di Ernakulam per i Siro-Malabaresi.
Mons. Kavukatt Matteo, Arcivescovo di Changanacherry per i Siro-Malabaresi.
Mons. Baraniak Antonio, Arcivescovo di Poznan.
Mons. Yemmeru Asrate Mariam, Arcivescovo di Addis Abeba degli Etiopi.
Mons. Senyshyn Ambrogio, Arcivescovo di Philadelphia degli Ucraini.
Mons. Edelby Neófito, Arcivescovo tit. di Edessa di Osroene.
Mons. Scapinelli Di Leguigno Giovanni Batt., Arcivescovo tit. di Laodicea al Libano.
Mons. Perniciaro Giuseppe, Vescovo tit. di Arbano, Ausiliare per PEparchia di Piana degli Albanesi.

Mons. McEntegart Bryan Giuseppe, Vescovo di Brooklyn.
Mons. Jansen Martino, Vescovo di Rotterdam.
Mons. Gad Giacinto, Vescovo tit. di Grazianopoli.
Mons. Sapelak Andrea, Vescovo tit. di Sebastopoli di Tracia, Visitatore Apostolico degli Ucraini in Argentina.

Il Revmo Padre :

Hoeck Giovanni, Superiore Generale delia Congregazione Benedettina di Baviera.

I V

Commissio « De Sacramentorum disciplina »

PRESIDENTE

U Emo e Revmo Signor Cardinale:

Aloisi Masella Benedetto, Vescovo di Palestrina.

VICEPRESIDENTI

Le Loro Eccellenze Revme:

Mons. Fares Armando, Arcivescovo di Catanzaro e Vescovo di Squillace.
Mons. Garcia y Goldaraz Giuseppe, Arcivescovo di Valladolid.

MEMBRI

Le Loro Eccellenze Revme:

Mons. Bentivoglio Guido Luigi, Arcivescovo di Catania.
Mons. Schneider Giuseppe, Arcivescovo di Bamberg.
Mons. Lallier Marco, Arcivescovo di Marseille.
Mons. Alves de Siqueira Antonio Maria, Arcivescovo tit. di Siria, Coadiutore di Säo Paulo.
Mons. Dell'Acqua Angelo, Arcivescovo tit. di Calcedonia.
Mons. McGucken Giuseppe, Arcivescovo di San Francisco.
Mons. Zerba Cesare, Arcivescovo tit. di Colosse.
Mons. Von Streng Francesco, Vescovo di Basel e Lugano.
Mons. Yoshigoro Taguchi Paolo, Vescovo di Osaka, Amministratore Apostolico della Pref. Ap. di Shikoku.
Mons. Bolognini Danio, Vescovo di Cremona.
Mons. Puech Pietro M., Vescovo di Carcassonne.
Mons. Benítez Fontúrvel Crispulo, Vescovo di Barquisimeto.
Mons. Arai Luca Katsusaburo, Vescovo di Yokohama.
Mons. Renard Alessandro, Vescovo di Versailles.
Mons. Van Cauwelaert Giovanni, Vescovo di Inongo.
Mons. Bélanger Valeriano, Vescovo tit. di Cirene e Ausiliare di Montreal.
Mons. Chedid Giovanni, Vescovo tit. di Arca di Fenicia per i Maroniti e Vicario Patriarcale.
Mons. Morgante Marcello, Vescovo di Ascoli Piceno.

Mons. Maricevich Fleitas Annibale, Vescovo tit. di Dioclezianopoli di Palestina, Coadiutore di Villarrica.
Mons. Pepén y Soliman Giovanni Felice, Vescovo di N. S. de la Altagraeia en Higuëy.
Mons. Kien Samophithak Michele, Vescovo tit. di Octaba, Vicario Apostolico di Tharé e Nonseng.
Mons. Muldoon Tommaso Guglielmo, Vescovo tit. di Fessei, Ausiliare di Sydney.
Mons. Reh Francesco, Vescovo di Charleston.

V

Commissio « De disciplina cleri et populi christiani »

PRESIDENTE

U Brno e Revmo Signor Cardinale:

Ciriaci Pietro.

MEMBRI

Gli Emi e Revmi Signori Cardinali:

Castaldo Alfonso, Arcivescovo di Napoli.
Ritter Giuseppe, Arcivescovo di Saint Louis.

Le Loro Eccellenze Revme:

Mons. Perini Norberto, Arcivescovo di Fermo.
Mons. Pocok Francesco Filippo, Arcivescovo tit. di Isauropoli, Coadiutore c. s. di Toronto.
Mons. Cooray Tommaso, Arcivescovo di Colombo in Ceylon.
Mons. Trindade Salgueiro Emanuele, Arcivescovo di Ëvora.
Mons. Nicodemo Enrico, Arcivescovo di Bari.
Mons. Marty Francesco, Arcivescovo di Reims.
Mons. Nguyen Van Binh Paolo, Arcivescovo di Saigon.
Mons. Shehan Lorenzo, Arcivescovo di Baltimore.
Mons. Rossi Agnelo, Arcivescovo di Ribeiräo Prêto.
Mons. Bengsch Alfredo, Arcivescovo-Vescovo di Berlin.
Mons. Palazzini Pietro, Arcivescovo tit. di Cesarea di Cappadocia.
Mons. Enrique y Tarancón Vincenzo, Vescovo di Solsona.
Mons. Greco Carlo, Vescovo di Alexandria.
Mons. Farina Fariña Pio Alberto, Vescovo tit. di Citarizo.
Mons. Lommel Leone, Vescovo di Luxembourg.
Mons. van Zuylen Guglielmo M., Vescovo di Liege.
Mons. Temiüo Saiz Angelo, Vescovo di Orense.
Mons. Corripio Ahumada Ernesto, Vescovo di Tampico.
Mons. Baccino Luigi, Vescovo di San José de Mayo.
Mons. Janssen Enrico, Vescovo di Hildesheim.
Mons. Raspanti Michele, Vescovo di Morón.
Mons. Mazerat Enrico, Vescovo di Angers.
Mons. Domínguez y Rodríguez Giuseppe M. Eusebio, Vescovo di Matanzas.

VI

Commissio « De Religiosis »

PRESIDENTE

L'Emo e Revmo Signor Cardinale:

Valeri Valerio.

MEMBRI

L'Emo e Revmo Signor Cardinale:

Landázuri Ricketts Giovanni, Arcivescovo di Lima.

Le Loro Eccellenze Revme:

Mons. Meis Bernardo, Arcivescovo di Luluabourg.
Mons. Botto Paolo, Arcivescovo di Cagliari.
Mons. Urtasun Giuseppe, Arcivescovo di Avignon.
Mons. FlahifE Giorgio, Arcivescovo di Winnipeg.
Mons. Philippe Paolo, Arcivescovo tit. di Eracleopoli Maggiore.
Mons. Haller Luigi Severino, Vescovo tit. di Betlemme.
Mons. Bortignon Girolamo, Vescovo di Padova.
Mons. Tabera Araoz Arturo, Vescovo di Albacete.
Mons. Daly Edoardo Celestino, Vescovo di Des Moines.
Mons. Beck Giorgio Andrea, Vescovo di Salford.
Mons. Leiprecht Carlo Giuseppe, Vescovo di Rottenburg.
Mons. Cahill Tommaso V., Vescovo di Cairns.
Mons. Echeverría Ruiz Bernardino, Vescovo di Ambato.
Mons. McShea Giuseppe, Vescovo di Allentown.
Mons. Tomizawa Benedetto, Vescovo di Sapporo.
Mons. Compagnone Enrico Romolo, Vescovo di Anagni.
Mons. Vendargon Domenico, Vescovo di Kuala Lumpur.
Mons. Sipoviò Ceslao, Vescovo tit. di Mariamme.
Mons. Huyghe Gerardo, Vescovo di Arras.

/ Revmi Padri:

Ab. Reetz Benedetto, Presidente della Congregazione Benedettina di Beuron.
Kleiner Sighardo, Abate Generale del S. Ordine Cistercense.
Sépinski Agostino, Ministro Generale dell'Ordine dei Frati Minori.
Janssens Giovanni B., Prepósito Generale della Compagnia di Gesù.

Il Reverendissimo:

Ziggiotti D. Renato, Rettore Maggiore della Società di S. Francesco di Sales.

VII

Commissio « De Missionibus »

PRESIDENTE

L'Emo e Revmo Signor Cardinale:

Agagianian Gregorio Pietro.

VICEPRESIDENTI

Le Loro Eccellenze Revme:

Mons. Sartre Vittore, Arcivescovo tit. di Beroe.
Mons. Lecnona Labandibar Giuseppe, Vescovo tit. di Vagada.

MEMBRI

CU Emi e Revmi Signori Cardinali:

Gonçalves Cerejeira Emanuele, Patriarca di Lisboa.
Tienchensin Tommaso, Arcivescovo di Peking, Amministratore Ap. di Taipeh.
Rugambwa Laureano, Vescovo di Bukoba.

Le Loro Eccellenze Revme:

Mons. Pérez Platero Luciano, Arcivescovo di Burgos.
Mons. Ngô dinh Thûc Pietro Martino, Arcivescovo di Hué.
Mons. Rossell y Arellano Mariano, Arcivescovo di Guatemala.
Mons. Soegijapranata Alberto, Arcivescovo di Semarang.
Mons. Pollio Gaetano, Arcivescovo di Otranto.
Mons. Graner Lorenzo Leone, Arcivescovo di Dacca.
Mons. Perrin Maurizio, Arcivescovo di Carthage.
Mons. Sigismondi Pietro, Arcivescovo tit. di Neapoli di Pisidia.
Mons. Signora Aurelio, Arcivescovo tiit. di Nicosia, Prelato *nullius* di Pompei.
Mons. Yago Bernardo, Arcivescovo di Abidjan.
Mons. Kerketta Pio, Arcivescovo di Ranchi.
Mons. Zoa Giovanni Battista, Arcivescovo di Yaounde.
Mons. Sevrin Oscar, Vescovo tit. di Mossina.
Mons. Escalante Alfonso Emanuele, Vescovo tit. di Sora.
Mons. Sisón Giovanni, Arcivescovo tit. di Nicopsi, Coadiutore c. s. di Nueva Segovia.
Mons. Ungaretti Alfonso, Vescovo tit. di Azura, Prelato *nullius* di Pinheiro.
Mons. Sheen Fulton, Vescovo tit. di Cesariana, Ausiliare di New York.
Mons. Lokuang Stanislao, Vescovo di Tainan.

Mons. Riobé Guy, Vescovo tit. di Mulia, Coadiutore c. s. di Orléans.

Il Revmo Padre:

Dechâtelets Leone, Superiore Generale degli Oblati di Maria Immacolata.

VIII

Commissio « De Sacra Liturgia »

PRESIDENTE

L'Emo e Revmo Signor Gardinale :

Larraona Arcadio.

VICEPRESIDENTI

Gli Emi e Revmi Signori Cardinali:

Giobbe Paolo.
Jullien Andrea.

MEMBRI

Gli Emi e Revmi Signori Cardinali:

Lercaro Giacomo, Arcivescovo di Bologna.
Albareda Anselmo.

Le Loro Eccellenze Revme:

Mons. Grimshaw Francesco Giuseppe, Arcivescovo di Birmingham.
Mons. Dante Leonida Enrico, Arcivescovo tit. di Carpasia.
Mons. Eossi Carlo, Vescovo di Biella.
Mons. Jop Francesco, Vescovo tit. di Daulia.
Mons. Calewaert Carlo Giustino, Vescovo di Gent.
Mons. Zauner Francesco, Vescovo di Linz.
Mons. Martin Giuseppe Alberto, Vescovo di Mcolet.
Mons. van Bekkum Guglielmo, Vescovo di Ruteng.
Mons. Rau Enrico, Vescovo di Mar del Piata.
Mons. Masnou Boixeda Raimondo, Vescovo di Vich.
Mons. Fey Schneider Bernardo, Vescovo tit. di Filadelfia minore, Coadiutore c. s. di Potosí.
Mons. Spülbeck Ottone, Vescovo di Meissen.
Mons. D'Amato Cesario, Vescovo tit. di Sebaste di Cilicia, Abate di S. Paolo fuori le mura.
Mons. Bekkers Guglielmo, Vescovo di 's-Hertogenbosch.
Mons. Hallinan Paolo, Arcivescovo di Atlanta.
Mons. Jenny Enrico, Vescovo tit. di Licaonia, Ausiliare di Cambrai.
Mons. Malula Giuseppe, Vescovo tit. di Attanaso, Ausiliare di Léopoldville.
Mons. Pichler Alfredo, Vescovo di Banjaluka.

/ Revmi Padri:

Ab. Prou D. Giovanni, Superiore Generale della Congregazione Benedettina di Francia.
Schweiger Pietro, Superiore Generale della Congregazione dei Missionari Figli del Cuore Immacolato di Maria.

IX

Commissio « De Seminariis, de Studiis et de Educatione Catholica »

PRESIDENTE

L'Emo e Revmo Signor Cardinale:

Pizzardo Giuseppe, Vescovo di Albano.

VICEPRESIDENTI

L'Emo e Revmo Signor Cardinale:

de Barros Cámara Giacomo, Arcivescovo di Säo Sebastiäo do Rio de Janeiro.

Sua Eccellenza Revma:

Mons. Staffa Dino, Arcivescovo tit. di Cesarea di Palestina.

MEMBRI

Le Loro Eccellenze Revme:

Mons. Senna de Oliveira Ernesto, Arcivescovo-Vescovo di Coimbra.
Mons. Simonds Giustino Daniele, Arcivescovo tit. di Antinoe, Coadiutore c. s. di Melbourne.
Mons. Silva Santiago Alfredo, Arcivescovo di Concepción.
Mons. Olaechea Loizaga Marcellino, Arcivescovo di Valencia.
Mons. O'Boyle Patrizio Luigi, Arcivescovo di Washington.
Mons. Márquez Tóriz Ottaviano, Arcivescovo di Puebla de los Angeles.
Mons. Hurley Dionisio Eugenio, Arcivescovo di Durban.
Mons. Modrego y Casáus Gregorio, Arcivescovo-Vescovo di Barcelona.
Mons. Pintonello Arrigo, Arcivescovo tit. di Teodosiopoli di Arcadia.
Mons. Botero Salazar Tullio, Arcivescovo di Medellln.
Mons. Blanchet Emilio Arsenio, Arcivescovo tit. di Filippopoli di Tracia.
Mons. Cody Giovanni Patrizio, Arcivescovo tit. di Bostra, Coadiutore c. s. di New Orleans.
Mons. Cody Giovanni Cristoforo, Vescovo di London.
Mons. Cazaux Antonio Maria, Vescovo di Luçon.
Mons. Klepacz Michele, Vescovo di Lodz.
Mons. Carraro Giuseppe, Vescovo di Verona.
Mons. Bogarín Árgana Raimondo, Vescovo di S. Juan Bautista de las Misiones.
Mons. Marchetti Zioni Vincenzo, Vescovo tit. di Lauzado, Ausiliare di Sâo Paulo.
Mons. Paré Mario, Vescovo di Chicoutimi.
Mons. Savino Paolo, Vescovo tit. di Cesarea di Tessalia, Ausiliare di Napoli.
Mons. Colombo Giovanni, Vescovo tit. di Filippopoli di Arabia, Ausiliare di Milano.
Mons. Daem Giulio, Vescovo di Antwerpen.
Mons. Hoeffner Giuseppe, Vescovo di Münster.

X

Commissio « De fidelium apostolatu, de scriptis prelo edendis et de spectaculis moderandis »

PRESIDENTE

L'Emo e Revmo Signor Cardinale:

Cento Fernando, Penitenziere Maggiore.

VICEPRESIDENTI

L'Emo e Revmo Signor Cardinale:

Silva Henriquez Rani, Arcivescovo di Santiago de Chile.

Sua Eccellenza Revma:

Mons. O'Connor Martino G., Arcivescovo tit. di Laodicea di Siria.

MEMBRI

Le Loro Eccellenze Revme:

Mons. Yü Pin Paolo, Arcivescovo di Nanking.
Mons. Saniore Antonio, Arcivescovo tit. di Tirnovo.
Mons. Colli Evasio, Arcivescovo di Parma.
Mons. Castellano Mario I., Arcivescovo di Siena.
Mons. Consins Guglielmo, Arcivescovo di Milwaukee.
Mons. Morris Tommaso, Arcivescovo di Cashel and Emly.
Mons. Kominek Boleslao, Arcivescovo tit. di Eucaita.
Mons. Stourm Renato, Arcivescovo di Sens.
Mons. Larrain Errázuriz Emanuele, Vescovo di Talea.
Mons. Nécsey Edoardo, Vescovo tit. di Velicia, Amministratore Apostolico di Nitra.
Mons. Blomjous Giuseppe, Vescovo di Mwanza.
Mons. Petit Giovanni E., Vescovo di Menevia.
Mons. Herrera y Oria Angelo, Vescovo di Malaga.
Mons. Bednorz Erberto, Vescovo tit. di Bulla Regia, Coadiutore c. s. di Eatowice.
Mons. Hengsbach Francesco, Vescovo di Essen.
Mons. Gutiérrez Granier Giuseppe Armando, Vescovo tit. di Pionia, Ausiliare di La Paz.
Mons. de Araújo Sales Eugenio, Vescovo tit. di Tibica, Amministratore Apostolico « sede piena » di Natal.
Mons. Ménager Giacomo, Vescovo di Meaux.
Mons. Valloppilly Sebastiano, Vescovo di Tellicherry.

Mons. László Stefano, Vescovo di Eisenstadt.
Mons. De Vet Gerardo, Vescovo di Breda.
Mons. Guano Emilio, Vescovo di Livorno.
Mons. Civardi Luigi, Vescovo tit. di Tespia.

— Quoad Secretariatum «de Concilii negotiis extra ordinem» v. ***A. A. S.*** LIV (1962), p. 688.

— Secretariatus ad unitatem Christianorum fovendam; Commissio Technico-organizativa; Secretariatus de rebus oeconomicis, iisdem constant personis ac in periodo praeparatoria Concilii.

✝

Tribunal Administrativum

PRESIDENTE

L'Emo e Revmo Signor Cardinale:

Roberti Francesco.

MEMBRI

Gli Emi e Revmi Signori Cardinali:

Chiarlo Carlo.
Morano Francesco.
Heard Guglielmo Teodoro.

Le Loro Eccellenze Revme:

Mons. Rohracher Andrea, Arcivescovo di Salzburg.
Mons. Begin Floyd Lorenzo, Vescovo di Oakland.
Mons. Nowicld Edmondo, Vescovo tit. di Tugga, Coadiutore di Gdaúsk.
Mons. Pohlschneider Giovanni, Vescovo di Aachen.
Mons. Beitia Aldazábal Eugenio, Vescovo di Santander.
Mons. Vonderach Giovanni, Vescovo di Chur.
Mons. Furey Francesco, Vescovo tit. di Temno, Ausiliare di Philadelphia.

An. et vol. LV 23 Martii 1963 (Ser. HI, v. V) - N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PP. XXIII

CONSTITUTIONES. APOSTOLICAE

I

IARENSIS
(S. IOSEPHI DE ANTIQUONIA)

Detractis quibusdam territoriis ab archidioecesi Iarensi, nova Praelatura « nullius » conditur, « Sancti Iosephi de Antiquonia » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Novae cuiusque Ecclesiae constitutio, quam proprius Episcopus tamquam navem gubernet, ad litteris tranquillitatem ducendam; cuius populo compacta unitas stimulos addat ad virtutem et gratiam sacramentorum consequendam ; cuius denique iustum territorium facile, ceu campus, inarari possit ad messem christianorum laetissimum, id sane universae semper spes alit Ecclesiae atque Nostras, qui eidem Dei voluntate moderamur, eiusque utilitatibus inservire cupimus. Quandoquidem ergo venerabilis Frater Salvator Siino, Archiepiscopus titulo Pergensis et in Insulis Philippinis Apostolicus Nuntius, id petierit ut ibi loci nova circumscriptio ecclesiastica conderetur, Nos, consilio petito a venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, qui Sacrae Congrega-

tioni Consistoriali praesunt, de sententia sacri Praesulis Iarensis, haec quae sequuntur Nostra auctoritate decernimus atque iubemus. Ab archidioecesi Iarensi territorium separamus, quod una cum insulis finitimis civilem Provinciam quam populus Antique appellare consuevit, constituit, eoque novam Praelaturam efficimus, ab urbe San José *Sancti Iosephi de Antiquonia* **cognominandam. Huius Ecclesiae sedes in urbe quam memoravimus erit, in qua Praelatus cathedram suam collocant, in templo scilicet Sancti Iosephi Sponsi B. M. V., quod ad dignitatem praelaticiae aedis evehimus, cum debitis iuribus et honoribus. Quam constituimus Ecclesiam Sedi metropolitanae Iarensi suffraganea subicietur, item eius Praelatus Archiepiscopo. Mensam, quam dicunt, efformabunt Curiae proventus, populi collationes, pars congrua bonorum eidem iuxta canonem 1500 C. I. C. provenientium. Curae sit sacro Praesuli Sancti Iosephi de Antiquonia Seminarium saltem minus construere, pueris excipiendis qui ad sacerdotium Dei instinctu moveantur ; quod faciat secundum leges communes et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus. Cum vero iuvenes adoleverint, qui optimi fuerint mittat Praelatus in Pontificium Collegium-Seminarium Philippinum, quod in Urbe est, ut philosophia et sacra Theologia recte imbuantur. Ad sacerdotes et clerum quod attinet, decernimus ut omnes e clero saeculari, qui in civili provincia de Antique ad praesens legitime degunt, antequam hae Litterae Nostrae ad effectum adducantur ab Archiepiscopo Iarensi revocentur, eius archidioecesi addicendo Acta denique et documenta quae quovis modo ad novam circumscriptionem respiciant, ad eius Curiam praelaticiam mittantur, ibique religiose custodiantur. Ceterum, haec quae iussimus venerabilis Frater exsequetur Salvator Siino, quem diximus, vel qui eo tempore eodem officio fungetur atque ille. Poterit tamen et alium legare, quem voluerit, dummodo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Re vero peracta, documenta exarari iubebit, eademque ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet.**

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrum-

pere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto et vicesimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco **SB** Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CIX, n. Iß.

II

KIAYIENSIS

In Insula Formosa Praefectura Apostolica Kiayiensis ad gradum dioecesis tollitur, eodem nomine iisdemque finibus.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum Apostolica Praefectura Kiayiensis, quae est in Insula Taiwan seu Formosa, christianum Nomen, in similitudinem Evangelicae arboris (cfr. *Matth.* **13, 31), haud minima ceperit incrementa, praevideaturque maiora esse brevi capturum, ideo bene fieri censuerunt venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praepositi si eadem Ecclesia ad dignitatem dioecesis eveheretur : qua re etiam novum addi animum iidem venerabiles Fratres Nostri existi-**

maverunt Patribus seu rectoribus, quicumque tandem ii erunt, quibus eadem gubernanda attribuetur. Consilio ergo petito a venerabili Fratre Iosepho Caprio, Archiepiscopo titulo Apolloniensi et Apostolico in Sinis Internuntio, ea probantes quae sacris Cardinalibus qui Congregationi Fidei Propagandae praesunt statuere visum est, haec auctoritate Nostra decernimus atque iubemus. Apostolicam Praefecturam *Kiayiensem* in ordinem dioecesium redigimus, eodem *servato nomine* eodemque territorio et finibus. Quae Ecclesia Sedi metropolitanae Taipehensi subdetur suffraganea, iuxta normas Iuris Canonici. Sedem episcopalem in urbe Kiayi collocari volumus, cathedram vero in templo principe eiusdem civitatis statui, quod iuribus debitis cumulamus. Ad Canonicorum Collegium quod attinet, si in praesens ob haud aequam rerum condicionem condi nequeat, pro Canonicis Consultores dioecesani eligantur, qui a munere suo cessabunt, constituto Canonicorum Collegio. Regimen, dioecesis administratio, electio Vicarii Capitularis, Sede vacante, haec omnia legibus Iuris Canonici temperentur. Ceterum, quae per has Litteras facienda iussimus venerabilis Frater Iosephus Caprio exsequi studebit, vel quem ille rite delegaverit, factis necessariis facultatibus. Acta vero re, documenta exarentur, eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Christiano Nomini Propagando cito mittantur. Quod si alius eo tempore Internuntiaturae in Sinis praesit, hic mandata Nostra exsequetur. Per quas sane venerabilem Fratrem Thomam Niu, qui ad praesens est ab hostibus religionis sua dioecesi Iamcuvensi expulsus, tamquam Apostolicum Administratorem novae dioecesi praeponimus ad Sanctae Sedis nutum, quo ceterum munere iam fungebatur ante dioecesis huius constitutionem.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit

vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Eomae, apud S. Petrum, die decimo sexto mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
8. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CIX, n. 75.

III

TAICHUNGENSIS

Praefectura Apostolica Taichungensis ad gradum dioecesis evehitur

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum, Deo iuvante, Apostolica Taichungensis Praefectura, duodecim ante annos condita, magis magisque creverit, generosa sodalium Societatis de Maryknoll pro Missionibus Exteris opera, grato animo accepimus quae venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales qui Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando praesunt, de sententia venerabilis Fratris Iosephi Caprio, Archiepiscopi titulo Apolloniensis et Apostolici in Sinis Internuntii, faciendum censuerunt, ut scilicet ea Apostolica Praefectura in ordinem dioecesium redigeretur ; spes enim est ut felicius, re catholica aucta, per regionem « verbum Dei currat et clarificetur » *(2 Thess.* **3, 1). Apostolica igitur Nostra potestate, quam a Christo in universam Ecclesiam accepimus, Praefecturam Apostolicam** *Taichungensem* **ad gradum dioecesis extollimus,** *eodem nomine* **iisdemque servatis finibus, eamque metropolitanae Ecclesiae Taipehensi, una cum Praesule, suffraganeam subdimus. Sedem suam Episcopus in urbe quam Taichung vulgari sermone vocant ponet, magisterii autem cathedram in templo principe ibidem exstante, quod scilicet ad dignitatem cathedralis aedis tollimus, cum iuribus et privilegiis quae sacris eiusmodi aedibus com-**

petunt. Novae praeterea Ecclesiae Episcopus congrua iura habebit omnesque obligationes cum munere coniunctas, quas inter obligationem memoramus consultores dioecesanos eligendi, ad iuris normam, qui sibi consilio et ope assint, cum sive temporis sive locorum adiuncta quominus Canonicorum collegium condatur impediant. Volumus insuper ut modo condita dioecesis curis esse pergat sodalium Societatis de Maryknoll pro missionibus exteris, qui ad hunc usque diem egregiam ibi evangelicae legi prolatandae navarunt operam, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum. Has denique Litteras Nostras exsequendas studebit venerabilis Frater Iosephus Caprio, quem diximus, vel quem ille delegaverit. Si autem tempore exsecutionis alius in Sinis Apostolicus Internuntius erit, hic mandata Noátra faciet. Qui vero rem perfecerit, onus habebit effecti negotii documenta exarandi, quae rite signata sigilloque impressa ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Canc, tab., vol. CI X, n. 73.

IV
NAGOYAËNSIS

Praefectura Apostolica Nagoyaënsis ad gradum dioecesis evehitur

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Praefectura Apostolica Nagoyaënsis, die duodevicesimo mensis Februarii constituta, anno millesimo nongentesimo vicesimo secundo, tam feliciter, Deo iuvante, sive christianorum numero crevit, sive catholicis omne genus coeptis, ut peropportunum visum sit ad gradum dioecesis eandem evehere. Quod ideo venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales, sacro Consilio Christiano Nomini Propagando praepositi, post auditum venerabilem Fratrem Dominicum Enrici, Archiepiscopum titulo Ancusensem atque Internuntium Apostolicum in Iaponia, hac de re statuerunt, apostolica hodie potestate Nostra confirmamus, hisque Nostris sub plumbo Litteris Praefecturam Apostolicam *Nagoymnsem* **ad dignitatem dioecesis attollimus,** *eodem nomine* **iisdemque servatis finibus. Novam dioecesim eiusque Episcopum suffraganeos esse volumus metropolitanae Sedi Tokyensi. Praecipimus insuper ut sedem suam in urbe vulgo Nagoya sacer Praesul ponat, magisterii autem cathedram, in sacra aede ibidem exstante Deoque dicata in honorem Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, quam scilicet ad maximi totius dioecesis templi splendorem tollimus, cum iuribus quae huiuscemodi sacris aedibus competunt. Novae praeterea Ecclesiae sacrorum Antistes congrua iura habebit omnesque obligationes cum munere coniunctas, quae quales sint ex iure canonico patet. Ad Canonicorum Collegium quod attinet sinimus ut, quoadusque id condatur, quod per alias sub plumbo Litteras fiet, Consultores dioecesani renuntientur, qui Episcopo consilio et ope assint. Has denique Litteras Nostras exsequendas studebit venerabilis Frater Dominicus Enrici, quem diximus, vel quem ille delegaverit, dummodo ecclesiastica dignitate praeditum virum. Si autem tempore exsecutionis alius in Iaponia Apostolicum Internuntium aget, hic mandata Nostra faciet. Qui vero rem perfecerit onus habebit effecti negotii documenta, de more signata sigilloque impressa, ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide mittendi.**

Has vero Litteras nunc et in posterum efiicaces esse et fore volumus ;

ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sextodecimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco **£B** Plumbi

In Ap. Cane, tal)., vol. CIX, n. 6£.

V

NIIGATAËNSIS

Praefectura Apostolica Niigataënsis ad gradum dioecesis tollitur

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sicut provido naturae instituto grandior in homine aetas tenerae succedit aetati, ita benigno Dei consilio in Ecclesia sancta fit quoties inditum animis supernum semen (cfr. *1 Io.* **3, 9) generosi sacerdotes**

excolant atque tueantur. Quod cum feliciter evenerit in Apostolica Niigataënsi Praefectura tum ob sacerdotum sollertiam tum ob christifidelium opera, laeto animo accepimus quod venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales qui Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando praesunt, faciendum censuerunt, ut scilicet dioecesis ex ea apostolica praefectura constitueretur. De sententia igitur eorundem Patrum Cardinalium, postque auditum venerabilem Fratrem Dominicum Enrici, Archiepiscopum titulo Ancusensem atque in Iaponia Apostolicum Internuntium, summa Nostra auctoritate ea quae sequuntur decernimus et iubemus. Apostolicam Praefecturam *Niigataënsem* **ad gradum et dignitatem dioecesis** *eodem nomine* **appellandae tollimus, quae metropolitanae Ecclesiae Tokiensi erit obnoxia et Sacrae Congregationi de Propaganda Fide perget esse subiecta. Sedem suam Episcopus in urbe vulgo Niigata appellata ponet, magisterii autem cathedram in templo principe, ibidem exstante, quod ad dignitatem aedis cathedralis tollimus, cum iuribus propriis. Novae praeterea dioecesis Antistes congrua iura habebit, omnesque obligationes cum munere coniunctas, quas inter memorare placet obligationem Consultores dioecesanos eligendi, qui ob locorum huiusque temporis necessitates Canonicorum Collegii vices agant. Decernimus insuper ut nova, quam condidimus, dioecesis saeculari clero concredatur, qui adhuc egregia industria, prudentia, animorum studio enituit in Apostolica Praefectura regenda atque administranda. Ceterum has Litteras Nostras exsequendas curabit venerabilis Frater Dominicus Enrici, quem diximus, vel quem ille delegaverit, dummodo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Si autem tempore exsecutionis alius Apostolicae Inter - nuntiaturae in Iaponia praeerit, hic mandata Nostra faciet. Qui vero rem perfecerit, onus habebit effecti negotii documenta, de more signata sigilloque impressa, ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittendi.**

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesia-

stica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Eomae, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto,

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. ***R. E. Cancellarius***

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CIX, n. 62.

VI

BUKAVUENSIS **ET** KASONGOËNSIS

(UVIRAËNSIS)

Quibusdam territoriis ab Ecclesiis Bukavuensi et Kasongoënsi detractis, nova dioecesis conditur, « Uviraënsis » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sollemnis Dei promissio et quasi sponsio, quam in Palaestinis oris Abrahae benignissime fecit : « Omnem terram quam conspicis tibi dabo et semini tuo in sempiternum. Faciamque semen tuum sicut pulverem terrae » *(Gen.* **13, 15), non modo in Abraham longo posterorum agmine impleta est sanctissimo viro, sed etiam, idque multo praestantius, in Christo, Dei Filio, cuius imperio Pater et gentes omnes ac populos tradidit** *(Ps.* **II), et asseclas et cultores tam multos fieri dedit, quot stellae per caelos errant fulgentia regna, quotque in littore maris cumulantur arenae. Cuius rei documento sunt sive christifideles omnes in orbem ter-**

rarum diffusi, sive etiam christianorum grex, sane frequens, qui in Congo incolunt. Quibus volentes aptius providere, consilio audito venerabilis Fratris Vedasti Mojaisky-Perrelli, Archiepiscopi titulo Amideni et in Congo et Ruanda-Urundi Apostolici Delegati, item Ordinariorum Praesulum, quorum interest, aequissimo animo id probamus quod venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus visum est Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praepositis, haecque Nostra auctoritate censemus. Civilem districtum, uti dicunt, Uvira ab archidioecesi Bukavuensi separamus ; item districtus civiles Fizi, et Mwenga, et illam partem civilis districtus Kabambare, quae ad orientem fluminis Luama sita est, a dioecesi Kasongoënsi detrahimus, in novaeque dioecesis formam redigimus, *Uviraënsis* **cognominandae et Patribus Piae Societatis Sancti Francisci Xaverii pro Missionibus Exteris committendae, ad Nostrum nempe et huius Apostolicae Sedis nutum. Dioecesis Uviraënsis erit metropolitanae Sedi Bukavuensi suffraganea ; item sacer eius Antistes erit eiusdem Ecclesiae Archiepiscopo obnoxius. Ad mensam quod attinet, ad Seminarium, ad Collegium Canonicorum, ad regimen denique dioecesis ad aliaque huiusmodi, normae omnino serventur Codicis Iuris Canonici. Documenta postremo et acta, quae novam circumscriptionem respiciunt, quam primum ad Curiam episcopalem mittantur, ibidem religiose custodienda. Ceterum, has Litteras Nostras venerabilis Frater Vedastus Mojaisky-Perrelli exsequi studebit, vel quem ille delegaverit, factis scilicet necessariis potestatibus. Qui vero rem gesserit, idem acta et documenta actae rei exarari faciet, eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Christiano Nomini Propagando cito mittet.**

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit

vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

^Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*

Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco Sß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CIX, n. Jf¡.

VII

BOGOTENSIS - ZIPAQUIRENSIS
(FACATATIVENSIS)

Quibusdam detractis territoriis ex **Ecclesiis Bogotensi et Zipaquirensi, nova efficitur dioecesis, nomine « Facatativensis ».**

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Summi Pastoris qui munere fungimur, omnibus scilicet Christi fidelibus quam diligentissime quamque aptissime consulendi, ad id hodie adducimur, ut, votis accedentes venerabilis Fratris Iosephi Paupini, Archiepiscopi titulo Sebastopolitani in Abasgia et in Columbiana Republica Apostolici Nuntii, novam constituamus in eadem Republica dioecesim, intra videlicet fines civilis regionis, cui vulgaris appellatio Departamento de Cundinamarca. Audito ideo dilecto Filio Nostro Aloisio S. R. E. Cardinali Concha, Archiepiscopo Bogotensi, atque venerabili Fratre Bonaventura Jauregui Prieto, Episcopo Zipaquirensi, de sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium qui Sacro Consilio praesunt extraordinariis expediendis Ecclesiae negotiis, deque summa et apostolica auctoritate Nostra, ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. Ab archidioecesi Bogotensi curias seu paroecias distrahimus

vulgo Funza, Mosquera, Madrid, Bojacá, Zipacón, Tenjo, Facatativá, Albán, Guayabal de Síquima, Tabio, Subachoque, El Rosal, San Francisco, La Vega, Sasaima, Villeta, Quebradanegra ; a dioecesi autem Zipaquirensi, curias vulgo Cha-guaní, Guaduas, La Paz de Calamoina, Supata, Vergara, Nocaima, Nimaima, La Peña, Utica, Topaipí, San Antonio de Aguilera, La Palma, Caparrapí, Yacopí, Puerto Salgar, ex usque territoriis dioecesim condimus *Facatatwensem* appellandam iisdemque circumscribendam finibus ac curiae simul sumptae, quae nominavimus, prout in praesens terminantur. Decernimus praeterea ut territoria curiarum vulgo Gachalá, Ubala, Santa Rosa, Gama, Junín, Claraval, Guasca, Sopó, Chía, Cajicí, Gacheta, Guatavita, Tocancipá, Sesquilé et Gachancipá, ab archidioecesi Bogotensi separentur, atque in perpetuum dioecesi Zipaquirensi annectantur. Novae dioecesis Sedes Episcopique domicilium in urbe vulgo Facatativá statuentur; cathedra vero episcopalis magisterii collocetur in curiali templo Dei sacro in honorem B. M. V. a Ssmo Rosario, quod ad gradum et dignitatem aedis cathedralis evehimus. Ea praeterea iura, honores, privilegia quae dioecesibus competunt, eadem ad novam hanc Ecclesiam pertinebunt ; sacris vero Praesulibus, quibus regenda committetur, etiam debita onera obligationesque facimus. Dioecesis Facatativensis sit metropoli Bogotensi suffraganea, eiusque Episcopus eiusdem Metropolitae ad normam iuris obnoxius. Curet Facatativensis Episcopus ut in sua dioecesi Canonicorum Collegium constituatur, iuxta normas per alias sub plumbo Litteras edendas. Interea vero Consultores dioecesani deligantur, qui sacrorum Antistiti praesto sint in rebus gravioribus explicandis. Qui scilicet a munere cessabunt, Canonicis constitutis. Mensam episcopalem, quae dicitur, sive ea bona efficient quae novae Ecclesiae ob venient ex peracta divisione iuxta canonem 1500 C. I. C. ; sive pecunia quam populus sponte dabit ; sive Curiae episcopalis reditus ; sive dos a publica auctoritate danda. Fundus vero seu praedium rusticum, quod populari appellatione Hacienda la Trinidad vocant, intra fines paroeciae Sopó nuncupatae exstans, mancipium erit Seminarii metropolitani Bogotensis. Est praeterea Nostra voluntas ut minus saltem Seminarium struatur pueris excipiendis qui ad sacerdotium vocati fuerint, ad normas iuris communis peculiariumque Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus legum. E quo cum adoleverint lecti iuvenes Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum, ut philosophicis theologicisque disciplinis imbuantur. Quod autem attinet ad dioecesis regimen, administrationem, Vicarii Capitularis electionem, aliaque id genus, omnino serventur quae sacri canones praescribunt. De clero autem hoc statuimus ut, cum dioecesis per harum Litterarum Nostrarum exsecutionem con-

dita fuerit, eo ipso sacerdotes Ecclesiae illi censeantur addicti, in cuius territorio beneficium aut officium habeant; ceteri autem sacerdotes, clerici Seminariique tirones, illi Ecclesiae in qua legitimo domicilio degant. Mandamus quoque ut acta et documenta quae novam dioecesim quovis modo respiciant, ex Curiis Bogotensi et Zipaquirensi ad Facativensem mittantur, in rerum sacrarum tabulario religiose custodienda. Extremum, quae mandavimus exsequi studebit venerabilis Frater Iosephus Paupini, quem diximus, vel qui, eo tempore quo fieri debeant, Apostolicae Nuntiaturae in Columbiana Republica praesit, cum potestate, si visum fuerit, quemlibet delegandi, dummodo in ecclesiastica dignitate constitutum virum. Idem venerabilis Frater actae rei documenta exaranda curet, quae sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto decimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Francisciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Ioannes Foschini, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CIX, n. 34.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Beata Maria Virgo in caelum Assumpta Seguntinae-Guadalajarensis dioecesis praecipua Patrona eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Augustae Dei Genetricis in caelum commigratio piorum corda fidelium sublimia quasi arripit, eademque gaudio aeternae beatitatis perfundit. Dulcis profecto huius privilegii memoria, iucunda meditatio omnisque sermo suavis. Ultro quippe animo contemplanti humillima eademque excelsa obversatur Creatura, cui, ex hac terra abeunti, ad amplexum Patris et Filii et Sponsi currenti, ianua caeli splendida reseratur. Tali vero mens recreata visione, facilius sese ad fidem erigit, dum bona certaque spe ducitur fore, ut, Sanctae Matris exemplo atque auxilio, ad Beatorum sedem aditus sibi feliciter pateat. Hisce quidem marialis pietatis nutrimentis, ut ceteros omnes Christianos, ita praecipue dilectos filios Seguntinenses alitos esse scimus, qui multa iam saecula summa veneratione Deiparam in caeleste domicilium Assumptam prosequuntur. Cuius rei testimonium exstat Templum dioecesis Maximum, quod, statim ac saeculo xn exaedificari est coeptum, eidem Virgini est dicatum. Quodsi cogitas principem quamlibet Ecclesiam a tota, quae circa est, regione veluti integrae cathedram fidei spiritalisque fontem vitae recte haberi, nihil est sane cur mireris magnam eiusmodi cultus propagationem. Eadem hac re nisus, Venerabilis Frater Laurentius Bereciartua Balerdi, Seguntinus-Guadalajarensis Episcopus, humilibus Nos adiit precibus, ut eiusdem Virginis patrocinium pro tota ipsius dioecesi sollemniter renuntiaremus. Nos vero, de cultu mariali provehendo solliciti, huiusmodi optato, quo istic teneri omnes quoque Sacerdotes, catholicos coetus populumque fidelem accepimus, perlibenter satisfacere statuimus. Itaque omnibus attente perpensis, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem, in caelum Assumptam, praecipuam apud Deum caelestem *Patronam* universae Seguntinae-Guadalajarensis dioecesis constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec

edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxix mensis Maii, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
» *a publicis Ecclesiae negotiis*

II

Cathedralis Ecclesia dioecesis Biturgensis titulo ac dignitate Basilicae Minoris exornatur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Locorum Sanctorum celebratissimum Domini Iesu Sepulcrum claro suo amplificat et ornat nomine urbem Etruriae, ad superioris Tiberis vallem sitam, ubi pii viatores, ex Palaestina redeuntes, constiterunt atque in exstructo sacello monumenti illius reliquias condiderunt. Quae aedicula, finitimae terrae incolas quasi invitando, multis brevi circumdata est domibus, unde castrum, a Sancto Sepulcro appellatum, est ortum. Deinde monachi Camaldulenses magnum ibidem coenobium collocarunt, Templumque aedificare coeperunt, quod, Deo dicatum in honorem S. Ioannis, Evangelii auctoris, cathedralis hodiernae Ecclesiae veluti caput exstitit. Politorum interea artificum opera crevit huius Templi nomen ; quod etiam, renovatum tribusque alis instructum, tale evenit, ut a nostrae aetatis iudicibus quasi quoddam exemplar habeatur illius architecturae, quae simul Romanicum — ut dicitur — servat ordinem atque Gothicum eiusdemque proprias notas proponit. Cum vero, saeculo xvi, auctoritate Leonis Pp. X, Decessoris Nostri, Burgus Sancti Sepulcri urbis titulo est decoratus, lataque ei dioecesis est attributa, quod antea monachorum Templum fuerat, idem princeps novae iurisdictionis aedes constitutum. Nostris denique temporibus reiectum, in pristinum decorem, optimo sane consilio, est adductum ; ita enim mira artificia, veluti parietariae picturae, in lucem prodierunt, quae pretiosarum tabularum seriem locupletar un t. Attamen

maioris momenti ideoque ampliore dignus laudatione est Dominici Sepulcri cultus, siquidem Servatoris de morte triumphantis perennis memoria viget in urbe, veneratio vere singularis in Templo, ubi sacros ritus, Canonicorum cura sollemnissimos, fideles frequentes participant. His omnibus diligenter perpensis, Venerabilis Frater Dominicus Bornigia, Biturgensis Episcopus, sententiam sive Sacerdotum sive praesertim Canonicorum expromens, preces Nobis adhibuit, ut maximum dioecesis Templum Basilicae Minoris titulo ac dignitate honestaretur. Nos autem, ne illustre vetustumque Christianae religionis monumentum Nostrae specimine existimationis careret, benigno libentique animo huiusmodi voto statuimus satisfacere. Itaque ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Cathedralem Ecclesiam dioecesis Biturgensis ad titulum ac dignitatem *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae Templis, eodem nomine insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Iunii, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Beata Maria Virgo, Regina Mundi appellata, totius Quercopolitanae dioecesis caelestis Patrona renuntiatur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Ex opportuno salutarique consilio, recens condita dioecesis Sanctorum Caelitum obtegitur patrocinio, ut religionis disciplina ac ratio, superno quodam stabilita praesidio, quam maximum capiat incrementum. Haud aliter fieri scimus in Foederatis

Americae Septemtrionalis Civitatibus, ubi novae Quercopolitanae dioecesis Praesul atque fideles universi id exoptant, ut, quam Patronam, obsequio quidem peculiari excultam, ultro iam elegerint, eandem Apostolico Nostro decreto sollemniter sibi constituamus. Nos vero, illud primum laetati quod in Beatam Mariam Virginem huiusmodi fertur votum, ipsam quoque appellationem pulcherrimam ac splendidissimam existimamus. Siquidem ut Mundi Reginam eam consalutant ; quem quidem honoris titulum, inter cetera nomina a Christianis Deiparae adiecta, locum quendam neque obscurum tenere nemo non confitetur. Hoc enim nomine illud terrae caelique significatur imperium, quod Alma Dei Mater, utpote quae artissimo vinculo cum Filio sit coniuncta, participat ; hoc nomine eidem Angelorum[4] atque hominum, sive in hoc exilio vitam degentium sive aeterna beatitate fruentium, principatus quidam tribuitur. Hisce ergo de causis, quo uberius marialis pietas floreat, precibus a Venerabili Fratre Floyd Laurentio Begin, Episcopo Quercopolitano, ad Nos delatis, libenter satisfacere statuimus. Itaque, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, omnibus attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatam Mariam Virginem, quae Regina Mundi appellatur, totius Quercopolitanae dioecesis praecipuam apud Deum *Patronam* **confirmamus, seu facimus, constituimus, declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc- et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Iulii, anno MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS I. **Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Beata Maria Virgo in caelum Assumpta in praecipuam Patronam pro tota dioecesi Apuana eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Etruriae illa regio, cui Lunisianae nomen inditum est, antiquissimis Etruscis ac Eomanis historiae monumentis illustris, illustrior ob christianam gentium humanitatem facta est. Ex pervetusta et episcopali Lunensi urbe nonnullae dimanarunt, labentibus saeculis, dioeceses, quas inter Apuana, a Decessore Nostro Pio Pp. VI, fel. rec, saeculo xvui exeunte, condita. Quae, in aprico atque amoeno loco posita nec non prope asperrimas ac marmore albas Apuanas Alpes, devota est Beatae Mariae Virgini, quae, « nive candidior », super omnes montes in caelum est assumpta. Complures etenim memoratae dioecesis paroeciae ipsimet Caelesti Reginae receptae sideribus dicatae sunt, quin immo Cathedralis ipsa Ecclesia. Quae cum ita sint, Venerabilis Frater Iosephus Fenocchio, Episcopus Apuanus, quo magis Marialis pietas in dies exardescat, a Nobis enixe postulat ut Nos Deiparam Virginem caelo receptam totius laudatae dioeceseos Patronam canonice riteque velimus renuntiare. Nos autem, quantum ad incrementum Fidei impensa in Virginem Mariam religio apud fideles conferat haud immemores, huiusmodi precibus annuendum perlibenter censemus. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Virginem Mariam in caelum Assumptam totius Apuanae dioecesis praecipuam apud Deum *Patronam,* **omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, principalibus locorum Patronis rite competentibus, renuntiamus, facimus, constituimus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xin mensis Iulii, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

HAMLETUS I. **Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

V

Ecclesia metropolitana Firmana, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis in caelum Assumptae dicata, titulo ac privilegiis Basilicae Minoris decoratur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Sabuli collis verticem, hinc Hadriaci maris, illinc Sibyllinorum montium prospectu amoenissimum, ubi veterum idolorum exstitit fanum, cives Firmani, ad verae fidei lumen a beatis Martyribus Alexandro et Philippo perducti, Christiani cultus domicilium actuosaeque pietatis arcem mature elegerunt. Multa ibidem ac praeclara eius monumenta urbis, quae « Firmum firma fides, Romanorum colonia » antiquitus optimoque iure fuit apppellata ; atque omnia, sive ad religionem sive ad civilem usum pertinent, mutuo quodam complexu devincta, eius comprehendunt vitam, longas per hominum aetates actam. Primo quidem basilica, ad priscae artis Christianae normam aedificata, eo loci fuit; postea vero, medio, ut aiunt, aevo magnifica exstructa est ecclesia, Firmanorum sedes atque cathedra Antistitum, operis artificio Gothicoque architectandi genere insignis. Neque immutationes, quae postea sunt inductae, huiusce Templi decori obfuerunt, cuius frons praecipue ob sacram turrim lapidemque ornamentum, ingentis rosae instar, aspicientibus numquam summae admirationi non fuit. Huc accedit copiosa supellex, religiosorum rituum splendori accommodata, velut aenea aedicula Augusto Sacramento asservando, magni pretii missale volumen « de Firmonibus », minutis picturis venustum, sacerdotalis vestis, qua esse usus S. Thomas, Episcopus Cantuariensis, traditur. Plurimae etiam in hypogeo Sanctorum Caelitum reliquiae continentur. Ampliore tamen recordatione ac laude digna est pietas, antiqua sane ac florens, erga Sanctam Mariam in caelum Assumptam, praecipuam civitatis Patronam, cui quidem Templum Maximum est sacrum. In interiore nempe absidis parte, solida emicat effigies, quae Dei Matrem exprimit, inter choros Angelorum, ardenti quodam amoris et gloriae studio, in caelorum spatia penetrantem. Ad eam venerandam — neque rei evanuit memoria — quotannis, die xv mensis Augusti, sollemnissimo ritu equestris pompa ducebatur : tum sacrorum videres administros, civitatis praesides, populumque fidelem, non solum ex urbe, sed ex latae etiam archidioecesis oppidis ad sacrum collem convenientes, suamque Reginam celebrantes. Hodie quoque, ut olim, pietatis exercitationes, quae maioris sint momenti, pari celebritate eademque fide ibidem fieri

solent. Tot ergo de causis, cathedrali Canonicorum ordini visum est Sedem hanc Apostolicam adire, ut Templum, cum religione tum pulchritudine praestans, ad Basilicae Minoris honorem atque gradum eveheretur. Quod votum, ampla Venerabilis Fratris Norberti Perini, Archiepiscopi Firmani, commendatione roboratum, benigno animo statuimus admittere. Itaque, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, omnibus attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Metropolitanam Ecclesiam Firmanam, Dei in honorem Beatae Mariae Virginis in caelum Assumptae dicatam, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* **afficimus et decoramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae Templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx mensis Iulii, anno MCMLXII, **Pontificatus Nostri quarto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULAE

I

Ad singulos Catholicae Ecclesiae Episcopos ceterosque Patres Concilii Oecumenici Vaticani II, in Epiphania Domini.

Venerabilis Frater Nobis dilectissime,

Mirabilis ille Episcoporum coetus, quem tempore primae sessionis Concilii Oecumenici Vaticani II in Petrianae Basilicae maiestate congregatum intuiti sumus, semper ante oculos Nostros obversatur. Ac postquam eos dimisimus, celebrato festo die Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis ac Sanctorum Caelitum honoribus decretis Beatis

Petro Iuliano Eymard, Antonio Pucci et Francisco a Camporubeo, numquam desiit animus Noster spiritualis amoris affectu cum iisdem coniungi.

Cum vero in praesenti a suavi mysterio in Bethleemitico specu peracto ad praeclaram Epiphaniam Domini, Regis gloriosi et immortalis saeculorum ac gentium, transimus, nihil antiquius habemus quam ut cogitatione et verbo ad grave sacrumque argumentum de Concilio redeamus, in quo totus hic annus modo initus versabitur et in quod hominum, quotquot sunt per orbem terrarum, studia spectabunt, corda, voces et opera omnium singulari quodam concentu coniungentia.

Constat autem inter cunctos, ad quos pertinet, hos menses anni MCMLXiii, id est tempus, quod ab Epiphania Domini, seu vi die Ianuarii, ad festum Nativitatis Beatae Mariae Virginis, seu VIII diem Septembris ducitur, habendos esse veram continuationem operis Concilio impendendi, quod mense Octobri anno MCMLXII feliciter est inchoatum. Prioribus illis hebdomadibus datum est ope speciminum doctrinae et rei pastoralis, experientia comprobatae, atque disputationum libere et reverenter habitarum, certum ac definitum modum procedendi statuere, qui efficiet, ut opus postea celerius et expeditius absolvatur.

Concilii Oecumenici continuatio

Summopere vero refert, ut penitus intellegatur Concilium non intermitti, licet Venerabiles Fratres in Episcopatu, qui una cum Romano Pontifice universalem constituunt Synodum, in praesenti, pastorali muneri vacantes, corpore absint. Iidem quam coniunctissimos animo hoc vertente anno se existiment atque ostendant oportet.

Convictus socialis populorum, ut notum est, his temporibus plurimum accipere solet significationis et utilitatis etiam actione, quae e longinquo fit; cuius rei progressus licet et expedit ut, meliore quo fieri potest modo, ad Sanctam Ecclesiam ubique terrarum transferatur eique inserviat. Id autem maxime refert, ut sacra veluti compages Episcoporum, qui una cum Summo Pontifice intimam atque primariam rationem operis Concilii tuentur, integra et inviolata servetur : id ipsum contingat oportet imprimis Romae, in colle Vaticano, in amplis aedibus ubi Ecclesiae universali regendae animo amanti et prompto consulitur, in institutis, ubi sacrae disciplinae traduntur, in pietatis caritatisque sedibus ; scilicet sub oculis ipsius Vicarii Iesu Christi ; deinde id ipsum fiat oportet in omnibus locis orbis terrarum, quo sacra Hierarchia per-

tingit et iisdem rebus opera datur, in perfecta unitate spirituali cum Romano Pontifice et in virtute Spiritus Sancti, qui *posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.*[1]

Quaedam praecipua capita ad considerandum proposita

Quae in prioribus conventibus Concilii et in commercio sive inter singulos sive inter omnes simul Venerabiles Patres eiusdem universalis Synodi experiendo cognita sunt, Nobis suadent, ut mentes vestras ad quaedam capita convertamus, quae maximi momenti esse arbitramur, idque praesertim dum exspectantur ampliores Concilii progressiones sive per hos octo menses quibus Commissiones operi paene abscondito et secreto, tamen re vera utilissimo et efficientissimo, prout ad ipsas pertinet, insistunt, sive postea in conclusione — ut fore confidimus — totius negotii, quae Romae incipiet mense Septembri, donec finis Concilio imponetur.

Haec vero capita ad quattuor redigere placuit ea mente, ut rem magis distincte ac perspicue enuntiaremus. In iisdem peculiaris ratio habetur operis per hos octo menses faciendi, qui scilicet ab Epiphania Domini ad festum Nativitatis Beatae Mariae Virginis procèdent. Opportuno tempore oblato, aliae hac de re normae edentur.

Haec autem sunt capita, de quibus sumus acturi :

I. Commissio Patrum Cardinalium rebus Concilii cum auctoritate recto ordine componendis, die vi mensis Decembris anno MCMLXII annuntiata ac xvn eiusdem mensis instituta, cui praeest Venerabilis Frater Noster Hamletus Ioannes Cardinalis Cicognani, a publicis Ecclesiae negotiis.

II. Studium actuosum, quo ii, qui procul ab Urbe degunt, ipsum veluti centrum Concilii attingant oportet.

III. Firmior in dies voluntas, qua clerici et laici sibi proponant Concilio auxiliatricem praebere operam, preces pro felici eiusdem exitu fundere, omnium animos eo dirigere, vitam ducere sanctam et sanctificantem.

IV. Concilium Oecumenicum XXI quam latissime pateat, scilicet amplissima consilia et proposita Ecclesiae Christi complectatur.

[1] ***Act.*** 20, 28.

I. Nova Patrum Cardinalium Commissio recens instituta

Viri in altissimo dignitatis gradu collocati propterea asciti sunt in Commissionem rebus Concilii recto ordine componendis per hos octo menses, quibus opus eiusdem Synodi pergere diximus, licet partim extra sacra moenia Vaticana, quod Purpuratis Patribus ad id muneris vocatis honorem habendum esse visum fuit, atque etiam quod iidem iam usum ac dexteritatem adepti sunt in aliis Commissionibus, quae Concilii veluti corpus efficiunt.

Haec autem recentissima et princeps Commissio nequaquam ceterarum opus extenuat vel imminuit, quin immo aptius disponit et lucidius definit, ratione habita ordinis ac finis totius Concilii.

Adiumento ei erit Secretariatus Generalis, scilicet Secretarius Generalis, quinque Subsecretarii eorumque adiutores, quorum probata est diligentia in munere sibi credito explendo, exsecutorio quidem, tamen multae prudentiae, ponderis et utilitatis.

IL Conexio inter sedem Concilii et Patres extra Romam degentes

Officium Romani Pontificis et Episcoporum in Concilio Oecumenico

Par est ut Concilium Oecumenicum a Romano Pontifice, qui illud convocavit, generales normas suscipiat ; at simul ad Episcoporum coetum pertinet modum statuere, quo, generalibus illis servatis normis, eius celebratio debita cum libertate procedat. Necessarium etiam erit, ut quae in Concilio constituta fuerint, postremo a Summo Ecclesiae Pastore comprobentur, e cuius apostolica auctoritate tandem decreta omnia vim legis haurire debebunt ; sed Conciliarium Patrum est, sacra huiusmodi decreta proponere, mature expendere, in congruam redigere formam, ac tandem una cum Romano Pontifice subscribere. Quam ad rem, expedit ea attente considerare, quae in capite xv *Actuum Apostolorum* **de Concilio Hierosolymitano scripta sunt, necnon de Pauli et Barnabae missione in urbem Antiochiam, una cum luda, qui cognominabatur Barsabas, et Sila;**[2] **qua simplici narratione, viginti iam saecula, perfectum Concilii specimen exhibetur. Nam ex primo illo Concilio manifeste patet, quae sit Episcoporum auctoritas et quam grave munus ad eos spectet in quavis Oecumenica Synodo, a Hierosolymitana scilicet usque ad praesens Concilium Vaticanum II.**

[2] Cfr. vv. 1-22.

Quid postulet Concilium a singulis Episcopis

Quare studiosa de Concilii laboribus cura proprium ac sacrum Episcoporum officium est, quippe qui in partem pastoralis sollicitudinis vocentur. Quod officium postulat non solum ut proximis coetibus in Vaticano templo habendis singuli intersint, verum etiam ut per hos octo menses iidem cum omnibus in Episcopatu Fratribus arta animorum coniunctione iungantur, sedulosque se praebeant in epistularum commercio, quotiescumque Commissio, cui praeest Noster Cardinalis a publicis Ecclesiae negotiis, aliquid ipsos rogaverit. Haec enim alacritas, qua singuli universi commissa sibi studia peragent et epistularum officium absolvent, procul dubio efficiet, ut Concilii labores sapienter progrediantur et grande hoc opus, ad quod omnium oculi convertuntur, ad optatum exitum proper et.

Episcoporum adiutores in rebus ad Concilium spectantibus

Sollicita cura ut hac in re omnia et ab omnibus celeriter recteque peragantur, utiliter suadere poterit singulis Episcopis — quibus hoc vertente anno negotia ad Concilium spectantia veluti pupilla oculi habenda sunt — ut ad suam ipsorum complendam operam, ope et auxilio utantur ecclesiasticorum virorum, qui, in unaquaque dicione ecclesiastica, doctrina virtuteque praestent. Eos scilicet sibi adiungere poterunt laboris socios — ut iam dictum est — sive de viris agitur, quorum nomina Romae nota sunt quique apud Concilii Commissiones iam operam praestant, sive etiam sacerdotes ac religiosi sodales sunt, quorum consilium gerendarumque rerum prudentia magna apud omnes in existimatione sunt. Horum nomina, si res ferat, expedit Secretariae Generali significare, cum eidem in peculiaribus rerum adiunctis ipsi maximam utilitatem afferre possint. Haec adiutrix opera, a paucis tantum viris expetenda, qui secretum de rebus Concilii religiosissime servare sciant, nedum tantae dignitatis opus dedeceat, ad eius vim ac praestantiam augendam valde conferre poterit.

HI. Cooperatio Cleri et laicorum hominum

Augescentia studia et sollicitudines de rebus Concilii inter christifideles

Quod autem attinet ad christianum populum, religionis studium, quo christifideles Concilii labores prosequuntur eiusque prosperum praestolantur exitum in dies magis feliciter augescit. Itemque actuosa navitas, qua Ecclesia vitae suae ubertatem proxime elapsis mensibus ostendit, omnium exspectationem superavit. Hoc Nobis testantur laeta nun-

tia, quae cotidie ex omnibus terrarum orbis partibus ad Nos perferuntur gratoque Nos afficiunt solacio.

Nunc quoque suaviter animum Nostrum sueta subit cogitatio primae Pentecostes, veluti si cotidianae liturgiae haec praecipua exsistat nota : *Spiritus Domini replevit orbem terrarum, et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis.* [3]

Haud dubie hoc certum compertumque est, cum Oecumenicum Concilium indictum fuit, ac postea cum initium cepit, ubique gentium in terrarum orbis regionibus, trans maria quoque, ubi catholica Ecclesia suos numerat filios, id primo obsequii plenam animorum attentionem excitavisse, deinde sciendi studiosam curam, postremo vero magis magisque trepidam spem, quae tamen ad maioris boni providentiam inclinaret.

Christianus populus, peculiarique modo ii christifideles, qui innocentia vitae, tolerantia maiorum, puritate et sanctimonia praestant, in communes precationes coalescere gaudent, quasi ex eiusdem Concilii felici exitu humanum genus recepturum sit aequam illam moderatamque una cum secura pace prosperitatem, quae in terris aeternae laetitiae libamentum esse videtur. N

Nonnulla minus opportuna vitanda

Haud desunt qui ingenui, candidi, religionis fervore acti, haud parvo numero consilia iniciant, id suadendi causa, ut novae formae privatarum ac publicarum supplicationum introducantur. Quae omnia eo spectant, ut latissime per catholicum orbem diffundantur precandi formae, quae singularibus adiunctis temporis, loci, sermonis, et maiorum institutis respondeant.

Necesse minime est, saltem in praesens, ut nova et peculiaria precum genera admittantur. Satis enim sunt ea, quae, a religiosa potestate probata, consueta hactenus nobis facta sunt.

Ecclesia catholica profecto est *Regina a dextris tuis* (scilicet Dei) quae in conspectu adstat gentium, *in vestitu deaurato, circumdata varietate.*[4] Structura, qua conexione mirabili in unum corpus redigitur, constans ex Romani Pontificis primatu, dioecesibus, paroeciis, atque sacris liturgiis et ritibus perantiquis et recens illatis exornata et munita, satis Causae suppeditat, cur una simul solida et compacta consistat, et varietatis studio ac precandi sive privatim sive publice multiplici facultate satisfaciat.

[3] ***Sap.*** 1, 7.
[4] Cfr. ***Ps.*** 44, 10.

Quomodo in singulis dioecesibus christifidelium cooperatio moderanda sit

Singulis dioecesibus Episcopi praesunt, ut ipsis est sacrum iniunctum officium, iidemque omnibus rebus gerendis prospiciunt, quae magisterium, regimen divinumque cultum spectant : quas partes Episcopi et Praelati, in sua quisque dioecesi et pro sua cuiusque munerum provincia, optima cum officii conscientia et partitione implent. Quod autem attinet ad sacerdotes, ad religiosos sodales, ad monachos sacrasque virgines, et ad ipsos e laicorum ordine christifideles, his Eucharisticum Sacrificium, Horariae Preces et Mariale Eosarium uberrimam floridamque praebent supplicandi materiem, qua christiana familia ex universo terrarum orbe et privatim et publice Oecumenico Concilio divina poscat auxilia.

Ceterum id potissimum interest, ut scilicet flagranti precandi studio animi erigantur, et aliorum quoque ardores alant, ea quidem alacritate et religiosa se devovendi voluntate, quae in Romano quodam ritu hisce verbis significantur : *instanter, instantius, instantissime :* **cuiusmodi precatio Christianae multitudinis propria est, quae, securae spei plena, supernam opem laetans exspectat.**

IV. Proposita Concilii ad universitatem christianae et humanae familiae spectantia

Latissima in orbe terrarum Concilii repercussio

Antequam spirituali huic Nostro colloquio finem imponimus, placet Nobis, Venerabilis Frater, quaedam addere. Ad aures quoque Nostras nuntia hinc illincque perveniunt de confidenti observantia, qua hominum opinio ad causas spectantes sive pacem sive alias christiano afflatu solvendas quaestiones conversa est, postquam magnum Concilii inceptum non quidem submisse sed sonantis veluti eloquii efficacitate promptique consilii firmitudine huiusmodi rerum exspectationem excitavit.

Re vera, indicendi Oecumenici Concilii Vaticani II consilium civilis societatis cogitationes occupare initio non videbatur. Cum vero tres abierint anni, ex quo Concilium parari coeptum est, ac praesertim postquam a die undecimo mensis Octobris usque ad octavum diem mensis Decembris elapsi anni prima Concilii sessio celebrata est, huiusmodi •opus tantán; reverentiam in universo terrarum orbe permovit — etiam apud illos, qui inter se diversas amplectuntur sententias in religionis, philosophiae reique publicae campo et finibus — ut iure merito quae-

rendum sit, an caelestis gratiae lux hominum animis propior illapsa sit, ut eos ad Christum Iesum ad eiusque sanctam providamque Ecclesiam paulatim adigat.

Observatores acatholici ad Concilium invitati

Ne plura dicamus, libenter animadvertimus nuntia atque invitationes, eo consilio facta ad separatos ab Ecclesia fratres, qui christiano tamen nomine gloriantur, ut quosdam mitterent, qui observatorum testiumque partes sustinentes Oecumenico Concilio Vaticano interessent, felicem, spectabilem tranquillumque exitum habuisse.

Quod ad Nos attinet, hae invitationes ac singularis honor, quo acceptae sunt — eo scilicet favore, quo in Ecclesiae et Conciliorum rebus gestis raro evenit — Nos impellunt ut Nobiscum recogitemus, inde plane portendi, multos iam animos se applicare ad eam precationem penitus intellegendam, quam Christus Iesus arcano pervigilio antequam pateretur ad Patrem fecit : *Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te ... Ego pro his rogo quos dedisti mihi; quia tui sunt ... Pater sancte, serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi, ut sint unum sicut et nos.*[5]

Concilium Oecumenicum ad omnes homines spectat

Iam perspici licet, id aliquo modo iam contingere. Concilium sane, a Nobis convocatum, directo Ecclesiae nostrae membra respicit, quae est una, sancta, catholica atque apostolica. Huc praesertim spectabant proposita Nostra. Attamen, si in Nostris vel catholicorum tantum negotiis detineremur, aut intra Catholicae Ecclesiae saepta immoraremur, nonne haec agendi ratio, ut semper Nobis visa est, iure videretur haud satis Divini Redemptoris respondere mandatis, qui — ut discipulus ille, quem diligebat Iesus, de eo scripsit — : *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris : non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi?* [6]

Nonne verum est quod idem Evangelista de Divino Servatore, hominum luce, affirmat : *Lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum f* [7]

Lucas autem, nonne Spiritu Sancto afflante scripsit : *Videbit omnis caro salutare Dei?* [8]

[5] ***Io.*** 17, 1, 9, 11.
[6] ***1 Io.*** 2, 2.
[7] ***Io.*** 1, 9.
[8] ***Luc.*** 3, 6.

Et Paulus quidem, quem vere in Apostolorum et Prophetarum numerum asciscitur, cum valida voce Eomanos alloquitur : *Gloria autem, et honor et pax omni operanti bonum (Iudaeo primum et Graeco) : non enim est acceptio personarum apud Deum?*

Quanta sane iucundidate idem ipse Paulus, ad Titum scribens, paucis verbis humanae salutis mysterii naturam et vim declarat : *Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus.*[10]

Hisce locis finem facientes, iuvat Nos S. Ioannis Chrysostomi, gravissimi atque eloquentissimi S. Pauli interpretis, referre sententiam, qua iam a iuventute Nostra haud parum commoti sumus : *Mementote, Fratres : quod non de vestra tantummodo vita, sed de universo orbe a vobis ratio reddenda est.*[11]

Indicia melioris aetatis praenuntia

Quod autem plerique fratres, ab hac Apostolica Sede separati, tanta cum observantia atque benevolentia erga Oecumenicum Concilium se habuerunt, id profecto magni solacii causa est. At quanto uberiorem spem caelestiumque gratiarum vim impetrabimus, si multo effusiorem sincerae nostrae caritatis afflatum in integra veritate profitenda experti fuerint ii omnes, quotquot vocati sunt una nobiscum ad eandem fidem eandemque salutem in Christo in eiusque unico ovili assequendam !

Id ad arcana Dei consilia pertinet, in eoque quasi primos fulgores aspicere iubemur exspectatissimi illius diei, cuius futurum adventum Christus Dominus flagrantissimis votis fidentique animo ita salutabat : *Et alias oves habeo quae non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere ... et fiet unum ovile et unus pastor.*[12] O quam sancto perfruamur gaudio, si liceat Nobis una cum his *ovibus* tam grata legere Dominica verba, itemque suavissimas imagines considerare, quae in cap. x Evangelii S. Ioannis continentur, in eo loco praesertim ubi Christus nos instanter admonet : *Ego sum ostium :* ostium scilicet per quod intrant oves. *Per me si quis introierit salvabitur : et ingredietur et pascua inveniet.*[13]

Haec igitur sint vota, quae rursus fidenti animo concipimus : Concilium Oecumenicum Vaticanum II, quod feliciter inchoatum est, fa-

[9] *Rom.* 2, 10-11.
[10] *Tit.* 2, 11.
[11] *Homilia XV in Matth.*
[12] *Io.* 10, 16.
[13] *Io.* 10, 9.

vente Dei gratia, in Ecclesia tam uberem excitet spiritualium virium copiam, ac tam latos catholici apostolatus campos aperiat, ut homines, a Sponsa Christi perducti, celsissimas optatissimasque illas assequantur metas, quas nondum pertingere valuerunt.

Grandis sane spes, quae ad Ecclesiam et ad cunctam hominum familiam spectat.

De hisce gravibus suscepti officii rationibus in pastorali munere fungendo nos, Ecclesiae Dei Episcopi, nobiscum recogitemus oportet. Quod doctrinae catholicae integritatem servavimus atque servamus, ut Sacra Evangelia, veneranda Traditio, Ecclesiae Patres Romamque Pontifices docent, id procul dubio supernae gratiae dono exstitit, nobisque meritae laudi vertit. Hoc autem non sufficit ad divina exsequenda mandata : sive illud, quod sonat *Euntes docete omnes gentes,*[14] **sive aliud, iam in Veteri Testamento relatum :** *mandavit illis unicuique de proximo suo.*[15]

Adhortationes et vota

Venerabilis Frater,

Admodum laetantes tecum Nostras communicamus cogitationes, vesperascente iam die Epiphaniae Domini Nostri Iesu Christi.

Dum te certiorem libenter facimus, Commissiones Concilii Oecumenici Vaticani II magna cum omnium alacritate labores Romae resumpsisse, scito pariter eiusdem Concilii Secretariam ad Concilii Patres in ordine Episcopatus proxime ea omnia esse missuram, quae pertinent ad perpendenda atque apparanda schemata quaestionum, ipsarum Commissionum studio concreditarum.

Faxit Deus, ut huiusmodi incensa sedulitate susceptus labor, aspirantibus precibus universi cleri, omniumque sodalium e Religiosis Familiis utriusque sexus, quae in terrarum orbe veluti scintillulae diffusae sunt, non modo apostolicae sollertiae constantem gratiam consequatur, sed etiam uberrimos fructus progignat, e quibus humani generis salutem laetitiamque praestolamur. Haec est Iesu Christi gratia, Qui *ignem venit mittere in terram,*[16] **ut eo omnia ardèrent, in splendore fidei, in flamma caritatis.**

Ut Nostris in Episcopatu Fratribus animum addamus, nil prorsus suavius, nil ad permovendum aptius censemus, quam verba Sancti Pauli

[14] ***Matth.*** 28, 19.
[15] ***Eccli.*** 17, 12.
[16] Cfr. ***Luc. 12,*** 49.

ex epistula ad Colossenses deprompta illis proponamus. Hic enim gentium Apostolus — o quam vere vas electionis fuit ille ! — ut generosiores animos ad celsa quaeque attingenda atque ad suscipiendos fortiter labores acuat, ipsis veluti signum haec in lumine ponit : *omnia et in omnibus Christus.*[17] **Deinde sequentia scribit :** *Induite vos ergo, sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: supportantes invicem, et donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam: sicut et Dominus donavit vobis, ita et vos. Super omnia autem haec caritatem habete, quod est vinculum perfectionis: et pax Christi exsultet in cordibus vestris, in qua et vocati estis m uno corpore: et grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes et commonentes vosmetipsos, psalmis, hymnis et canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo. Omne quodcumque facitis, in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo et Patri per ipsum.*[18]

Hisce animi sensibus officiorumque nostrorum conscientia affecti, Venerabilis Frater, in communem sacrumque laborem iterum incumbamus, caelestis gratiae auxilio unice confisi, in lumine mentis et in laetitia cordis, ad bonum Ecclesiae Sanctae Dei. Atque ut lumen et auxilium gratiae Dei votis optatisque Nostris cumulate faveant, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, tuoque gregi universo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vi Ianuarii, in festo Epiphaniae Domini anno MDCCCCLXIII, **Pontificatus Nostri quinto.**

IOANNES PP. XXIII

II

Ad Rev.mum Patrem Basilium Heiser, Ordinis Fratrum Minorum Conventualium Ministrum Generalem, septimo volvente saeculo, ex quo sacrae S. Antonii exuviae in Basilicam Patavii eius honori exstructam translatae sunt.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Franciscalis Familia, quemadmodum ad Nos allatum est, mentem studiose intendit ad concelebrandam memoriam eventus, qui Patavii ante VII saecula

[17] ***Col. S,*** 11.

[18] ***Col.*** 3, 12-17,

feliciter contigit; cuius rei causa fidelium multitudines eodem, ut est prospicere, confluent. Etenim die VIII mensis Aprilis anno MCCLXIII sacrae exuviae S. Antonii^ qui Ordinis istius lumen est eximium, plurimum expetitus apud Deum deprecator populi christiani, Ecclesiae Doctor potentissimus verbo, ex ecclesia S. Mariae Matris Domini, ubi vi lustra asservatae iacuerant, in Basilicam eius honori eleganti manu, magnificentia summa, eadem in nobili urbe exstructam, translatae sunt. Atque Nos, qui, antequam praegrave munus Apostolicum susciperemus, Venetorum sedem principem obtinuimus, in lectissimum hunc Caelitem semper singulari pietatis affectu Nos sensimus ferri, quo moti augustum eius templum saepe venerabundi invisimus, in praesens omittere nolumus, quin, huiusmodi oblata ^occasione, religiosam observantiam in eum exprimamus et communi Nos gaudio consociemus.

Cum igitur, ut est in annalibus, S. Antonii corpus rite recognosceretur, inventa est eius lingua rubicunda, ut viventis hominis, non diu terrestri vita functi, esse videretur; traditurque S. Bonaventura, Ordinis istius tunc temporis Summus Moderator, qui praesens astitit, exclamasse : ((O Lingua benedicta, quae Dominum semper benedixisti, et alios benedicere fecisti : nunc manifeste apparet, quanti meriti exstitisti apud Deum ».[1] Scilicet Doctor Doctorem agnovit eique praeconium amplissimum tribuit; atque adeo raro exemplo factum est, ut lingua servaretur a corruptione immunis, quae instrumentum fuerat Spiritus Sancti.

Quae ob memorabilem hunc eventum parantur anniversaria sollemnia, praeclaram Nobis opportunitatem praebent paterno vos cohortandi animo, ut in exemplum tam praestantis sodalis vestri omni ope vos formare studeatis : ipse, ad Franciscalis disciplinae rationem, « principaliter intendit unctioni, et postea speculationi »,[2] seu imprimis ipse « semper benedixit Dominum ». Vitam igitur ducens cum Deo coniunctissimam, preces ei adhibere non desiit; quam quidem caelesti Numini supplicandi consuetudinem primarium quiddam esse et ad munera sacra frugifera efficienda plurimum valere non est qui ignoret. Iuvat igitur in mentem revocare haec verba S. Augustini, praeceptoris suavissimi : « quamdiu ergo hic sumus, hoc rogemus Deum, ut non a nobis amoveat deprecationem nostram, et misericordiam suam, id est ut perseveranter oremus, et perseveranter misereatur ».[3]

Praeterea, ut e vitae eius descriptione atque e verbis S.Bonaventurae

[1] Brev. Romano-Seraphicum, die **15** Febr. - cfr. ***Chronica XXIV Generalium,*** Analecta Franciscana, **III,** Ad Claras Aquas **1897,** p. **157.**

[2] Cfr. S. Bonavent., ***Collationes in Hexaemeron,*** Coli. **22,** n. **21.**

[3] ***Enarr. in Ps.*** **65, 24; P. L. 36, 801.**

supra allatis constat, S. Antonius alios bene multos ad « benedicendum Dominum » ardentissimis verbis et praeclaris exemplis inflammavit. Eius igitur premant vestigia Franciscalis Ordinis sodales, quorum proprium est,' ut incenso studio germanam Christi doctrinam non solum vivendo ipsi exprimant, sed homines etiam ad eam servandam multiplici ministerio permoveant. Religiosa Familia vestra vivax actuosumque fermentum sit oportet, de quo Salvator noster commemorat; quo scilicet efficiatur, ut populi, quotquot sunt per orbem terrarum, oculos ad Deum, qui omnium est Pater, attollant, et in unam communitatem, Auctorem suum perpetuis adorantem obsequiis, coalescant.

Caritatis quoque officiis S. Antonius inclaruit maxime, estque adhuc caelitus gementium et afflictorum praesens adiutor : eo magistro usi, Franciscales omnesque Christiani assidue dent operam, ut verum hunc boni amorem, hoc dulce vinculum animorum, hoc mutuum fraternumque auxilium consectentur. Una enim caritate res adversae, quibus homines exagitantur, queunt dissolvi, spiritus asperiores mitescunt, pax optata componitur.

Neque sine providentis Dei consilio evenire videtur, ut Antonianae hae sacrae celebrationes in tempus incidant, quo Concilium agitur Oecumenicum Vaticanum Secundum ; quod superno fidentes praesidio indiximus et amanti prosequimur cura. Hic enim Sanctus Cáeles aetate vixit, quae universalem Synodum Lateranensem Quartam proxime est subsecuta, eiusque actuosa pastoralis opera salubribus Coetus illius decretis congruebat, et hanc etiam ob causam, quod attinet ad animorum curam, utilitates maximas attulit.

Haud dubitamus, quin, precationes faciendo et asperitates Dei gratia libenter tolerando, sitis acturi, ut e tanti momenti Concilio fructus progignantur plurimi atque laetissimi.

Qua spe suavissima freti, tibi, dilecte fili, religiosis sodalibus, quibus moderaris quique sepulchrum gloriosi huius Caelitis laudata cum officiorum diligentia custodiunt, ceteris Familiae Franciscalis partibus eiusque operum sociis, cunctis denique piam peregrinationem ob haec saecularia sollemnia suscepturis, Benedictionem Apostolicam, propensissimae voluntatis Nostrae testem ac pignus, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xvi mensis Ianuarii, in festo Sanctorum Protomartyrum Ordinis Minorum, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri quinto.

IOANNES PP. XXIII

III

Ad E.mum P. D. Petrum tit. S. Antonii Patavini de Urbe S. R. E. Presb. Cardinalem Tatsuo Doi, Archiepiscopum Tokiensem, a suscepta episcopali dignitate quinque impleta lustra celebraturum.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quamvis, cum nullum tempus neque ullum temporis momentum supernorum beneficiorum sit expers, gratiarum actiones Deo semper persolvendae sint ac meminisse Largitoris omnium bonorum oporteat, tamen, anniversaria quadam sollemni felicis eventus recurrente memoria, cum retrospecta magis pateat caelitus datorum munerum magnitudo, tum impensiore obsequio illud sacri Psaltae monitum servari congruit : *Laudai) o nomen Dei cum cantico et magnificai)o eum in laude.* [1]

Haec piae commotae mentis exsultatio te, Dilecte Fili Noster, valde addecet, qui mox quinque revoluta celebrabis lustra, postquam sacra redimitus es infula ; et in sanctae communionem laetitiae clerum populumque, cui moderaris, iure merito advocabis. Quae gaudia praesentia Nostra adaugentes, omina et vota tibi proferimus, quae benevolentia caritatis sincera promit et Deo admotae preces confirmant.

Salutaribus autem precationibus libenter exhibitae gratulationes interseruntur. Primus namque e Iaponia natione Tokiensis Archiepiscopus, religionis studio, maturitate consilii, sollertia operae, probatione Nostra dignum te praestitisti Antistitem. Ob tua merita, vigilantis actuosique sacri pastoris et insignis ecclesiastici viri propria, primum te ex ista florentissima natione Sacra Romana Purpura honestare gavisi sumus : cumque te Sacro Collegio Purpuratorum Patrum ascivimus, profiteri voluimus Catholicam Ecclesiam bono auctu istic crescere, palamque agnoscere inditae gentis tuae dignum laude erga Christi Evangelium nobile studium.

Dominicus autem ager, quem sedulo exerces, iam laetis floret fructibus, isque potiora portendi sinit, caelesti adflante gratia, qua, ubi humani nisus innituntur, concordia coniuncti et solidi, ad Regnum Christi amplificandum et ad utilia incepta provehenda valere consueverunt.

Praesentissima superna auxilia nunc tibi et navitatis tuae adiutori-

[1] ***Ps.*** 68, 31.

bus, et universis, qui in archidioecesis istius finibus Evangelii operi vacant, enixe invocamus, ut ((impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia et intellectu spiritali, ut ambuletis digne Deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes et crescentes in scientia Dei ».[2] Voluntatis Dei impletio operae est perfectio. Multum praeterea optamus, ut ea quae salutaria excogitas consilia, feliciter in rem deducantur, ac praesertim ut novum templum princeps, quod exaedificare cupis, quam primum affabre factum ad caelum sua culmina extollat. Pietatis tuae posteris quoque durabile erit hoc monumentum.

Quo autem salutarior vicesimus quintus episcopatus tui natalis contingat, id tibi facultatis facimus, ut, quo volueris die, adstantibus christifidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenaria Indulgentia proposita.

Nihil denique Nobis restat nisi ut tibi, Dilecte Fili Noster, cunctoque gregi moderationi tuae commisso Apostolicam Benedictionem libenti volentique animo impertiamus.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, die xx mensis Ianuarii, anno MCMLXiii, **Pontificatus Nostri quinto.**

IOANNES PP. XXIII

IV

Ad E.mum P. D. Ephraem tit. S. Crucis in Hierusalem S. R. E. Presbyterum Cardinalem Forni, a suscepta episcopali dignitate quinque implentem lustra, decem autem lustra celebraturum exacta, ex quo auctus est sacerdotio.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quamvis a religioso animo semper oporteat Deo persolvi grates, quia nullum temporis momentum beneficiis caret caelestibus, secundum illud sacri Psaltae : *Per singulos dies benedicavi tibi et laudabo nomen tuum in saeculum et in saeculum saeculi/* **tamen, faustis recurrentibus felicium eventuum memoriis, cum retrospecta clarior donorum magnitudo appareat, prorsus decet omnium bonorum Largitori sueto impensiores laudes et gratiarum actiones tribuere.**

[2] ***Col.*** 1, 9-10.

[1] ***Ps.*** 144, 2.

Hoc tibi, Dilecte Fili Noster, duplici ex causa hoc anno contingit; nam a suscepta episcopali dignitate quinque impleta celebras lustra, decem vero exacta, ex quo ad sacri presbyteratus gradum evectus es.

Istam geminam anniversariam memoriam iucundiorem et laetiorem facere cupimus, cuncta felicia et salutaria precantes ab Eo, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum descendit.[2]

Votis ominibusque autem gratulationes libenter innectuntur. Nam diuturnum per adhuc emensum aevi spatium Apostolicae Sedi gravium munerum perfunctione deserviens, facultatem assecutus es, ut de ea bene merereris. Praesertim in Aequatoriana Republica Apostolicus Nuntius ac postea in Belgio et in Luxemburgo idem nobile gerens munus, firma constantia, sedula officii conscientia, in gerendis rebus prudentia operam navasti, e qua uberes fructus editi sunt.

Quapropter Nos, merita tua praemio afficientes, te Purpuratorum Patrum Collegio ascivimus et sacro laticlavio honestavimus.

Deus te tueatur, sospitet atque munerum supernorum largitate afficiat, ut repetens labores, quos pro Eius gloria et animorum salute suscepisti, novo religionis studio exardeseas et, Ecclesiae profuturis laudeque dignis inceptis generosas vires devovens, crescenti virtutis lumine eniteas.

Haec imo e pectore ominati, tibi, Dilecte Fili Noster, et universis utrique sacro anniversario interfuturis Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die ix mensis Februarii, anno MCMLXIII, **Pontificatus Nostri quinto.**

IOANNES PP. XXIII

V

Ad E.mum P. D. Hamletum Ioannem tit. Ecclesiae suburbicariae Tusculanae S. R. E. Cardinalem Cicognani, publicis Ecclesiae negotiis praepositum, octogesimum diem natalem celebraturum.

Octogesimum mox celebratur o natalem, cuncta felicia et salutaria tibi percupere suave Nobis esse putamus. Quem diem ut tibi, Venerabilis Frater Noster, bene ominatis verbis faustum precemur, prorsus suadet benevolentiae caritas, qua tecum devincimur, plane poscit grati animi affectus, quem vividum erga te Nobis inesse sentimus ob diligentiae ple-

[2] Cfr. *loc.* 1, 17.

nam constantiam, quam in expediendis publicis Ecclesiae negotiis insumís.

Adiutor sane es Noster sedulissimus, quem non solum magni ducimus, sed apprime etiam diligimus. Etenim religionis studio, generosa et simplici indole, rerum agendarum prudentia exornatus et praeditus, numquam intermissis curis, consilii maturitate et multiplici navitate Nos iuvas.

Congruentia ob id tibi praemia attribuat Deus, cui quidem sollemniores grates persolves, cum, veluti in fastigio quodam positus, istum singulariter colendum natalem agens, caelestium donorum tibi impertitam copiam, retro versis mentis oculis, tecum metieris. In Romanae Curiae gravioribus usque in annos fungendis officiis, ac praesertim Apostolicus in Foederatis Americae Civitatibus Delegatus, Sacri Consilii Ecclesiae Orientali praepositi a secretis, et in praesenti, cui vacas, munerum provincia itemque, ad Oecumenici Concilii Vaticani secundi celebrationem quod attinet, tibi commissas praegraves sustinens partes, praeclara tibi comparasti et comparas merita.

Praeteritos recolere labores dulce est, atque inde defluit et hauritur solatium, quod ad novos suscipiendos invicta virtute labores animum exstimulat. Hoc tibi contingere confisi, dum uberrima caelestia auxilia prece tibi poscimus, id valde optamus, ut natalis tuus longam per annorum seriem te sospitem, operosum, redintegratis viribus aerem inveniat, et sancta effusiore usque hilaretur laetitia.

Huius rei causa Apostolicam Benedictionem, superni praesidii et muniminis auspicem, tibi, Venerabilis Frater Noster, perquam libenter impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxiv mensis Februarii, anno MCMLXIII, **Pontificatus Nostri quinto.**

IOANNES PP. XXIII

ALLOCUTIONES

I

***In festo Purificationis Beatae Mariae Virginis habita, cereis Beatissimo Patri in Aula Clementina oblatis.* ***

Diletti figli.

Abbiamo negli occhi e nel cuore le immagini del caro incontro dello scorso anno per la tradizionale offerta dei ceri, che ebbe tonalità particolarmente solenne.

Ardente augurio di pace

A Natale era stata annunciata l'apertura del Concilio Ecumenico, mentre la luce del due febbraio, irradiata dalla suggestiva festività liturgica, segnava sul libro della storia la data esatta del suo inizio : 11 ottobre, punto luminoso di riferimento per l'anno, che si era avviato pieno di promesse.

Quali lieti accostamenti concede di fare la buona Provvidenza ! Nella Natività del Signore 1961, la Bolla *Humanae Salutis* **era apparsa come l'atto di battesimo del grande avvenimento; il due febbraio successivo, presentazione di Gesù al Tempio, ci fu la presentazione al mondo del primo calendario dei lavori conciliari, con la data scelta opportunamente dell'll ottobre. E così avvenne di poi. Nel richiamo del Concilio di Efeso e della acclamazione, che dal fondo dei secoli continua a salire di là alla Madre di Dio e nostra, tutte le luci di Roma e del mondo cattolico sembrarono come sollevate verso il cielo, in annuncio di pace cristiana, verace e costruttiva.**

Da parte Nostra fu veramente un ardente augurio di pace, secondo le parole del *Motu proprio* **per l'indizione del Concilio, firmato il due febbraio : ((Vi è motivo di sperare — vi si diceva — che i popoli, volgendo più fiduciosamente lo sguardo a Cristo,** *lumen ad revelationem gentium, ...* **possano finalmente raggiungere una vera pace, nel rispetto dei diritti e dei doveri reciproci)).**[1]

La realtà ha superato l'aspettativa. Che il Concilio sia stato accolto

* Die 2 Februarii mensis a. 1963.

[1] ***A. A. S.,*** LIV (1962), p. 66.

come contributo alla pace, e vi abbia contribuito, lo sentiamo dire non solo nei consessi dei cattolici, ma un po' dovunque nel mondo, e con accenti di così aperta simpatia, da incoraggiare da parte Nostra la continuazione dell'apostolico servizio e dei Nostri sforzi in questo senso.

Viva immagine della Chiesa

È naturale che la presentazione dei ceri voglia inserirsi anche quest'anno nelle manifestazioni, che tengono vivo il pensiero del grande avvenimento del Concilio, voluto dalla Provvidenza; e dia così nuovo slancio a quanti vi cooperano, e a quanti vorranno trarne beneficio per se stessi e per l'ordine sociale.

La circostanza solenne e commovente merita questa nota di particolare distinzione. Di fatto, il dispiegarsi così nobile, davanti al Papa, di prelati, di sacerdoti e di religiosi, di procuratori di Ordini monastici e di alunni dei collegi pontifici dell'Urbe, ha qualche cosa che tocca profondamente il cuore.

È immagine della Chiesa viva e operante, qui rappresentata nei suoi figli migliori. È testimonianza della fede custodita, della fede vissuta, della fede che vuol raggiungere gli estremi confini del mondo, percorrendo le strade della carità. È invito alla speranza. Come le tremule luci che arderanno su questi ceri, essa risplende in preannunzio dei celesti favori.

É simbolo di quella carità, che non si presenta impulsiva — così di fatti verrebbe meno al suo nome — ma vuol essere umile e paziente, lungimirante e coraggiosa.

I ceri del Papa simbolo di fede

Il Papa è lieto di accogliere il dono dei ceri ornatissimi e fioriti. Li conta a uno a uno, soffermandosi sul nome, che ciascuno ha, in segno della sua provenienza : basiliche, chiese, istituzioni antiche e recenti. È questo un presentarsi davanti all'umile Successore di San Pietro per attestare la propria dedizione al servizio di Dio e dei fratelli.

Alla benedizione liturgica che essi han ricevuto stamane, aggiungiamo la Nostra, e poi — avendo iniziato, come sapete, una consuetudine che ha riscosso universale favore — pensiamo di dare ai ceri una destinazione — lo accennavamo nell'udienza generale di mercoledì scorso — che porti nel mondo il pensiero e la preghiera del Papa.

Alle giovani Nazioni

I. Innanzitutto, i ceri saranno inviati ai signori Ambasciatori e Ministri delle varie Nazioni, di recente accreditazione presso la Sede Apostolica.

Il dono del *lume* **ha una significazione suggestiva, ricca di applicazioni e di sfumature ; e per questo Noi sappiamo che esso viene accolto da tutti con lieta deferenza. All'offerta si accompagna l'augurio di prosperità e di concordia, che il Papa trasmette con eguale amore ai popoli tutti.**

In onore dei nuovi Santi

II. Alcuni ceri avranno come destinazione la Nostra diletta diocesi di Roma. In primo luogo le basiliche patriarcali, che sono tanto care al Nostro spirito, perchè in ciascuna abbiamo la Nostra Cattedra, e vi celebriamo ogni qual tratto i Divini Misteri. Il dono vuol sottolineare più amabilmente questi legami, che uniscono la Nostra persona, in particolare, ai templi augustissimi di San Giovanni in Laterano, San Pietro, Santa Maria Maggiore, San Paolo.

Inoltre sono state scelte quattro chiese, in qualche modo legate ai nomi e al culto dei santi canonizzati di recente : Pietro Giuliano Eymard, Antonio Maria Pucci e Francesco Maria da Camporosso, il nove dicembre 1962; e Vincenzo Pallotti, il 20 gennaio scorso. E questo, perchè è bene che il Papa, il Quale ha acceso queste luci nel firmamento della Chiesa, continui ad additarne gli esempi al popolo cristiano.

Sollecito pensiero per gli infermi

Ancora a Roma, un cero sarà inviato all'Ospedale di Gesù Bambino, in segno di amore per gli ammalati, che soffrono nelle case del dolore di tutto il mondo. Sollevato dalle mani innocenti dei bimbi, da quel pio luogo che vien chiamato l'Ospedale del Papa, il cero sarà fiamma di incoraggiamento, di conforto, di rassegnazione meritoria.

Nel trasmettere il dono, il Nostro pensiero va con eguale sollecitudine a tutti i sofferenti : ne comprende e compatisce le pene e le speranze, ed è invito paterno a offrire tutto al Signore.

Oh, sì, i cari malati vogliano sentirsi ben associati all'apostolato della Chiesa, particolarmente in questo momento storico del Concilio ! Accanto alla preghiera, il contributo degli ammalati e degli anziani ha

un grande valore, specialmente perchè riafferma la dignità della persona umana che, in ogni istante della sua permanenza terrena, anche su di un letto di sofferenze, è chiamata a cooperare attivamente ai disegni della Provvidenza.

Alle regioni « albae iam ad messem »

III. Invieremo un cero alle chiese cattedrali della città *princeps* **in quei Paesi, dove negli ultimi quattro anni abbiamo istituito la Sacra Gerarchia, come punto di arrivo di tutto un lavoro apostolico, che dà i suoi lieti frutti.**

Il gesto vuol essere dunque un segno di quell'amore, che la Chiesa Madre, la Sede di Pietro, porta alle più giovani consorelle, chiamate da Dio ad aggiungersi alla corona fulgente delle altre Chiese, e come esse eredi e testimoni della successione apostolica. È una nota lietissima della perenne giovinezza della eredità di Cristo, che continuamente fiorisce di nuovi germogli in tutte le parti del mondo.

Il Nostro pensiero si svolge altresì alle immense regioni, che *albae sunt iam ad messem*[2] **nelle quali lavorano, preceduti e tuttóra coadiuvati da eroici missionari — il cui numero desideriamo vedere aumentato, — le nuove scolte del clero locale ; ma il cuore trepido ha palpiti di più intensa emozione per quei Paesi, che ancora attendono i generosi banditori del Vangelo per una irradiazione di fede, di carità e di grazia, che ridonderà a beneficio anche del materiale benessere e della pace di ciascun popolo. E consentiteci un ricordo pieno di tenerezza che abbraccia non solo le regioni di Oriente e di Occidente, che abbiamo conosciuto e visitato nella Nostra umile vita ; ma tutte senza distinzioni, e in particolare le più lontane nello spazio, i cui rappresentanti abbiamo avuto occasione di incontrare dapprima a Parigi, e poi in questa dimora che giustamente è chiamata la casa del Padre comune in effusione di benevolenza e di stima. I grandi popoli dell'Asia centrale e dell'Estremo Oriente, le cui luci di civiltà conservano non indubbie tracce della primitiva divina rivelazione, saranno chiamati un giorno dalla Provvidenza — Noi lo avvertiamo come voce arcana dello spirito — a lasciarsi penetrare dalla luce del Vangelo, che fiammeggiò dai lidi di Galilea, aprendo il libro della nuova storia non di un popolo, o di un gruppo di nazioni, ma di tutto il mondo.**

[2] ***io.*** 4, 35

Per i popoli evangelizzati dai Ss. Cirillo e Metodio

IV. Infine, il cero del Papa perverrà alle chiese cattedrali delle nazioni del centro Europa che, nei modi consentiti dalle circostanze, si dispongono a celebrare lo storico passaggio tra loro dei santi Cirillo e Metodio, o la influenza benefica di quegli evangelizzatori nel campo della religione e della cultura. Ricorre infatti quest'anno l'undicesimo centenario del loro arrivo nella grande Moravia.

Quell'avvenimento, preceduto da più remoti e continui slanci di apostolato, segnò il definitivo e splendente accoglimento del Vangelo nei paesi slavi. Il dono simbolico sarà dunque tributo di riconoscenza al Signore per aver suscitato nella Cniesa quei grandi emuli degli apostoli ; sarà un ripercorrere le orme dell'antico viaggio, salmodiando le parole di San Paolo : *quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona;* [3] **farà avvampare più alta nei cuori la fiamma della fede e dell'amore; vorrà suscitare nuove vocazioni allo stato ecclesiastico e religioso, nuove vocazioni all'attività cattolica in vario modo concepita ed attuata. Così le moderne generazioni tramanderanno la fiaccola accesa da Cirillo e Metodio, alimentando nelle nobili regioni che furono meta della loro singolare vocazione, il prezioso patrimonio di virtù religiose e morali, di fraternità operosa, e di studi distintissimi e fecondi.**

Maria guida delle genti a Cristo

Diletti figli.

Ecco le intenzioni, i voti, le speranze, che affidiamo stamane a questi ceri, perchè ne portino l'annunzio ai quattro punti della terra. Siamo certi che, ovunque arrivi questa fiamma simbolica nell'anno del Concilio, si accenderà più vivo in tutte le anime un palpito di generosa dedizione, un risveglio di energie sante e rinnovatrici, un movimento di sempre più sentito amore verso la Chiesa una, santa, cattolica e apostolica, per le pacifiche affermazioni del regno di Cristo.

Egli solo, Re immortale dei secoli e dei popoli, è la luce e la pace : *tu es vere lumen ad illuminationem gentium, et gloriam plebis tuae Israel :* [4] **gloria delia sua Chiesa, luce e pace di tutte le genti, chiamate a contemplare il volto di Cristo, a Lui condotte dalla materna vigilanza della Vergine Madre. Da Lui scendano sulla umanità intera i doni della sua predilezione, di cui vuole essere pegno e propiziazione la Nostra Benedizione Apostolica, che effondiamo con pienezza di universale affetto.**

[3] Cfr. ***Rom.*** 10, 15.

[4] Brev. Rom., ***Resp. ad Matut. in festo Purificationis B. M. V.***

II

*Iis qui interfuerunt Coetui de incepto v. « Journée Européenne des écoles ». **

C'est un grand réconfort pour Nous, chers Messieurs, et un grand encouragement, de voir augmenter sans cesse le nombre de ceux qui, d'un cœur sincère, travaillent a établir ou à resserrer entre les nations des liens de connaissance, d'estime et de sympathie réciproques. Vous êtes de ceux-là, et c'est pourquoi Nous sommes très heureux de vous accueillir aujourd'hui.

Vous êtes les promoteurs et les réalisateurs de la « Journée Européenne des écoles ». C'est là une initiative de grande importance, qui a déjà, au cours des dix premières années de sa courageuse existence, donné de louables résultats. Elle atteint, en effet, et fait réfléchir et travailler des centaines de milliers de jeunes écoliers, qu'elle oriente vers les idées de rapprochement, de collaboration et de bonne entente entre leurs peuples respectifs.

En prenant part aux concours organisés pour eux par vos soins — concours de dessins, de rédactions, de dissertations — ces enfants contribuent à édifier, sur le plan des esprits et des cœurs, cette union européenne à laquelle les hommes politiques travaillent, pour leur part, avec grand mérite, au prix de bien des fatigues et de bien des difficultés.

Assurer ainsi, sous les formes d'expression les plus variées, une circulation de vie spirituelle entre les jeunes générations — celles qui formeront l'Europe de demain — c'est travailler, avec une clairvoyante sagesse, à la paix du monde et au bonheur des hommes. Nous Nous plaisons à le reconnaître et à vous en féliciter.

L'Eglise, vous le savez, n'entend pas se prononcer sur les formes d'association que doit prendre telle ou telle entité politique. Ce n'est pas son rôle. Mais elle ne cesse d'agir en vue de la compréhension mutuelle, du bon accord et de la vie en commun, paisible et sereine, de toute la grande famille humaine.

Selon sa doctrine, Dieu a créé les peuples non pour s'opposer, mais pour s'aimer, pour se compléter et pour faire servir au bien de tous, par de fraternels échanges, les biens propres à chacun; c'est la substance même du christianisme, dans ses applications sociales. L'Eglise respecte donc et estime grandement les caractéristiques et les nobles traditions de

* Die 11 Februarii mensis a. 1968.

chaque groupe ethnique, mais elle désire avant tout voir ceux-ci communier dans un esprit de vraie fraternité.

Et pour renforcer les liens entre les peuples si différents qui recouvrent la face de la terre, elle a un langage à elle, un langage universel : celui du culte qu'elle rend à Dieu par sa liturgie : langage unique et multiple de paroles, de signes et de symboles, par lesquels elle rassemble les hommes de toutes langues et de toutes nations dans un même hommage d'adoration, d'actions de grâces, de louange et d'amour.

N'est-ce pas là un exemple accessible à tous, et dont le monde pourrait s'inspirer avec profit? Le monde des jeunes, en particulier. Car l'émotion que suscite au cœur du jeune étudiant la beauté d'une prière ou d'un chant liturgique — un *Kyrie,* **un** *Gloria,* **un** *Agnus Dei* **— est la même que celle qui vibre au cœur de son frère d'une nation voisine, et — comme les fleurs du printemps annoncent les fruits de l'été — elle contient en elle la promesse de l'accord profond qui fera demain, pardessus les frontières, l'union des esprits et des cœurs. De même donc que l'Eglise, mère et educatrice des peuples, les rapproche par sa liturgie dans l'unité d'un même culte, ainsi pourrait s'édifier peu à peu, avec le concours des écoles, cette ((Europe des personnes et des peuples », à la réalisation de laquelle Nous encouragions aimablement, l'an dernier, les participants de la Semaine Sociale de Strasbourg : en attendant que le monde entier s'achemine vers cette unité des esprits et vers cette fraternité à vaste rayonnement si désirable et si conforme aux desseins de Dieu sur l'humanité.**

Poursuivez donc, chers Messieurs, votre œuvre bienfaisante. Développez-la, étendez-la toujours davantage. Continuez à intéresser ces écoliers européens, à les stimuler, à récompenser les meilleurs d'entre eux, comme vous le faites déjà si louablement depuis plusieurs années.

Les jeunes vous suivront, car ils ont prouvé qu'ils commençaient à savoir penser, parler et agir non plus selon des vues locales et restreintes, mais en termes universels, dans un langage où chaque petite patrie, sans rien perdre de son patrimoine de culture et de civilisation, trouve harmonieusement place dans le concert des races et des peuples.

Dieu veuille vous assister dans votre belle tâche, Nous le lui demandons de tout cœur, tandis que Nous invoquons sa protection et l'abondance de ses bénédictions sur vos personnes, sur les collaborateurs et les bénéficiaires de votre initiative et sur tous ceux qui vous sont chers.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SS.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

MACERATENSIS

DECRETUM

De erectione dignitatis Archipresbyteratus in Capitulo Cathedrali

Cum Excmus P. D. Silvius Cassulo, Episcopus Maceratensis et Tolentinus, supplices Apostolicae Sedi nuper porrexerit preces ut in Capitulo Cathedrali Maceratensi capitularis dignitas Archipresbyteratus appellanda erigeretur, Sacra Congregatio Consistorialis, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Ioanne Divina Providentia Pp. XXIII tributarum, oblatis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto in Cathedrali Capitulo Maceratensi dignitatem *Archipresbyteratus* **perpetuo erigit et constituit.**

Collatio vero huius dignitatis, ad normam sacrorum canonum, Apostolicae Sedi reservabitur. Hoc autem Decreto Sacra Consistorialis Congregatio modo erectam dignitatem hac prima vice confert R. D. Silvio Ubaldi, utpote qui eiusdem Capituli Maceratensis canonicus antiquior atque ad id munus dignus ab Excmo suo Ordinario praesentatus.

Ita constitutus Archipresbyter omnibus iuribus et privilegiis cohonestabitur quibus dignitates, iure communi, fruuntur et gaudent.

Ad haec omnia perficienda eadem Sacra Congregatio Consistorialis deputat memoratum Excmum P. D. Silvium Cassulo, eique necessarias et opportunas tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Consistorialem Congregationem quam primum remittendi authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Quibus super rebus hoc edit Consistoriale Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 9 mensis Iunii 1962.

CAROLUS **Card.** GONFALONIERI, *a Secretis*

L. © S.

f Franciscus Carpino, Archiep. Serdicen., *Adsessor*

II

DINIENSIS

DECRETUM

De concathedralis erectione

Pervetusta cathedralis ecclesia Diniensis, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis sub titulo vulgo « Notre-Dame du Bourg » dicata, labentibus annis adeo a civitate segrex remotaque facta est, ut fidelium commoditati atque divino cultui sueto decore peragendo non amplius respondeat.

Rebus sic stantibus, Excmus P. D. Bernardinus Collin, Episcopus Diniensis, nuper ab Apostolica Sede expostulavit ut templum S. Hieronymo sacrum ac in media urbe situm ad dignitatem et fastigium ecclesiae concathedralis eveheretur.

Porro Sacra haec Congregatio Consistorialis, vigore specialium facultatum a Ssmo Domino Nostro Ioanne, Divina Providentia Pp. XXIII, sibi tributarum, omnibus rerum adiunctis mature perpensis habitoque favorabili voto Exctmi P. D. Pauli Bertoli, Archiepiscopi Nicomediensis et in Gallia Apostolici Nuntii, rata id in animarum bonum cessurum, porrectis precibus annuendum censuit.

Quapropter praesenti Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, praefatum templum in urbe Dinia extans et Deo in honorem Sancti Hieronymi dicatum, ad dignitatem et fastigium ecclesiae concathedralis evehit, ita ut in eadem ecclesia cathedra episcopalis erigi possit et Capitulum cathedrale divina officia, ad normam iuris, persolvere valeat.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda S. Congregatio Consistorialis memoratum Excmum P. D. Paulum Bertoli deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere ei imposito ad eandem Sacram Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis quam primum remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. Congregationis Consistorialis, die 2 Iulii 1962.

CAROLUS **Card.** CONPALONIERI, *a Secretis*

L. $ S.

f Franciscus Carpino, Archiep. Ser dicen., *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

KAYENSIS - SANCTI LUDOVICI SENEGALENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Ad catholicam fidem in Africa Occidentali aptius prolatandam, preces ad hanc Sacram Congregationem de Propaganda Fide porrectae sunt ut fines inter Praefecturas Apostolicas Kayensem et Sancti Ludovici Senegalensis ita immutarentur, ut districtus civiles vulgo nuncupati Nema et Hodh, qui **Reipublicae Mauritaniae subiciuntur, a Praefectura Apostolica Kayensi distraherentur et Praefecturae Apostolicae Sancti Ludovici Senegalensis adnecterentur.**

Quas preces eadem Sacra Congregatio, re mature perpensa atque audito favorabili voto Excellentissimi ac Reverendissimi Domini Ioannis Baptistae Maury, Archiepiscopi titulo Laodicensis in Phrygia atque Apostolici in Africa Occidentali Delegati, excepit et vigore facultatum a Sanctissimo Domino Nostro Ioanne Providentia Divina Papa XXIII

sibi specialiter concessarum, praesenti Decreto statuit ut territoria supra indicata a Praefectura Apostolica Kayensi distrahantur et Praefecturae Apostolicae Sancti Ludovici Senegalensis adnectantur.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 28 mensis Decembris a. D. 1962.

G. PETRUS **Card.** AGAGIANIAN, *Praefectus*

L. & S.

f Petrus Sigismondi, Archiep. tit. Neap. in Pisidia, *a Secretis*

0

II

LAGUATENSIS - GAOËNSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Quo catholica fides in Africa Occidentali aptius prolataretur, preces ad hanc Sacram Congregationem de Propaganda Fide ab eis quorum interest porrectae sunt, ut fines inter dioecesim Laguatensem et praefecturam apostolicam Gaoënsem ita immutarentur, ut illa pars territorii dioecesis Laguatensis, quae ad Rempublicam vulgo Mali denominatam pertinet, a memorata dioecesi distraheretur et praefecturae apostolicae Gaoënsi adnecteretur.

Quas preces eadem Sacra Congregatio, re mature perpensa atque attento favorabili voto Excmi ac Revmi Domini Ioannis Baptistae Maury, Archiepiscopi titulo Laodicensis in Phrygia et Apostolici in Africa Occidentali Delegati, excepit et vigore facultatum a Ssmo Domino Nostro Ioanne Providentia Divina Papa XXIII sibi specialiter concessarum, praesenti Decreto statuit ut pars territorii supra indicata a dioecesi Laguatensi distrahatur et praefecturae apostolicae Gaoënsi adnectatur.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 25 mensis Ianuarii a. D. 1963.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Praefectus*

L. Ei S.

f Petrus Sigismondi, Archiep. tit. Neapolitan. in Pisidia, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

MATRITEN.

Beatificationis et Canonizationis Venerabilis Servae Dei Antoniae Mariae a Misericordia, fundatricis Instituti Sororum Oblatarum a Ss.mo Redemptore.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Inter suavissimos, quibus aeterna Sapientia incarnata splendescere voluit in terris, titulos, ille Boni Pastoris tenere se in hominum cor insinuât : « *Ego sum pastor bonus* » *(Io.* 10, 11). Hac enim praeclariore, inter alias quibus usus est, imagine, mirum in modum Christi Domini depingitur immensa in pascendis fovendisque animabus demissio et bonitas, immensaque eiusdem clementia, benignitas atque misericordia in infirmis animabus consolidandis, aegrotisque sanandis, confractis alligandis, errantibus impigre quaerendis et ad gregem reducendis et in aeternum salvandis. Humanum namque genus, ob miserum Adae lapsum hereditaria labe infectum, opus habebat pastore, qui illud requireret et a via perditionis in viam caeli reduceret : « *Omnes nos,* inquit Isaias, *quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit : et posuit in eo Dominus iniquitatem omnium nostrum* » *(Is.* 53, 6). Et sanctus Petrus : « *Eratis,* ait, *sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum* » *(I Pt.* 2, 25).

Hinc, a primis inde Ecclesiae temporibus, Dei Filius homo factus a pia christifidelium manu depingebatur in cryptis et coemeteriis inque sacris aedibus ut Pastor bonus ovem perditam et repertam humeris suis baiulans, eamque ad gregem reportans.

Id ipsum mirabile redemptionis opus Christus per saecula in Ecclesia produci voluit. Quapropter eximii sanctitate viri et mulieres floruerunt qui, Boni Pastoris admirabilem in peccatrices quoque feminas

mansuetudinem divinamque clementiam imitantes, in hoc praecipue operam contulerunt, ut ad salutis viam reducerent illos qui, mundi aliquando illecebris ac voluptatibus adlecti, ab ea deflexerant. Hos inter christianae religionis héroes iure meritoque adscribenda est fortis illa mulier Antonia Maria a Misericordia, quam Deus ad hoc praesertim destinasse visus est, ut paenitentibus mulieribus per eius Institutum altera veluti salutis tabula in naufragio offerretur.

Nata est Famula Dei Lausannae in Helvetia, die 16 mensis Martii anno 1822, Antonio Maria de Oviedo, nobili viro Hispano, et Susanna Schönthal, muliere Helvetica, honestis parentibus, singulari et assidua pietate praestantibus, atque die 24 eiusdem mensis baptismus eidem collatus fuit, nominibus Antonia. Maria Victoria Ioanna inditis. A parentibus optime est instituta puellula, atque octo annos nata, Friburgi, in collegio magistras pietate, litteris ac scientia commendabiles nacta est. Bonam indolem acreque ingenium, quod a natura sortita est, studio et virtute excoluit, adeo ut a puerili aetate animi candore, pietate et erga pauperes et egenos misericordia praeditam se ostenderit; litteris tam sedulo incubuit, ut quinque calleret linguas ; picturae quoque et musicae aliisque rebus, quae electam iuvenem decerent, operam dedit. Ad sacram Synaxim duodecimum agens annum magno animi fervore et gaudio primum accessit, ex quo fere cotidie, animi moderatore permittente, caelesti pabulo se reficiebat, amplioresque in perfectionis semita progressiones fecit. Desideratissimo patre mature orbata, ut matri esset adiumento, magistram agere filiae Marchionum *Delia Romana* **libenter coepit, quod munus per biennium laudabiliter tenuit. Anno vero 1840 collegium in civitate Friburgensi pro puellis instituendis aperuit, illudque ad annum usque 1848 moderata est. Matre tunc dilectissima vita iuncta, ad regiam Hispaniae aulam contendit, ut oblatum sibi munus, utpote quae in bonis artibus humanaeque scientiae disciplinis plurimum profecisset, filias Christinae Reginae instituendi susciperet. Una cum regalibus discipulis varia regni loca peragravit, cum iisque, ob publicarum in Hispania rerum perturbationem, in variis Galliae locis usque ad annum 1857 constitit; postea vero, eadem cum regia familia, Romam semel atque iterum petiit, ubi, institutricis expleto munere, ad annum usque 1863 est commorata.**

Miranda prorsus sunt virtutum specimina, quae Dei Famula in illa nova veluti palaestra, regio scilicet in palatio, exhibuit, sanctitatis famam sibi comparando. Licet enim, in suo obeundo munere, profana quoque spectacula adire fuerit coacta, nihilominus pietatis et caritatis

opera exercuit, innocentiam servavit illaesam et, optimis ac splendidis nuptiis refutatis, castitatis voto se ipsam Deo sacravit.

Valetudinis causa Romam reliquit — ubi caritatis operibus se dicaverat, Opus Propagandae Fidei praecipue promovendo, ita ut eiusdem sanctitatis fama ibidem etiam Pio Papae IX nota esset — et in Hispaniam denuo se contulit. Cum iampridem se natam per sen tir et ad religiosam vitam ineundam, sibi conscientiae moderatorem elegit Excmum Dominum Iosephum Benedictum Serra O. S. B., Episcopum titularem Dauliae, quem in Urbe iam noverat. Hic autem praeclaras dotes et virtutes Servae Dei admiratus, eam induxit ad novum, quod ipse mente meditabatur, Institutum condendum deviis ac paenitentibus feminis colligendis, ubi hae a saeculi vitiis arcerentur ac religione bonisque moribus instituerentur. Restitit primum pudica virgo, se tam arduo operi excitando imparem reputans. At, effusis precibus certior facta est de divina voluntate, atque Beatae Mariae Virginis auxilio fidens, anno 1864 novi Instituti fundamenta apud *Giempozuelos,* **prope Matritum, iecit, in quo et ipsa anno 1873 religiosa vota est professa. Sorores autem appellavit** *Oblatas a Ssmo Redemptore* **cum, de consilio Revnii P. Mauron, Generalis Moderatoris Redemptoristarum, horum Constitutionibus proprias adaptaverit.**

Providae novae Institutionis suprema Antistita electa, munus per triginta quattuor annos exercuit, quamvis pluries nisa est se regimine liberare. Vix autem dici potest quot quantosque labores susceperit solertissima Antistita, ut inceptum opus ad finem perduceret, eiusdemque prosperitati et dilatationi prospiceret, septemdecim ea vivente conditis domibus, et Laudis, quod dicitur, Decretum ab Apostolica Sede obtento. Rei namque familiaris penuria ac durissima rerum egestas, quae ad vitam sunt necessaria, enascentem institutionem gravarunt. At prudentissima Antonia, alacri in Deum fiducia excitata, mira constantia et fortitudine adversa omnia vincere conabatur. Cotidie Sororibus ac paenitentibus mulieribus, quibus teneram se praebuit matrem, voce, scripto et praecipue operibus mirum exhibuit virtutum omnium exemplum. Illa namque tum fide heroice enituit, tum spe, tum caritate in Deum et proximum, quae in operibus ipsis ab ea institutis clarissime eluxit. Nec minus prudentia, iustitia, fortitudine et temperantia ceterisque virtutibus praestitit. Observantissimam quoque in Romanum Pontificem et Apostolicam Sedem toto vitae suae cursu se ostendit.

Laboribus tandem fracta atque diabetico morbo et caecitate correpta,

die 28 Februarii anno 1898, Ecclesiae Sacramentis munita, in principe Instituti domo placidissime obdormivit in Domino.

Praeclara atque late diffusa sanctitatis fama, qua Dei Famula adhuc vivens honestabatur, post eius obitum non deferbuit, sed confirmata atque in dies aucta est etiam ob gratias et favores, ni forte miracula, quae eius intercessione a Deo concessa ferebantur. Quare de beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi cogitatum est et Causa penes Sacrorum Rituum Congregationem agitari coepta est. Processus igitur ordinaria auctoritate in Matritensi episcopali Curia annis 1927-1932 constructi fuere. Quibus rite confectis atque ad Sacram eandem Congregationem delatis, ibique canonice excussis, editoque Decreto super' scriptis eidem Famulae Dei tributis, Pius Papa XII die 1 Februarii anno 1948 introductionis Causae commissionem signavit. Recognita est deinde, die 25 Iulii anno 1952, obedientia Decretis Urbanianis super indebito cultu latis, atque apostolicis instructis processibus super virtutibus et miraculis in specie anno 1952, de inquisitionum tum ordinaria tum apostolica auctoritate institutarum iuridica vi latum est Decretum die 11 Martii anno 1955.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, quaestio agitata est super virtutibus theologalibus et cardinalibus eiusdem Dei Famulae, et quidem primum die 7 mensis Iulii anno 1959 in antepraeparatorio Coetu coram Cardinali Friderico Tedeschini,[7] Causae ipsius Ponente seu Relatore, deinde vero die 5 Decembris anno 1961, Ponente Cardinali Caietano Cicognani, in praeparatoria Congregatione. Quibus denique generalia, quae dicuntur, successere S. Rituum Congregationis comitia, die 26 mensis Iunii huius anni, coram Sanctissimo Domino nostro Ioanne Papa XXIII, in quibus Revmus Cardinalis Arcadius Maria Larraona, eiusdem Sacrae Congregationis Praefectus ac novissimus ipsius Causae Ponens, dubium disceptandum posuit, nimirum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.* **Omnes autem qui aderant, tam Cardinales quam Praelati Officiales Patresque Consultores, unanimi consensu affirmative responderunt. Beatissimus vero Pater in tanti momenti negotio Suam aperire mentem distulit, donec a Patre luminum subsidium posceret. Quod cum impense fecisset, tandem die 7 mensis Iulii anni huius, Eucharistico Sacro piissime litato, accitis memorato Cardinali Sacrae Rituum Congregationis Praefecto itemque hodierno Causae Ponente**

seu Relatore, necnon R. P. Ferdinando Antonelli O. F. M., sanctae Fidei Promotore Generali, meque infrascripto a Secretis, Decreto Suo sancivit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, earumque adnexis, Venerabilis Antoniae Mariae a Misericordia, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in Acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 7 mensis Iulii a. D. 1962.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

L. © S.

Henricus Dante, *a Secretis*

II

BERGOMEN.

Beatificationis et Canonizationis Venerabilis Servi Dei Aloisii Mariae Palazzolo, sacerdotis saecularis, fundatoris Instituti Sororum Paupercularum.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Nihil maius aut pulchrius humanae mentis oculis quam frequens in catholica Ecclesia eorum spectaculum, qui, mundi spretis illecebris ac divitiis, sponte constanterque semetipsos abnegant, et Dei Filium Redemptorem, qui *pertransiit benefaciendo et sanando omnes (Act. Apost.* 10, 38), animose sequuntur. Hoc profecto ignis ille operatur, quem Iesus *venit mittere in terram* et nihil aliud magis exoptat, *nisi ut accendatur (Luc.* 12, 49). Hoc pariter, sicut ille mandaverat, Apostoli, ab Ipsomet electi et viva voce advocati, impense perfecerunt; hoc idem per saeculorum decursum omnes operantur Sancti, qui intimam Eius vocem *in*

corde tono et optimo audientes, verbum retinent et fructum afferunt in patientia {Luc. **8, 15). Hoc idem, superiore saeculo, operatus est clarissimus ille vir Aloisius Maria Palazzolo, cuius memoria in benedictione est cum propter heroicas, quibus splenduit, virtutes, tum propter Institutum quod illius exstat caritatis monumentum** *aere perennius,* **idque in maximum non solum Ecclesiae, sed et civilis societatis bonum.**

Is natus est Bergomi, die 10 mensis Decembris anno 1827, legitimis coniugibus Octavio et Teresia Antoine, censu et religione praeclaris, postremus e duodecim liberis, atque postridie in paroeciali ecclesia S. Alexandri in Columna sacro renatus est fonte.

Primam institutionem a parentibus, maxime vero a pia matre, recepit, bonae indolis specimina praebens. Namque, puer decem circiter annorum patre orbatus, solusque e germanis suis superstes, genetricis curis adeo respondit, ut singulari suavitate ac docilitate floreret, licet vivaci ingenio praeditus. Progrediente autem aetate, in disciplinam traditus est sacerdotibus scientia et virtute praeclaris, primum nempe Rev. Petro Sironi, deindeque Alexandro illi Valsecchi, Collegii S. Alexandri antea rectori posteaque Episcopo Auxiliari Bergomensi, qui eius animi moderator per quadraginta annos exstitit.

A teneris vero tam singularem erga pauperes et aegrotos caritatem portendit noster, ut mater nimiam eius liberalitatem refrenare debuerit ; cui idcirco illa aptari possunt verba : « *ab infantia mea crevit mecum miseratio » (Iob.* **31,18). Ecclesiam quoque adhuc puerulus frequentare in deliciis habebat. Decimum tertium agens annum, postquam iuxta temporis sui morem ad Paenitentiae et Eucharistiae sacramenta accesserat, Christi miles per sacram Confirmationem factus est. Humaniorum studiorum curriculo rite emenso, sentiens se ad clericalem militiam esse vocatum, apud episcopale Seminarium Bergomense ecclesiastica studia cum laude perfecit.**

Sacerdotio autem auctus die 23 Iunii a. 1850, Famulus Dei flagrans salutis animarum studium statim ostendit. Etenim iuventuti, praesertim paupertate laboranti, christiane instituendae totum se dedit in Oratorio quodam, in via vulgo *Foppa* **sito, ubi iam antea qua clericus fructuosam impenderat operam. Quo quidem in Oratorio perdiu adlaboravit, eiusdemque regimen anno 1857 suscipiens, aedes suis sumptibus ampliavit ecclesiamque adiecit. In novis vero aedibus varia condidit fovitque benefica opera, ut pias associationes et scholas vespertinas pro illitteratis pauperibus. Quos vero ex Oratorio adulescentes ad sacerdotium vocatos intuebatur, studioso excolebat amore iisque suis expensis**

ad sacrum usque presbyteratus ordinem opitulabatur ac postea in pastoralis ministerii exordiis paterne adiuvabat.

Omnium praeterea puerorum iuvenumque veluti pater curam habuit ac summopere iugiterque advigilavit pro eorum moribus custodiendis eorumdemque necessitatibus cum spiritualibus tum temporalibus sublevandis. Quamobrem Oratorium tam mirabiliter floruit, ut civiles quoque Magistratus Famulum Dei laudibus cumularent.

Magno vero animi sui maerore, anno 1859, lugendas ob politicas tempestates, Servus Dei Oratorium cum adnexis operibus claudere coactus est. At, duobus vix elapsis annis, novum Oratorium, S. Philippo Nerio dicatum, veteri proximum, a fundamentis excitavit, una cum ecclesia, cum scholis, atriis, theatro necnon parva ac paupere domo, in qua, demortua matre, relictis paternis aedibus, domicilium suum posuit, ut masculinae iuventutis bono totum se daret.

Cito autem huic Oratorio beneficum aliud addidit Institutum pro pueris derelictis atque parentibus orbatis suscipiendis. Cum enim ei defuncta matre in hereditatem villa quaedam vulgo *Torre Boldone* sibi obvenisset, in eadem anno 1863 orphanos colligere coepit, quos agris colendis addixit, sub regimine famuli sui Ioannis Baptistae Leidi. Primo autem huic moderatori alii mox se iunxerunt viri, qui omnes, religioso habitu induto emissisque votis die 4 Octobris anno 1872, regulas complexi sunt, quas sibi iam constituerat consimile Institutum a beata Constantia Cerioli paulo ante conditum. Sic ortum est Institutum *Fratrum S. Familiae,* orphanis curandis atque instituendis dicatum, quod tamen circa annum 1928 exstinctum est.

Hortante autem pietatis magistro, Dei Famulus in puellarum quoque christianam institutionem operam navare coepit. Pro iis itaque die 6 Ianuarii anno 1864 peculiare condidit Opus, a S. Dorothea nuncupatum, cui, anno 1867, scholas festivas addidit, et duobus annis post, in aedibus ad hoc emptis, femineum Oratorium aperuit. Tempore autem labente, quo perspectis necessitatibus muliebris Oratorii aptius consuleret, consilium fovere coepit Oratorium ipsum, una cum operibus eidem adnexis, religiosae alicui Congregationi committendi, quae, praeter harum operum, curam quoque gereret puellarum derelictarum omniumque egenorum; quod perficere tandem, adiuvante pia quadam ludimagistra, valuit. Die itaque 22 Maii anno 1869, in domo sita in *Via Foppa,* novae Congregationi initium dedit, quae primum a S. Dorothea, dein vero *Sororum Paupercularum* est nuncupata. Sorores praeter religiosum habitum Regulas susceperunt a Servo Dei primo exaratas deindeque

magis magisque ad perfectiorem formam redactas, quae a Bergomensi Ordinario die 12 Maii anno 1886 et tandem anno 1912 ab Apostolica Sede sunt approbatae.

Crescente in dies numero Fratrum S. Familiae, Sororum Paupercularum necnon orphanorum et pupillarum, qui eorundem commitebantur curis, Famulus Dei, arduis exsuperatis difficultatibus magnisque exantlatis laboribus, Instituta sua mirabiliter auxit et propagavit. Ne autem sociale horum operum delitescat momentum, recolere praestat vere ingentem utriusque sexus orphanorum numerum, quos ipse, ab anno 1863 ad annum 1886, vitae suae postremum, excepit, aluit christianeque instituit : summa omnium fuerunt mil^e ducenti quatuor. Servus Dei itaque *patris orphanorum* appellativum, quod ei passim tribuebatur, vere promeruit et sacrum eloquium : «, *Tibi se pauper committit, orphano tu es adiutor » (Ps.* 10, 14) in semetipso adimplevit.

Fidei non minus quam caritatis studio incensus, Aloisius noster in apostolico etiam munere adlaboravit : magno enim cum fructu missiones ad populum dedit, ministerio sacrae Confessionis vacavit vicesque gessit Adsidentis primae Sodalitati Iuventutis Catholicae Bergomi. Ecclesiae et Romano Pontifici addictissimus, paratus ad omnia fuit, usque ad mortem, pro eorum iuribus et libertate adserendis et tutandis.

In tot laboribus sustinendis tantisque operibus perficiendis in bonum proximi, splendida humilitatis et caritatis dedit argumenta. Quandoquidem ne Fundatoris quidem titulum sibi unquam attribuit ; suis operibus numquam forsitan manus apposuisset, nisi, suadentibus spiritualibus moderatoribus, hoc in eo praevaluisset consilium, ut eos, qui ab aliis Institutis reiecti fuissent, colligeret, aleret et religiose institueret. Ex omnibus enim derelictis, miserrimis inter miseriores sui Instituti aperuit ianuas; orphanis, spiritualiter periclitantibus, corpore deformatio, bardis idiotisque, ulceribus, scabie aliisque foedis infirmitatibus affectis, ita ut merito Famulus Dei appellatus sit « scrutarius caritatis » seu italice *il cenciaiolo della carità.* Sacerdotalium quoque virtutum praeclara specimina praebuit.

Laboribus tandem et doloribus potiusquam annis fractus, Famulus Dei, postremis Ecclesiae Sacramentis munitus, obdormivit in Domino die 15 Iunii a. 1886, aetatis suae quinquagesimo nono.

Percrebrescens autem in dies sanctitatis fama, qua vivens quoque honestatus fuerat, caelestibus signis confirmari visa est. Quamobrem de beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis Causa agitari coepta est. Instructi itaque sunt ordinarii, qui dicuntur, processus apud Curiam Bergomensem, Romamque delati rite discussi sunt, atque, die 19 Iunii anno 1929 edito decreto super scriptis eidem tributis, Summus

Pontifex Ioannes Papa XXIII commissionem introductionis Causae sua manu signavit die 20 Novembris anno 1958. Constare dein de oboedientia Urbanianis praescriptionibus super indebito cultu Sacra Rituum Congregatio die 25 Aprilis anno 1959 edixit. Apostolici postmodum adornati sunt eadem in Bergomensi Curia processus super virtutibus et miraculis in specie Famuli Dei, de quorum quidem iuridica validitate latum est Decretum die 27 Ianuarii anno 1961.

Quibus omnibus rite absolutis, instante R. P. D. Salvatore Capoferri, a caeremoniis Pontificis Maximi legitimeque constituto Postulatore huius Causae, deventum est ad disceptationem super theologalibus et cardinalibus Servi Dei virtutibus, prius quidem, die 9 mensis Ianuarii huius anni, in antepraeparatoria, dein vero in praeparatoria Congregatione die 22 Maii eiusdem anni celebratis. Die tandem 10 mensis Iulii hoc eodem anno generalia habita sunt comitia Sacrae Rituum Congregationis coram Ssmo D. N. Ioanne Papa XXIII, in quibus Revmus Cardinalis Clemens Micara, Episcopus Veliternus Causaeque ipsius Ponens seu Relator, sequens dubium proposuit disceptandum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.* **Et Revmi Cardinales, sacris ritibus tuendis praepositi, Officiales Praelati Patresque Consultores, qui aderant, suum quisque suffragium dederunt. Beatissimus vero Pater benigne quidem haec vota suscepit, at mentem aperire Suam in tanti momenti negotio distulit et supplicationes ab iisdem adhibendas postulavit, ut uberiora superna sibi lumina interim affulgerent.**

Hac denique die, quae est quinta post Pentecosten Dominica, accitis Revmis Cardinalibus Arcadio M. Larraona, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, et Clemente Micara, Causae Ponente, necnon Ferdinando Antonelli O. F. M., sanctae Fidei Promotore Generali, meque infrascripto a Secretis, sacrosancto Missae Sacrificio devote celebrato, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine, earumque adnexis, Venerabilis Servi Dei Aloisii Mariae Palazzolo, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in Acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 15 Iulii a. D. 1962.

ARCADIUS **M. Card.** LARRAONA, *Praefectus*

L. S S.

Henricus Dante, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì 8 gennaio -1963, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* **nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso su due miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione del Venerabile Servo di Dio Nunzio Sulprizio, giovane laico.**

Martedì 22 gennaio 1963, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria particolare,* **nella quale sono state esaminate le posizioni sulla introduzione della Causa dei Servi di Dio :**

1. Giuseppe Maria Rubio y Peralta, sacerdote professo della Compagnia di Gesù ;

2. Giordano Mai, laico professo dell'Ordine dei Frati Minori.

Sono stati esaminati inoltre i voti dei censori teologi sopra gli scritti dei Servi di Dio :

1. Giovanni Lodovico Peydessus, sacerdote, fondatore della Congregazione dei Missionari dell'Immacolata Concezione ;

2. Enrico Rebuschini, sacerdote professo dell'Ordine dei Chierici Regolari Ministri degli infermi (Camillini) ;

3. Pietro Marce, laico professo della Congregazione dei Missionari Figli del Cuore Immacolato di Maria (Claretiani).

Venerdì 8 febbraio 1963, nel Palazzo delle Congregazioni si è adunata la S. Congregazione dei Riti *ordinaria particolare,* **nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali ed i Revmi Prelati Officiali hanno discusso sulla introduzione della Causa del Servo di Dio Andrea Carlo Ferrari, Cardinale di S. Romana Chiesa, Arcivescovo di Milano.**

Gli stessi hanno inoltre esaminato le relazioni dei censori teologi sopra gli scritti dei Servi di Dio :

1. Fratel Alperto, dell'Istituto dei Fratelli delle Scuole Cristiane;

2. Maria del Cuore di Gesù (Eufrasia Barbier), fondatrice della Congregazione di Nostra Signora delle Missioni.

Martedì 12 febbraio 1963, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è adunata la S. Congregazione dei Riti *preparatoria,* **nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e Consultori teologi hanno discusso su due miracoli, che si asseriscono operati ad intercessione del Venerabile Servo di Dio Luigi Maria Palazzolo, sacerdote, fondatore dell'Istituto delle Suore delle Poverelle.**

Martedì 19 febbraio 1963, nel Palazzo Apostolico Vaticano, alla augusta presenza del Santo Padre, si è adunata la S. Congregazione dei Riti *generale,* **nella quale gli Emi e Revmi Signori Cardinali, i Revmi Prelati Officiali e**

Consultori teologi hanno dato il loro voto sopra i miracoli dei Venerabili Servi di Dio :

1. Giovanni Nepomuceno Neumann, delia Congregazione dei Ssmo Redentore, Vescovo di Filadelfia, fondatore della Congregazione delle Suore del Terz'Ordine di S. Francesco di Filadelfia ;

2. Elisabetta Anna Bayley, vedova Seton, fondatrice della Congregazione delle Suore di Carità nell'America settentrionale.

Gli stessi hanno dato il voto sulle virtù in grado eroico della Serva di Dio Paolina Maria Jaricot, fondatrice delle Opere della Propagazione della Fede e del Rosario perpetuo.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

7 gennaio 1963. L'Eíño e Revmo Signor Cardinale Marella Paolo, *Protettore delle « Sœurs Marianistes de Sainte-Croix »* (Le Mans, Francia).

10 » » L'Emo e Revmo Signor Cardinale Léger Paolo Emilio, *Protettore delle « Sœurs de Miséricorde de Montréal »* (Montréal).

11 febbraio » S. E. Revma Monsig. Roberti Vito, Arcivescovo titolare di Tomi, *Nunzio Apostolico nel Burundi.*

16 » » S. E. Revma Monsig. Roberti Vito, Arcivescovo titolare di Tomi, *Nunzio Apostolico nel Congo* (Léopoldville).

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Assistenti al Soglio Pontificio :

25 settembre 1962. S. E. Revma Monsig. Ryan Giuseppe Francesco, Vescovo di Hamilton.

28 dicembre » S. E. Revma Monsig. Baratta Raffaele, Arcivescovo di Perugia.

11 gennaio 1963. S. E. Revma Monsig. Cody Giovanni Cristoforo, Vescovo di London.

15 » » S. E. Revma Monsig. Grauls Antonio, Arcivescovo di Kitega.

Protonotari Apostolici **ad instar participantium:**

19	giugno	1962.	Monsig. Van Meenen Giulio (Brentwood).
6	agosto	»	Monsig. Madden Tommaso E. (Altoona-Johnstown).
1	ottobre		Monsig. Vachon Luigi Alberto (Québec).
31	»		Monsig. Loehr Angelberto (Limburg).
»	»		Monsig. de Souza y Antâo Gregorio Magno (Goa).
20	novembre		Monsig. Kamler Alfredo Francesco (Charleston).
»	»		Monsig. Mannihg Giovanni Lorenzo (Charleston).
27			Monsig. Margreth Pasquale (Udine).
»			Monsig. Brady Giacomo Francesco (La Crosse).
»			Monsig. Gille Carlo W. (La Grosse).
»			Monsig. Liedtke Antonio (Chelmno).
»			Monsig. De Angelis Serafino (Rossano).
»			Monsig. Brunori Vincenzo (Imola).
4	dicembre		Monsig. Cangiano Giovanni Mamerto (San Luis).
28	gennaio	1963.	Monsig. Poggi Costantino (Bobbio).

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

16 febbraio 1963. L'Illmo e Revmo Monsig. Zryd Giuseppe L. ; i Revmi Padri : Moya Raffaele, dei Predicatori ; Anastasio da Utrecht, dei Frati Minori Cappuccini ; Chiocchetta Pietro, delle Missioni Africane di Verona; Vanzin Callisto, della Pia Società di San Francesco Saverio per le Missioni Estere ; Gheddo Pietro, del Pontificio Istituto per le Missioni Estere ; Cuoq Giuseppe, dei Missionari d'Africa ; Considine Giovanni, della Società per le Missioni Estere di Maryknoll ; Beckmann Giovanni Battista, della Società delle Missioni Estere di Betlemme in Svizzera ; Bruls Giovanni, della Società degli Ausiliari delle Missioni, *Consultori della Sacra Congregazione de Propaganda Fide.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Protonotari Apostolici **ad instar participantium:**

30	aprile	1959.	Monsig. Simmerstätter Francesco (Salzburg).
»	»	»	Monsig. Stampfl Benedetto (Salzburg).

Prelati domestici di Sua Santità:

19	maggio	1961.	Monsig. Cave Francesco (Southwark).
25	novembre	»	Monsig. Alonso Zaldivar Prassede (Zaragoza).
»	»	»	Monsig. Cortés Pastor Ferdinando (Zaragoza).

31	**gennaio**	**1962.**	**Monsig. Tineo Lara Antonio (Sevilla).**
3	**febbraio**		**Monsig. Meiss Giuseppe (Köln).**
»	»	»	**Monsig. Orriols Marques Stefano (Vich).**
14	**aprile**	»	**Monsig. Schauf Eriberto (Aachen).**
»	»		**Monsig. Suárez Muñiz Gennaro (Matanzas).**
11	**maggio**	»	**Monsig. Font Gratacós Lamberto (Gerona).**
19	»	»	**Monsig. Schlafke Giacomo (Köln).**
2	**giugno**	»	**Monsig. Fleckenstein Enrico (Würzburg).**
23	»	»	**Monsig. Welsh Giacomo Giuseppe (Davenport).**
30	»	»	**Monsig. Bernedo Malaga Leonida (Arequipa).**
»	»	»	**Monsig. Del Carpio Giuseppe L. (Arequipa).**
»	»	»	**Monsig. La Rosa Domenico (Arequipa).**
13	**luglio**	»	**Monsig. Thompson Raffaele Luigi (Davenport).**
4	**agosto**	»	**Monsig. Cawley Tommaso (Altoona-Johnstown).**
»	»	»	**Monsig. Cullinan Giovanni (Altoona-Johnstown).**
»	»	»	**Monsig. Mackowiak Michele (Altoona-Johnstown).**
18			**Monsig. Chenevert Alien Marco (Alexandria La.).**
25	»	»	**Monsig. Arnold Francesco (Wien).**
1	**settembre**	»	**Monsig. Eykens Cirillo (Anvers).**
»	»	»	**Monsig. Raes Roberto (Anvers).**
»	»	»	**Monsig. Smits Giuseppe (Anvers).**
8	»		**Monsig. Angermair Ruperto (München und Freising).**
»	»	»	**Monsig. Baumgartner Giovanni Ev. (München und Frei sing).**
	»	»	**Monsig. Höck Michele (München und Freising).**
	»	»	**Monsig. Kifinger Giorgio (München und Freising).**
	»		**Monsig. Moersdorf Nicola (München und Freising).**
»	»		**Monsig. Scharl Emmeran (München und Freising).**
21	»	»	**Monsig. Dessart Anatolio (Liege).**
			Monsig. Alengrin Renato (Lyon).
»	»		**Monsig. Denis Mario (Lyon).**
»	»	»	**Monsig. Vincent Giovanni Paolo (Lyon).**
	»	»	**Monsig. Hurley Marco Giuseppe (Stockton).**
»	»	»	**Monsig. Kennedy Guglielmo Patrizio (Stockton).**
			Monsig. Morris Patrizio Giovanni (Stockton).
		»	**Monsig. Noonan Edoardo Giuseppe (Stocktoh).**
»	»		**Monsig. Mizzan Mario (Trieste e Capodistria).**
28	»		**Monsig. Kerr Donaldo (Alexandria in Ontario).**
»			**Monsig. Poirier Alcimo (Alexandria in Ontario).**
	»	»	**Monsig. Jacovino Rosario (Anglona-Tursi).**
			Monsig. Verdelli Giovanni B. (Bergamo).
»	»	»	**Monsig. Krahe Giuseppe (Hildesheim).**
	»	»	**Monsig. Atkinson Edoardo Ugo (Nottingham).**
		»	**Monsig. Wilson Humphrey (Nottingham).**
»	»	»	**Monsig. Fortier Elzear (Québec).**
»	»	»	**Monsig. Frenette Ireneo (Québec).**
»	»	»	**Monsig. La voie Raimondo (Québec).**
»	»	»	**Monsig. Marcoux Eugenio (Québec).**
»	»		**Monsig. Nicole Paolo (Québec).**

6 ottobre 1962. Monsig. Callahan Giovanni Daniele (Boston).
» Monsig. Gunn Guglielmo Wallace Giovanni (Boston)
» Monsig. Harrington Paolo Vincenzo (Boston).
» » Monsig. Linnehan Giovanni Giuseppe (Boston).
» » Monsig. Murphy Giuseppe Patrizio (Boston).
» Monsig. Parsons Giovanni Leonardo (Boston).
» » Monsig. Shea Francesco Gerardo (Boston).
» Monsig. Shea Francesco Stanislao (Boston).
20 » Monsig. Leuliet Géry (Arras).
» Monsig. Mourmier Paolo (Arras).
» » Monsig. Longhi Luigi (Mantova).
» » » Monsig. Cardalesi Gaetano (Napoli).
» » Monsig. Marinelli Gennaro (Napoli).
» » Monsig. Santoro Ciriaco (Napoli).
» Monsig. Behrens Al ver (Sioux City).
» » Monsig. Casey Edmondo (Sioux City).
» » Monsig. Duhigg Giacomo (Sioux City).
» » » Monsig. Karhoff Enrico (Sioux City).
» » Monsig. Lynch Luigi (Sioux City).
» » Monsig. McCoy Patrizio Leone (Sioux City).
» » Monsig. Tolan Giuseppe (Sioux City).
» » Monsig. Vollmer Edoardo (Sioux City).
» » » Monsig. Kelly Francesco Tommaso (Townsville).
29 » » Monsig. Belzile Ivo (Hauterive).
» » » Monsig. Fortin Renato (Hauterive).
» » Monsig. Rosso Sebastiano (Siracusa).
3 novembre » Monsig. Brosnan Giovanni (Sioux Falls).
» » Monsig. Delahoyde Luigi (Sioux Falls).
» » Monsig. McCabe Felice (Sioux Falls).
» » » Monsig. Rodenbur Urbano (Sioux Falls).
10 » » Monsig. Falcioni Goffredo (Ancona).
» » » Monsig. Gaspari Mario Pio (Bologna).
» » Monsig. Brophy Carlo (Grand Rapids).
» » » Monsig. Fons Giovanni (Grand Rapids).
» » Monsig. Martin Tommaso (Grand Rapids).
» » Monsig. Moleski Giuliano (Grand Rapids).
» » Monsig. Podhajski Giuseppe (Grand Rapids).
» » Monsig. Radawski Adalberto (Grand Rapids).
» » Monsig. Castigliola Vincenzo (Napoli).
» » Monsig. Celentano Vincenzo (Napoli).
» Monsig. Coppola Mario (Napoli).
» Monsig. Obeleagu Guglielmo (Onitsha).
» » Monsig. Celli Giulio (Pescia).
» » Monsig. De Roia Ottavio Luigi (Viedma).
13 » » Monsig. Accogli Luigi (Otranto).
» » Monsig. Bongianino Luigi (Vercelli).
» » Monsig. Calamoneri Antonio (Caltanissetta).
» » Monsig. Ducoli Maffeo (Savona).
» » » Monsig. Fantò Pietro (Gerace-Locri).

13 novembre 1962. Monsig. Mosconi Paolo (Tortona).
» » » Monsig. Norese Francesco (Alessandria).
» Monsig. Poggi Amelio (Arezzo).
» » Monsig. Sartorelli Pierluigi (Fiume).
» » Monsig. Vighetti Oreste (Susa).
24 » » Monsig. Goch Giovanni (Alexishafen).
» Monsig. Pezzullo Luigi (Aversa).
» » » Monsig. Caldarella Mariano (Cefalù).
» Monsig. Campo Mariano (Cefalù).
» » » Monsig. Cicero Cosimo (Cefalù).
» » » Monsig. Criscito Angelo (Conza).
» » Monsig. de Oliveira Barbosa Ludovico Carlo (Maceió).
» Monsig. Byrne Daniele (New York).
» » Monsig. Byrnes Tommaso (New York).
» Monsig. Carlin Giovanni (New York).
» » Monsig. Conlon Giovanni (New York).
» Monsig. Dunne Giuseppe (New York).
» » Monsig. Dunn Tommaso (New York).
» » Monsig. Hughes Giovanni (New York).
» Monsig. Kenney Giacomo (New York).
» » Monsig. Keogh Giuseppe (New York).
» Monsig. Krug Clemente (New York).
» » Monsig. McNally Giacomo (New York).
» » Monsig. McNulty Pietro (New York).
» » » Monsig. Nemecek Geremia (New York).
» » Monsig. O'Reilly Giovanni (New York).
» Monsig. Quinn Bernardo (New York).
» Monsig. Sweeney Guglielmo (New York).
» » Monsig. Walsh Guglielmo (New York).
» » Monsig. López Lerín Aurelio (Tabasco)
» » » Monsig. Mora Callisto (Tabasco).
1 dicembre » Monsig. Kidd Giuseppe (Alexandria).
5 » » Monsig. Maertens Guido (Brugge).
» » » Monsig. Prignon Alberto (Liége).
8 » » Monsig. Quinnez Giuseppe (Besançon).
15 » » Monsig. Niu Giovanni (Taipeh).
» Monsig. Cattino Giuseppe (Torino).
20 » » Monsig. Cramarossa Raffaele (Gravina).
» » Monsig. Neghede Serafino (Harar).

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità:

15 giugno 1961. Monsig. Garwers Bernardo (Essen).
18 agosto » Monsig. Albring Edoardo (Essen).
» » » Monsig. Berghoff Stefano (Essen).
25 novembre » Monsig. Geerling Carlo (Köln).
» » » Monsig. Koenen Giuseppe (Köln).
20 gennaio 1962. Monsig. Garbrock Alberto (Köln).
» » » Monsig. Von Weschpfennig Pietro (Köln).
Monsig. Taglia via Antonino (Palermo).

24	**febbraio**	**1962.**	**Monsig. Semle Eugenio (Rottenburg).**
»	»	»	**Monsig. Mantler Guglielmo (Sankt Pölten).**
»	»		**Monsig. Z wettler Giuseppe (Sankt Pölten).**
31	**marzo**	»	**Monsig. Dressen Werner (Köln).**
19	**maggio**	»	**Monsig. Johler Mattia (Sankt Pölten).**
25	»	»	**Monsig. Boschbach Giuseppe (Köln).**
»			**Monsig. Dreessen Emilio (Köln).**
»			**Monsig. Litzenrath Enrico (Köln).**
29		» -	**Monsig. Bexch Stanislao (Westminster).**
2	**giugno**		**Monsig. Büttner Guglielmo (Würzburg).**
16	»		**Monsig. Von Rhein Raffaele (Fulda).**
30	»		**Monsig. Bernedo Massimo (Arequipa).**
»	»	»	**Monsig. Cornejo Daniele (Arequipa).**
»	»	»	**Monsig. Febres Giovanni Francesco (Arequipa).**
»	»		**Monsig. Peña Giuseppe (Arequipa).**
»		»	**Monsig. Valencia Gennaro (Arequipa).**
»	»		**Monsig. Alarco Larrabure Gerardo (Lima).**
		»	**Monsig. González Ugaz Saverio (Lima).**
»			**Monsig. Huaman Laos Leonida (Lima).**
	»		**Monsig. Hurtado Giuseppe (Lima).**
»	»	»	**Monsig. Laos Hurtado Pietro (Lima).**
	»	»	**Monsig. Picher Edoardo (Lima).**
»	»	»	**Monsig. Sifuentes Giona (Lima).**
»	»		**Monsig. Untiveros Zaccaria (Lima).**
	»	»	**Monsig. Villar Cordova Pietro (Lima).**
»	»		**Monsig. Zarzosa Alessandro (Lima).**
4	**agosto**		**Monsig. Hemler Rodney (Altoona-Johnstown).**
»	»	»	**Monsig. Kline Roy (Altoona-Johnstown).**
»	»		**Monsig. Lenz Paolo (Altoona-Johnstown).**
	»	»	**Monsig. McOaa Francesco (Altoona-Johnstown).**
»			**Monsig. O'Malley .Edoardo (Altoona-Johnstown).**
»			**Monsig. O'Toole Antonio (Altoona-Johnstown).**
11			**Monsig. Castanho de Almeida Luigi (Sorocaba).**
18	»		**Monsig. Bordelon Giuseppe (Alexandria La.).**
»			**Monsig. Conway Paolo (Alexandria La.).**
			Monsig. Deceulaer Isidoro (Alexandria La.).
	»		**Monsig. Friend Roberto (Alexandria La.).**
	»		**Monsig. Gremillion Giuseppe (Alexandria La.).**
	»	»	**Monsig. Lyons Federico Giacomo (Alexandria La.).**
	»		**Monsig. Tyrrell Martino (Alexandria La.).**
	»		**Monsig. Wakeman Giovanni (Alexandria La.).**

An. et vol. LV 4 Aprilis 1963 (Ser. HI, v. V) - N. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PP. XXIII

LITTERAE DECRETALES

Beato Martino de Porres, Confessori, ex Ordine Praedicatorum, Sanctorum honores decernuntur.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi caritas, quam Spiritus Sanctus fidelium animis iniecit, Paulusque Apostolus maximis laudibus extollit, merito Sacris Litteris tamquam virtutum omnium perfectio atque absolutio celebratur, utpote quae mortalium animos quodammodo Deo assimulet, ineffabili cumjeo inita societate. Hanc Christus verbo et exemplo docuit : verbo quidem, cum percontanti cuidam Legis doctori quod esset mandatum magmim in Lege, respondit : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et in tota anima tua et in tota mente tua* et *proximum tuum sicut teipsum (Mt. 22,* 37-39); exemplo autem quando, ultimo terrenae vitae vespere, discipulis demirantibus sese exhibuit Dominum et magistrum eorum pedes amanti animo abluentem (cfr. *Io.* 13). Ex quibus videlicet Christi et verbis et factis elucet germanam caritatem intime arcteque cum animi modestia esse consociandam; historia autem teste elucet, Deum, cuiusvis bonitatis fontem et amatorem, caritatem cum modestia copulatam virtute extollere, afficere gloria. Quod enim miro sapientiae consilio in sanctissima sua Matre est operatus, id in filiis exsequi non

intermittat, eius effati veritatem demonstrans quod illa portendit : *et exaltavit humiles (Lc.* **I, 52).**

Nil igitur mirum si Deus Martinum de Porres, quem alta animi demissio ad perfectam caritatem exercendam expedivit, maxima liberalitate extulit ut exemplo virtuteque sua plurimos cum suae tum insequentis aetatis homines ad religionem alliceret, adque christianae pacis praecepta componeret. Quod brevis Martini vitae narratio egregie comprobant.

Martini de Porres vitae initia omnino contempta et abiecta, si ad hominum iudicium et existimationem referas, fuerunt. Cum enim Limae esset natus, Peruviani regni urbe, die nono mensis Decembris, anno millesimo quingentésimo septuagesimo nono, patre Ioanne de Porres, nobili Hispaniae nationis eqnite, matre Ioanna Velasquez, nigritana muliere loco liberta, Panamensi quidem ortu, natione tamen afra, non protinus pater, qui simul fastidiebat non legitimum coniugium simul suffuscum nati colorem, pro suo cognomine concessit eum appellari; cumque ad sacra baptismatis ventum esset, in S. Sebastiani templo, eodem quo septem post annis fonte sancta Rosa a Lima christiano nomine fuerat decorata, tamquam ignoti patris filius in codicem est relatus. Quod indignum facinus etsi paulo post pater retractavit, filium suum agnoscens per lustrumque circiter domi hospitio excipiens, mox tamen puerum apud matrem reliquit una cum natu minore Ioanna, ut in Panamiam iret, Praefecti munus exsecuturus.

Quibus in angustiis incommodaque vivendi ratione constitutus, Martinus duodecim circiter annos natus de opere exercendo cogitavit quo sibi familiaeque quaestus suppeditaret ad vitam necessarios; cumque variae artes ei praesto essent, tonsoriam elegit, probanda profecto de causa. Eiusmodi enim ars latius tunc temporis patebat quam nunc : siquidem tonsoris erat plerumque etiam chirurgiam medicinamque exercere aegrotis curandis. Qua arte, sordida quidem et illiberali, maxime tamen male affectis egenisque omnibus perutili, animo pro videbat Martinus eos iuvari posse qui frequentes circum se venturi essent. Qui enim terrestri patre repudiante, cotidie in intima Patris caelestis familiaritate versabatur singulari erga pauperes benevolentia ferebatur, quorum inopiae sublevandae et doloribus mitigandis naviter allaborare cupiebat.

Tonsoriae igitur arti operam dedit tamquam adiutor in tonstrina Marcelli de Rivero institoris, brevique tantum in ea profecit eamque benevolentiam sibi conciliavit, simul ob sibi partam peritiam, simul ob operam gratis impensam, ut omnium admirationem moveret atque im-

primis dominae Venturae, Marcelli uxoris ; non enim eam latebat adulescentium noctes in oratione transigere, suavique animi motione cum Christi imagine cruci adflxi mirum in modum colloqui.

Mirabunda autem eiusmodi Filii Dei contemplatione actus qui *semetipsum exinanivit, formam servi accipiens (Phil.* **2, 7), nova quaedam eaque perfectiora, Sancti Spiritus gratia perflante, Martinus, quindecim annos natus, secum cogitare coepit. Quam ob rem moderatores adiit Coenobii dominiciani a S. Rosario cognominati, in urbe Lima exstantis, illud petiturus quod maxime exprimeret, vel nomine ipso, impensam sui abiciendi voluntatem : ut scilicet in ministrorum ordinem assumeretur qui vulgo « donati)) dicebantur, in eos scilicet qui, religiosae sodalitati inservientes, operam aedibus verrendis, agris colendis aegrotisque iuvandis navabant, inque famulatu constituti nomine et re infra fratres professos, quos vocant, existimabantur, neque iure dominicianae familiae aggregabantur.**

Quod consilium patri, licet absenti, vehementer displicuit, qui ut eum de sententia demoveret summopere conatus est, sed frustra ; Martinus enim propositum tenebat, parentique honorem familiae pretendenti aperte respondit : *elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum (Ps.* **83, 11).**

In ministeriis igitur Dominicianae sodalitatis constitutus, humillimo animo omnibus se inferiorem putabat, in deliciisque habebat comptentissimos quosque labores suscipere, aegrotorum genibus advolvi iisque maxima caritate mederi, adhibitis nempe medicinae artis subsidiis, quibus in tonstrina Marcelli de Rivero uti didicerat. Moderatorum praeceptis modestissime parere, aequalium optata libenter exsequi, sibi illudentes beneficiis cumulare, vel acerbe obiurgantibus gratum animum profiteri, innumera eiusmodi opera cotidiano usu sunt comprobata. Cuius praeclarae virtutis hoc, quod sequitur, placet ex multis proferre specimen. Cum olim Coenobii antistes domo exiisset, eo consilio ut pretiosa quaedam abalienaret, quibus sodalitas aere alieno expediretur, repente Martinus cognita re ei obviam occurrit, genibusque provolutus rogavit ut se ipsum in servitutem divenderet, sui pretio sodales levaturus.

Hanc autem vitae rationem sane non intellegit qui animo non expendat Martinum eum fuisse ut totus precibus insisteret, cogitationem de morte assidue susciperet, usque in Christi cruci adfixi meditatione caelestiumque rerum versaretur.

Egregia praeprimis in eo pietas in Ss.am Eucharistiam, cuius caelesti pabulo ter in hebdomada incenso animo reficiebatur ; impense etiam

Beatam Virginem Mariam adamavit, cuius Rosarium semper prae manibus tenebat, eamque tamquam suavissimam Matrem caram habuit. Noctes plerumque in precibus fundendis corporisque macerationibus consumebat, Christi vestigia premens qui *erat pernoctans in oratione Dei (Lc.* **6, 12) : pauci asseres, quos vilis storea tegebat, tignumque transversum laboribus defatigatum corpus nocturno tempore excipiebant, sed breviter; mox enim surgebat ferréis loris se castigaturus, ut piaculum se Deo cum Christo exhiberet; surgebat dein intempesta nocte, ut se nodata fune percuteret ad peccatorum sordes luendas ; sub lucem denique lectum relinquebat non sive verberibus, quae virgis sibi inferebat, ut defunctorum animis caelestia solacia impetraret.**

Singularis eiusmodi virtutis vis antistitis Coenobii a S. Rosario admirationem movit, qui Martino ut sollemnia religionis vota in Dominiciana sodalitate nuncuparet suasit; quam sententiam angelicus iuvenis, licet se imparem tali dignitati profiteretur, libenter tamen ut absolutions sanctitatis vinculo se obligaret est secutus, atque die altero mensis Iunii anno millesimo sescentesimo tertio sollemniter eadem vota nuncupavit quibus ad laicos professos Dominicianae sodalitatis ascriptus est.

Novam eamque perfectam vivendi formam amplexus Martinus, qui tunc quartum supra vicesimum agebat annum, vel citatiore gradu visus est procedere virtutis semitas : castitatem, paupertatem, oboedientiam tam integre colendo, ut eum sodales et Moderatores ipsam virtutis imaginem eum continenter ducerent. Quivis enim qui succedebat dies, flammam, quam pectore alebat, vehemensque studium videbatur augere Dei gloriae hominumque salutis provehendae. Quae de re impossibile est ea omnia exponere quae Dei servus Christi caritate urgente mira alacritate effecit. Ut res summas tantum attingamus, brevi factum est ut, qui una veste eaque obsoleta indueretur cellulamque sibi propriam in Coenobio recusaret, ab universa civitate ((Pater pauperum », ((omnium pater » acclamaretur, et *Martinus a caritate* **cognominaretur. Etenim in urbe Lima aegroti frequentes erant pestilentiaque grassante raro citationibus reiiciebantur ; egenorum numerus ob sociales civilesque commutationes ingens ; apertae vel tacitae conflictationes inter diversos civium ordines erant : Martinus" praesens auxilia deprecationesque multiplicabat, diu noctuque iis opitulaturus qui desiderarent. Medendi scientiam quam adulescens didicerat sponte et ultro egentibus adhibebat ; se victu cibisque fraudabat ea pauperibus largiturus ; novis laboribus operam insumebat,** *ut haberet unde tribueret necessitatem pa-*

tienti (Eph. **4, 28), et commodo pauperum stipem ipse emendicare non erubuit a primoribus civitatis; quod ita prospere successit ut brevi donationum ordinatio statuenda fuerit, ut composite certisque temporibus cibi et vestes egentibus praestarentur. Cui generosae pecuniae ciborumque erogationi, duce Martino, operam dabant nonnulli Dominicianae familiae sodales, quos inter Beatus Ioannes Macias, quo familiarissime Martinus utebatur, itemque germana Martini soror Ioanna. Bona sapiensque Martini consuetudo ferebat, ut ea quae singulis quibusque hebdomadis colligerentur tripertito erogarentur : quarum pars quaedam defunctorum animis tribueretur iuvandis precibus et sacris Deo factis; altera pars clericis indigentibus destinaretur sacrorum alumnis theologiae studiis operam navantibus ; tertia denique iis daretur omnibus qui quavis ratione cotidiana egestate affligerentur. Ex quo clare elucet Martinum ita semper gessisse ut non modo ad terrenae vitae necessitates respiceret, sed ad ea praeprimis spectaret quae ad caelestem animorum patriam pertinerent. Nihil ergo mirum si rudibus puerisque simul cum terrenae vitae subsidiis etiam christianae doctrinae elementa is assidue impertiebat quibus animi ad virtutem allicerentur Deoque propius accederent, omnium bonorum largitori atque fonti.**

Inter plurima autem eius caritatis documenta illud etiam memorandum, pacem inter cives eum conciliasse, eorum controversias composuisse, simultates sustulisse quae servis cum dominis intercédèrent, nigritisque cum hominibus albi coloris : omnibus denique Martinum exsurrexisse pacis oratorem, illud suae vitae exemplo, potius quam verbis, alte profitentem : *Non est iudaeus neque graecus, non est servus neque liber, non est masculus neque femina; quicumque enim in Christo baptizati estis Christum induistis (Cal.* **3, 26-27). Quam miram animorum concordiam iam non facunda disertave Martini oratio conciliabat, sed mansueta quaedam atque caelestis animi suavitas ipsaque Spiritus Sancti vis qua agebatur. Quae causa praecipua erat ut undique Dei servus exquireretur, quem assidue non modo Coenobii novitii sed sacrae theologiae magistri et doctores adibant eius sapientiam appetituri ; frequentes etiam sacrorum Antistites, civitatis optimates eum conveniebant ipseque Peruviani regni Vicarius, cui simul honori erat cum Martino familiaritas simul perfectioris vitae incitamento.**

Tot tantisque donis humilem Martinum Deus cumulavit, ut vel mira quaedam per eum patraverit, aerumnosorum hominum commodo. Complura enim eaque comprobata eius temporis testimonia tum de aegrotis mirum in modum sanatis afferuntur, tum de cibis divinitus auctis, de

rebus futuris praedictis, de acribus cum diabolo certaminibus, de responsis circa subtiliores doctrinas, circa philosophiam et theologiam, quas numquam coluerat, de eius mentis atque animi a corpore excessibus dum suavissima voluptate in oratione f meretur. Inter quae digna profecto quae memorentur, utpote eius singularis et propria, eius cum animalibus necessitudo, qua simul eisdem evangelica simplicitate alimenta atque medicamina afferebat, simul in eorum congressum colloquiumque veniebat, illam in se innocentiae condicionem adumbrans in qua protoparentes felicissime a Deo sunt constituti.

Neque unquam pòrtentorum eiusmodi magnitudo Martini animum a modestia dimovit, qui omnia a providentissimo Deo procedere aperte significabat seque ipse, qua erat humilitate sedulo occultabat, eorum animos quos beneficiis affecisset a se quantum fieri posset avertens.

Sexagesimum autem aetatis annum agebat quando diuturnis laboribus, ieiuniis ciliciisque fractus se brevi aeternam aditurum patriam praesensit. Cumque ardentibus febribus esset correptus exeunte mense Octobri anno millesimo seseentesimo tricesimo nono lectulo affixus est. Forti animo et hilari non modo doloribus non repugnabat, quibus impensis lacerabatur, sed corpus cruciatibus volens tradebat, Christo cruci adfixo assimulari flagrantissime cupiens ; medicoque fratribusque medicinis eum reficere quaerentibus subridens novissimam sibi horam imminere significavit. Nec tamen in ultimo vitae discrimine, deficientibus viribus defuit luctatus, nam supremus generis humani hostis, quem toties vivens Martinus certamine superaverat, acriter eum impugnavit pretiosam animi humilitatem labefactare nisus, sed frustra, Martino fortiter obsistente. Morti denique proximus, postquam ea quae sibi viderentur peccata neglegentiaeque omnibus coram est confessus, voluit caelesti pabulo refici et opobalsamo inungi, ut vitae curriculum sanctissime conficeret. Cumque sodales ad morientis lectum maesti accurrissent omnesque Apostolorum symbolum *Credo* **sollemniter canere coepissent, ad verba** *et homo factus est* **placidissime Martinus, labiis ad Domini crucem admotis, eidem obviam occurrit, die tertio Novembris, anno Domini millesimo sescentesimo tricesimo nono.**

Nuntiata Martini mors illico universam civitatem commovit, quae ad eius corpus turmatim properavit illud venerabunda etiam atque etiam contemplatur a ; quod ne laceraretur nimiae religionis, gratia cito in arca depositum inque coenobii crypta sepultum est, post nempe exsequias sollemnissime celebratas, quas eminentissimi viri sunt comitati, inter quos Felicianus de Vega, Archiepiscopus Mexicanus, quem paucis men-

sibus ante Martinus morbo liberaverat, ipseque regni Vicarius Comes de Chinchón, qui Dei servi familiaritate utebatur.

Percrebrescente autenf eius sanctitatis fama ob frequentia nempe prodigia quae eo deprecante patrata a Deo ferebantur, de Beatorum honoribus ei decernendis causa agitari coepta est. Anno itaque millesimo sescentesimo sexagesimo inquisitiones auctoritate ordinaria ad iuris normas Limae actae sunt ; quibus rite absolutis die decimo Septembris anno millesimo sescentesimo duodeseptuagesimo ad inquisitiones apostolicas ventum est, quae anno millesimo sescentesimo octogesimo sexto expletae sunt, sed solummodo subsequenti saeculo, adversas ob causas, de venerabilis Servi Dei tum theologalibus virtutibus cum cardinalibus agi coeptum est, quas heroicum attigisse gradum Clemens XIII, Decessor Noster, omnibus rite perpensis, die vicesimo septimo mensis Februarii anno millesimo septingentésimo sexagesimo tertio sollemni sanxit decreto.

Tum quaestio de miraculis quae Martino deprecante celeberrima esse dicebantur in antepraeparatorio et praeparatorio, quae dicuntur, comitiis agitata est, ac demum in generali, coram Gregorio XVI Decessore Nostro ; quibus peractis idem Summus Pontifex die undevicesimo mensis Martii anno millesimo octingentesimo tricesimo sexto, die festo S. Ioseph, sollemniter declaravit : *Constare de duobus miraculis a Deo, intercedente venerabili Martino de Porres, patratis, nempe de repentina perfectaque sanatione ac visus recuperatione oculi dexteri Elvirae Moriano, sauciati ictu insilientis fragminis testacei, disruptis tunicis omnibusque effusis humoribus cum irreparabili caecitate; et de instantánea ac perfecta sanatione pueri Melchioris Varanda a letali capitis contusione ex praecipiti lapsu cum cerebri concussione, haemorrhagia, febri aliisque gravissimis symptomatibus.*

Unum porro dubium erat discutiendum : an probatis virtutibus et duobus miraculis, venerabili Servo Dei Martino de Porres Caelitum honores tuto decerni possent. De quo dubio die duodetricesimo mensis Maii, eodem anno, agi coeptum est coram eodem Decessore Nostro Gregorio XVI, qui favorabili omnium sententia audita, die uno et tricesimo mensis Iulii eodem anno proprio decreto sanxit : *Tuto procedi posse ad sollemnem venerabilis Servi Dei Martini de Porres beatificationem.* **Quae sollemnia die undetricesimo mensis Octobris anno millesimo octingentesimo tricesimo septimo in Vaticana Basilica habita sunt.**

Cum vero post decretos eidem Beato supernorum Caelitum honores eiusdem cultus non modo in Peruviana regione et universa America sed in diversis etiam Asiae et Africae partibus magis in dies augeretur,

eoque deprecante nova dicerentur effecta a Deo miracula, supplices Apostolicae huic Sedi preces admotae sunt, ut causa resumeretur *úe* **Beato Martino de Porres sanctitatis ínfula decorando. Quibus precibus Decessor Noster Pius XI die nono mensis Iunii, anno millesimo nongentesimo vicesimo sexto annuit, quinimmo proximus Decessor Noster Pius XII apostolicis litteris die decimo mensis Ianuarii anno millesimo nongentesimo quadragesimo quinto datis, Beatum Martinum de Porres omnium socialium Institutorum in Peruviana Republica exsistentium caelestem patronum constituit ac declaravit. Reapse divus Martinus sive socialis, quae dicitur, iustitiae, sive pacifici convictus inter diversae stirpis homines veluti signifer multis in regionibus, praesertim in Foederatis Americae Septentrionalis Civitatibus et in Africa Meridionali etiam ab acatholicis agnoscitur, atque sub ipsius patrocinio haud paucae eiusmodi piae consociationes sunt constitutae.**

Post multas vero inquisitiones quae in curiis Ecclesiarum Caiamarcensis, Detroitensis, Transvaallensis, Ssmae Assumptionis in Paraquaria et S. Christophori de Laguna, factae sunt, duo alia miracula Sacrorum Rituum Congregationi proposita sunt, quae hisce referuntur : Dorothea Caballero, octoginta septem annos nata, die septimo mensis Septembris anno millesimo nongentesimo quadragesimo octavo extemplo abdominis acutissimo correpta est dolore, quem vomitiones alimentariae, biliosae et faeculentae statim consecutae sunt, collapsumque cardiacum passa est. Medici Dorotheam occlusione intestinali esse aflectam comprobarunt atque, letali prognosi definita, chirurgicum interventum uti extremum proposuere remedium, quem familiares ob infirmae mulieris aetatem abnuerunt. Humanis autem subsidiis frustra adhibitis, enixae ad intercessionem Beati Martini obtinendam preces adhibitae sunt, quando improviso, die quinto decimo eiusdem mensis, primo mane, aegrota sanatam se omnino persensit. Miram autem huiusmodi sanationem perfectam fuisse atque naturae excessisse vires artis medicae periti affirmaverunt. Nec minus perspicuum fuit alterum miraculum quod accidit puerulo Antonio Cabrera Pérez in pago Garachico apud urbem S. Crucis de Tenerife : is die vicesimo quinto mensis Augusti, anno millesimo nongentesimo quinquagesimo sexto, dum aedificandae domus parietem scandere nititur, in terram cecidit, cuius laevum pedem lapidea moles magni ponderis ex alto cadens vehementissime contrivit. Examine radiologico, fractura malleoli externi aliaque fracta ossa, extincta qualibet arteriarum pulsatione, sunt comprobata, artisque medicae periti testati sunt Antonium certa atque implexa syndrome

traumatica laborasse, cum iscbaemia et gangraena bumida, quibus status generalis toxicus-infectivus accesserit, eamque Syndromen, utpote irreversibilem, prognosim secum tulisse infaustam quoad functionem et valetudinem, reservatam vero quoad vitam ; quam ob rem de amputando pueri pede cogitatum est. Quo tristissimo nuntio audito, parentes ad Beati Martini de Porres patrocinium confugerunt, cuius sacras reliquias ad pedem laesum applicuerunt. Dictu mirabile ! Mane insequenti in artum, amputationi maturum, vita rediit, sanguisque in pede iam gangraena affecto suum cursum habebat.

Utrumque signum a Sacra Rituum Congregatione diligenti examine expensum est ; cuius rei gratia plures habiti sunt conventus : praeparatorius die tertio decimo mensis Februarii, anno millesimo nongentesimo sexagesimo secundo ; generalis demum coram Nobis in Vaticano Palatio, die vicesimo mensis Martii : in quo dilectus Filius Noster Paulus S. R. E. Cardinalis Giobbe, Datarius Noster, qui ob mortem desiderati Cardinalis Caietani Cicognani huius causae Relator renuntiatus fuerat, dubium cognoscendum proposuit : *An et de quibus miraculis, post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem constet in casu et ad effectum de quo agitur.* **De quo qui aderant, cum Patres Cardinales tum Sacrorum Rituum Congregationis Praelati et Consultores propositas sanationes miraculo tribuendas esse affirmarunt. Quibus suffragiis libentissime exceptis, post rem iterum atque iterum consideratam ac caeleste lumen pluries invocatum, die vicesimo tertio mensis Martii sollemniter ediximus :** *Constare de duobus miraculis a Deo patratis per intercessionem Beati Martini de Porres, nempe de instantánea perfectaque sanatione dominae Dorotheae Caballero ab occlusione intestinali alta letali; deque miraculosa sanatione pueri Antonii Cabrera a gravi et irreversibili ischaemia in pede laevo, multiplici traumate attrito cum consequenti gangraena húmida et statu generali tocoico-infectivo.*

Post haec vero, quamvis S. R. E. Cardinales, Praelati, Officiales, Patresque Consultores scripto signiñcavissent tuto procedi posse ad Beati Martini de Porres canonizationem, interponendum de more aliquod temporis spatium duximus ad expetendam locupletioris gratiae lucem. Die igitur tertio mensis Aprilis hanc sententiam tulimus : *Tuto procedi posse ad sollemnem Beati Martini de Porres canonizationem.*

Considerantes autem de re gravissima agi, Sacrum Consistorium indiximus ut in eo Patrum Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum et Abbatum « nullius » eo die in urbe futurorum sententiam exquireremus. Tunc dilectus Filius Noster S. R. E. Cardi-

nalis A. Larraona, Supremi Consilii Sacris Ritibus cognoscendis Praefectus enixe postulavit ut Beati Martini memoria summis consecraretur honoribus atque ad optatissimum canonizationis ritum deveniretur. Quibus peractis adstantes Cardinales et sacrorum Antistites rogati sunt ut quid de proposita causa sentirent singuli significarent. Omnium denique receptis Purpuratorum sacrorumque Praesulum suffragiis, qui in Consistorio semipublico, quod vocant, affuerunt, in aedibus Vaticanis die duodecimo mensis Aprilis habito, plane compertum est Beatum Martinum dignum ab iis concordi sententia aestimari qui fulgidissimo decorantur Sanctorum diademate. Ad quem vero fastis Sanctorum sollemniter ascribendum statuimus diem sextum proximi mensis Maii. Interea astantes Patres, sacros Praesules universosque christifideles rogavimus ut Nostris precibus suas illi coniungere vellent, ut fausta salutaria quae praestolati iam essent catholicae rei obvenirent.


Quo maximae sollemnitatis die, cunctis saecularis et regularis cleri ordines, plurimi Romanae Curiae Praelati et Officiales, non pauci Abbates, plures sacrorum Antistites atque amplissimum Patrum Cardinalium collegium in Vaticanum Palatium convenerunt. Quibus omnibus supplicantium ritu procedentibus ac precationes caelestium Curiae admoventibus, in Petrianam Basilicam, magno fidelium ex universo paene terrarum orbe numero frequentem, descendimus et ad Solium Nostrum perreximus. Tunc praestita Nobis ab astantibus Cardinalibus oboedientia, dilectus Filius Noster Arcadius S. R. E. Cardinalis Larraona, perorante dilecto Filio Francisco Xaverio Parisi, Consistorialis Aulae Advocato, instanter, instantius, instantissime postulavit ut Beatum Martinum de Porres summis Sanctorum honoribus decorar emus. Cui Consistoriali Advocato per dilectum Filium Hamletum Tondini, ab Epistulis Nostris ad Principes, respondimus iam in eo esse ut Nos huiusmodi postulationi concederemus. Hymno itaque *Veni, Creator Spiritus* **cum confertissima fidelium turba canentes, a divino Paraclito impetravimus ut superni luminis copia magis magisque menti Nostrae coruscaret. Dein in sancti Petri cathedra sedentes, uti supremus universae Christi Ecclesiae magister, sollemniter pronuntiavimus :** *Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et ad christianae religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra : matura deliberatione praehabita, et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum in Urbe exsistentium consilio, Bea-*

tum Martinum de Porres, Confessorem, Sanctum esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus : statuentes illius memoriam quolibet anno die eius natali, tertia nempe Novembris, inter Sanctos Confessores pia devotione recoli debere. In nomine Pa SB *tris et Fi* SB *Iii et Spiritus y& Sancti. Amen.*

Qua formula prolata, precibus annuentes eiusdem Cardinalis Arcadii Larraona, hasce Decretales sub plumbo Litteras confici et expediri iussimus. Deinde postquam hymnum *Te Deum,* **ut gratias omnipotenti Deo ageremus, cum adstantibus cecinimus, Sancti illius patrocinium primi invocavimus atque sermonem de eiusdem virtutibus habuimus. Quae cum ita sint, auctoritate Nostra acta confirmamus, id censentes ut harum Litterarum exemplis vel locis, etiam typis impressis, manu tamen alicuius tabellionis subscriptis sigilloque munitis, eadem tribuatur fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Nemini autem iis quae per has Litteras statuimus obniti liceat. Quod si quis temere ausus fuerit, iustis poenis plectetur.**

Datum Eomae, apud S. Petrum, die sexto mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

Ego IOANNES Catholicae Ecclesiae Episcopus



SB **Ego** EUGENIUS **Episcopus Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae Card.** TISSERANT, **Sacri Collegii Decanus.**

SB **Ego** CLEMENS **Episcopus Veliternus Card.** MICARA.

SB **Ego** IOSEPHUS **Episcopus Albanensis Card.** PIZZARDO.

SB **Ego** BENEDICTUS **Episcopus Praenestinus Card.** ALOISI MASELLA, **S. R. E. Camerarius.**

SB **Ego** HAMLETUS IOANNES **Episcopus titulo Tusculanus Card.** CICOGNANI.

SB **Ego** IOSEPHUS **Episcopus titulo Sabinensis et Mandelensis Card.** FERRETTO.

Ego IACOBUS ALOISIUS titulo S. Laurentii in Damasi Presbyter Card. COPELLO.

Ego GREGORIUS PETRUS titulo S. Bartholomaei in Insula Presbyter Card. AGAGIANIAN.

Ego VALERIUS titulo S. Silvestri in Capite Presbyter Card. VALERI.

Ego PETRUS titulo S. Praxedis Presbyter Card. CIRIACI.

Ego PAULUS titulo S. Mariae in Vallicella Presbyter Card. GIOBBE S. R. E. Datarius.

Ego FERDINANDUS titulo S. Eustachii Presbyter Card. CENTO.

Ego CAROLUS titulo S. Mariae in Porticu Presbyter Card. CHIARLO.

Ego CAROLUS titulo S. Agnetis extra moenia Presbyter Card. CONFALONIERI.

Ego PAULUS titulo S. Andreae Apostoli de Hortis Presbyter Card. MARELLA.

Ego GUSTAVUS titulo S. Hieronymi Illiricorum Presbyter Card. TESTA.

Ego ALOISIUS titulo S. Andreae de Valle Presbyter Card. TRAGLIA.

Ego IOSEPHUS titulo S. Priscae Presbyter Card. da COSTA NUÑES.

Ego ILDEBRANDUS titulo S. Sebastiani ad Catacumbas Presbyter Card. ANTONIUTTI.

Ego EPHRAEM titulo S. Crucis in Ierusalem Presbyter Card. FORNI.

Ego ALAFRIDUS S. Mariae in Domnica Diaconus Card. OTTAVIANI.

Ego ALBERTUS S. Pudentianae Diaconus Card. DI JORIO.

Ego FRANCISCUS S. Cesarii in Palatio Diaconus Card. BRACCI.

Ego FRANCISCUS S. Mariae in Cosmedin Diaconus Card. ROBERTI.

Ego ANDREAS S. Georgi in Velabro Diaconus Card. JULLIEN.

Ego ARCADIUS MARIA Ss. Blasii et Caroli ad Catinarios Diaconus Card. LARRAONA.

Ego FRANCISCUS SS. Cosmae et Damiani Diaconus Card. MORANO.

Ego VILLELMUS THEODORUS S. Theodori in Palatio Diaconus Card. HEARD.

Ego AUGUSTINUS S. Sabae Diaconus Card. BEA.

Ego ANTONIUS S. Eugenii Papae Diaconus Card. BACCI.

Ego IOACHIMUS ANSELMUS S. Apollinaris Diaconus Card. ALBAREDA.

Ego MICHAEL S. Pauli in Harenula Diaconus Card. BROWNE.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

ARCADIUS M. Card. LARRAONA
S. R. C. Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco Qí Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. 110, n. I4.

LITTERAE APOSTOLICAE
MOTU PROPRIO DATAE

Pontificium Athenaeum Angelicum titulo et honore decoratur « Pontificiae Studiorum Universitatis a S. Thoma Aquinate in Urbe ».

DOMINICIANUS ORDO, cuius Sodales Decessor Noster fel. rec. Honorius III futuros esse praenuntiavit *púgiles fidei et vera mundi lumina,*[1] per plurium saeculorum cursum in variaque alacritatis provincia, praeclaras sane catholicae rei peperit utilitates.

Sed quod idem Ordo maximo adiumento Ecclesiae sanctae fuit in christiana fide propugnanda et in doctrina disseminanda Evangelii, illud praecipue ex eo ortum esse censemus, quod divum Thomam Aquinatem, qui et *Doctoris Ecclesiae*[2] et *Doctoris Universalis Ecclesiae*[3] nominibus est auctus, ad divinae sapientiae studium instituit et educavit: ut palam De[1] cessori Nostro S. Pio X prae se ferre placuit, Epistula apostolica ad Summum Ordinis Magistrum missa, hisce verbis : *Huic enim inclito Ordini, quem unus ex insignioribus Ecclesiae Sanctis, in fidei subsidium a Domino datus, condidit, summae erit semper gloriae Aquinatem Doctorem inter suos Sodales adnumerare, clarissimum scholarum lumen, de quo merito dictum est, tot miracula patravisse, quot sapientes scripserit articulos.**

Attamen Dominiciana Familia, non modo catholicae veritatis inserviisse rationibus dicenda est, quod Doctorem Communem veluti in gremio suo gestavit et aluit, sed etiam ob eam causam quod, iam fere inde ab eiusdem Doctoris placido decessu, ipsius disciplinae se nullo non tempore praestitit servantissimam; quemadmodum Decessores Nostri Benedictus XV

[1] Constit, apost. ***Gratiarum omnium,*** data die 21 mensis Ianuarii anno 1217, in ***Const. S. O. P.,*** lib. I, cap. I, 2.

[2] S. Pius V, Constit, apost. ***Mirabilis Deus,*** data die 11 mensis Aprilis anno 1567, in ***Bullar. Roman.,*** VII, Taurini 1862, pp. 564-565.

3 Litt. Encycl. ***Studiorum Ducem, A.A.S.,*** XV, 1923, p. 324.

[4] ***A.A.S.,*** II, 1910, p. 899.

et Pius XI huiusmodi edixerunt sententia: *Atque huic Ordini dandum est non tam quod Angelicum Doctorem aluerit, quam quod numquam postea, ne latum quidem unguem, ab eius disciplina discesserit.*[5]

Quod idem tum cuncta Dominicianae Sodalitatis industria ubique terrarum adhuc confirmavit, tum praecipue studiorum domicilia ab ea in hac alma Urbe condita. In quibus memoria dignum existimamus illustre Collegium a S. Thoma Aquinate appellatum, anno MDLXXVII constitutum ad S. Mariae Vico Minervae. Quod Collegium anno MDCCCCIX subsecutum est Pontificium Collegium Angelicum, eo consilio adulescentibus sive Dominiciani Ordinis sive variarum dioecesium, sive aliarum religiosarum Sodalitatum e qualibet natione apertum, ut inibi salutaria Aquinatis praecepta altius introspicerentur et latius exinde vulgarentur.

Eo enim non tantum Summus Dominiciani Ordinis Magister aedes illas exstructurus spectabat, sed idem Decessor Noster S. Pius X, qui, aedificii mole nondum absoluta, haec ad Magistrum eundem scribebat : *Ibi enim rite exposita et inde diffusa late sapientia Doctoris Angelici tum ad philosophiae, tum ad sacrarum disciplinarum cultum, non dubitamus, quin praeclaros ubique fructus latum sit.*[6]

Atque re ipsa novum hoc Collegium, cui anno MDCCCCXLII nomen Pontificium Athenaeum Angelicum est ascitum, non secus atque pristinum, id perpetuo egit contenditque, ut a S. Thoma tradita principia docendique rationem fideliter teneret, quae sive Romani Pontifices semper commendaverunt, maxime post editas a Decessore Nostro imm. mem. Leone XIII Encyclicas Litteras, quibus initium *Aeterni Patris,*[7] sive Codex Iuris Canonici nominatim praescribit;[8] ita nempe ut Decessor

[5] BENEDICTI XV ***Epistula ad Revmum Patrem Magistrum Generalem L. Theissling,*** data die 29 mensis Octobris anno 1916, in ***A.A.S.,* VIII,** 1916, p. 397; PII XI Litt. Encycl. ***Studiorum Ducem,*** datae die 29 mensis Iunii anno 1923, ***A.A.S.,*** XV, 1923, p. 324. ,

[6] Epist. ***Domum delectis, A.A.S.,*** I, 1909, p. 137.

[7] ***Acta Leonis XIII,*** I, 1881, p. 255; ubi Summus Pontifex scholarum ecclesiasticarum Magistris animum suum hisce verbis patefacit: ***Nihil Nobis esse antiquius et optabilius, quam ut sapientiae rivos purissimos, ex angelico Doctore iugi et praedivite vena dimanantes, studiosae iuventuti large copioseque universi praebeatis*** (p. 279).

[8] ***C.I.C.,*** can. 1366 § 2.

Noster fel. rec. Pius XI de eodem Collegio scribens haec asseverа verit: *Ubi Thomam tamquam domi suae habitare dixeris.*[9]

Nihil igitur mirum si praeclarum Athenaeum hoc, maxime in re ad philosophiam et theologiam pertinente, tantopere viguit et floruit, ut frequentior in annos discipulorum numerus ex variis Ordinibus Sodalitatibusque virorum religiosorum, ex variisque dioecesibus in illud studiorum causa undique gentium convenerit.

Quam bonam omnium existimationem ex ea etiam intima temperatione et conformatione sui Athenaeum collegit, quam ad temporum ingenium et indolem referre numquam praetermisit. Nam primum anno MDCCCCXXXVI proprium decretum tulit, ratum a s. Consilio Seminariis et Universitatibus Studiorum moderandis habitum, in quod normae inductae sunt, ad quas, iuxta Constitutionem apostolicam *Deus Scientiarum Dominus,* Pontificiae Studiorum Universitates et Studiorum Ordines constituit liceret. Deinde ad tres Studiorum Ordines, theologiae nempe, philosophiae et iuris canonici, qui iam a condito Athenaeo Angelico inibi exstabant, recentiore tempore, probante s. Consilio Seminariis et Universitatibus Studiorum praeposito, duo alia accesserunt, ut vocantur, Instituta: quorum alterum *disciplinis socialibus provehendis,* alterum *religiosae animi culturae docendae* destinatum.

Quibus omnibus cum animo Nostro consideratis, quoniam primo Athenaeum Angelicum cunctis apertum nationibus in legitimis versatur condicionibus, quas Constitutio apostolica *Deus Scientiarum Dominus* imperat, ut sive Studiorum Universitates sive Studiorum Ordines doctrinarum disciplinis floreant; quoniam deinde, uti diximus, *valde expetimus divi Thomae praeceptorum veluti thesaurum summo cum rei christianae emolumento, cotidie largius effodi, atque adeo eius scripta latissime in vulgus edi, sive instituendi ratione, sive docendi genere a nostrorum dierum ingenio et indole nulla ex parte discrepantibus-,* [10] quoniam postremo hoc persuasum est Nobis, si doctrinarum Aquinatis studia maiore cura et sol-

9 Litt. Encycl. ***Studiorum Ducem, A.A.S., XV,*** 1923, p. 324.

10 Allocutio habita die xvi mensis Septembris anno 1960, cum Conventus ex omnibus nationibus Romae haberetur, studiorum Thomistieorum provehendorum causa; ***A.A.S.,*** LII, 1960, p. 823.

lentia incitentur, illud futurum esse, ut quae consilia Patribus Concilii Oecumenici Vaticani II proposita sint, ea ad effectum felicius adducantur, idcirco motu proprio et apostolica auctoritate Nostra decernimus atque pronuntiamus Pontificium Athenaeum Angelicum ad omnes nationes pertinens, legitime erectum [11] et Ordini Fratrum Praedicatorum concreditum, nunc et in posterum *Pontificiam Studiorum Universitatem a S. Thoma Aquinate in Urbe* esse nuncupandum; pariterque praecipimus, ut nova haec appellatio in statuta et leges Athenaei inducatur, quae quidem vi sua valere pergunt.

Quaecumque vero a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, in festo S. Thomae Aquinatis, die VII mensis Martii, anno MDCCCCLXIII, Pontificatus Nostri quinto.

IOANNES PP. XXIII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

PLANENS IS GRAECORUM

Municipia quae vulgo Mezzoiuso, Contessa Entellina, Palazzo Adriano cognominantur, sub unius Episcopi Planensis Graecorum iurisdictionem transferuntur.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Orientalis Ecclesiae fama, quam tot illustres ac sanctissimi viri et summa virtute comparaverunt et partam tuiti sunt; item merita erga hanc sacratissimam Petri Cathedram magna prorsus ac singularia, id semper effecerunt ut Eomani Pontifices, quibus nihil umquam fuit antiquius quam de christiano populo assidue curam agere, ad eandem Ecclesiam eiusve res aut incepta praecipuo studio respicerent. Quae cum ita sint, volentes quam commodissime Siculis pagis providere, quos per vulgus Mezzoiuso, Contessa Entellina, Palazzo Adriano cognominant quos-

" Cf. ***A.A.S.,*** XXVII, 1935, p. 418.

que olim fideles Byzantini ritus condiderunt, iam inde ab anno millesimo nongentesimo tricesimo septimo, quo anno per Litteras ((Apostolica Sedes » dioecesim Planensem Graecorum constituta est, plurium simul Praesulum iuris dictioni subiectis; iis quos oporteret sententiam rogatis, de Nostra apostolica auctoritate ea quae sequuntur decernimus atque iubemus. Placet ea municipia quae diximus eorumque Sacerdotes ac fideles omnes tum Graeci tum Latini ritus, una cum omnibus paroeciis, templis, oratoriis publicis et semipublicis domibusque religiosis tum virorum tum mulierum ibi incolentium, sub unius Episcopi Planensis Graecorum potestatem ac iuris dictionem redigere, prorsus exstincta Archiepiscopi Panormitani in municipium Mezzoiuso, Archiepiscopi Montis Regalis in municipia Contessa Entella et Palazzo Adriano iuris dictione. Quam ob rem, consequens est ut, vacantibus Latini ritus paroeciis Episcopus Planensis Graecorum ad iuris normam provideat, cessante iure Ordinarii Montis Regalis quemlibet praesentandi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die octavo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo, Pontificatus Nostri secundo.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

IOANNES H. Card. CICOGNANI
8. Congr. pro Ecclesia Orientali a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXI, n. 25.

II

TACAMBARENSIS-COLIMENSIS

(APATZINGANLENSIS)

Divisis territoriis dioecesium Tacambarensis et Colimensis, nova efficitur Ecclesia, « Apatzinganiensis » nomine.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo aptius christifidelium animis consuli posset, qui intra fines degunt civilis Status quem dicunt vulgo Michoacan, censuit venerabilis Frater Aloisius Raimondi, Archiepiscopus titulo Tarsensis et in Mexicana Republica Apostolicus Delegatus, post nempe sententiam rogatos quorum interesset locorum Ordinarios, territoria esse dividenda dioecesium Tacambarensis et Colimensis, novamque Ecclesiam ex iis constituendam, utque id fieret ab Apostolica Sede petiit. Rati propterea Nos haud parum boni huius modi divisionem et constitutionem esse effecturam, volentesque adhibitis postulationibus accedere, de sententia sive venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinales, qui Sacris praesunt Negotiis Consistorialibus, sive venerabilium Fratrum Nostrorum Iosephi Abrahami Martínez Betancourt, Episcopi Tacambarensis, et Ignatii de Alba et Hernández, Episcopi Colimensis, deque summa potestate Nostra, ea quae sequuntur decernimus et iubemus. Eorum omnium consensum supplentes qui in hoc negotio aliquid iuris vel habeant vel se praesumant habere, a dioecesi Tacambarensi territorium separamus, quod complectitur curias seu paroecias vulgo nuncupatas Acahuato, Aguililla, **Apatzingán, Arteaga, Buenavista Tomatlán, Coacolmán, Coire, Nueva Italia, Lombardia, Parácuaro, Tepalcatepec, Tumbiscatio; a dioecesi autem Colimensi, territorium curiarum vulgo Aquila, Coahuayana et Villa Victoria, ex iisque novam dioecesim condimus, cuius appellatio** *Apatzinganiensis,* **iisdem circumscriptam finibus ac curiae, quas nominavimus simul sumptae. Ea ideo confinis erit, ad septentrionem, dioecesibus Colimensi et Zamorensi in Mexico ; ad orientem solem, dioecesibus Tacambarensi et Acapulcanae; ad meridiem, Oceano Pacifico; ad occasum denique solis, Oceano Pacifico et dioecesi Colimensi. Constitutae Ecclesiae sedes, Episcopique domicilium in urbe**

vulgo Apatzingán erit; curíale autem templum Deo sacrum in honorem B. M. V. in caelum Assumptae, in eademque urbe exstans, cathedrale habebitur, cui quidem et sacro Praesuli omnia iura et privilegia damus, impositis vero Episcopo etiam congruis obligationibus. Novam praeterea Ecclesiam eiusque sacrorum Antistitem suffraganeos facimus metropolitanae Sedi atque Archiepiscopo Moreliensi. Praecipimus insuper ut, quoadusque Canonicorum Collegium condatur, quod per alias sub plumbo Litteras fiet, Consultores dioecesani deligantur ad normam iuris canonici, qui scilicet a munere cessabunt Canonicis constitutis; utque minus saltem Seminarium Episcopus quam primum struat ad iuris communis normas peculiaresque leges Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, ex quo, cum adoleverint, lecti iuvenes Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Mensam episcopalem efficient Curiae emolumenta, fidelium collationes, atque bona quae iuxta canonem 1500 C. I. C. eidem dioecesi Apatzinganiensi obvenient. Quod ad regimen dioecesis attinet eiusque administrationem, ad Vicarii Capitularis electionem, aliaque huiusmodi omnino serventur quae sacri canones praescribunt. Simul ac demum hae Litterae Nostrae ad effectum adductae sint, sacerdotes ei dioecesi adscripti erunt, in cuius territorio beneficium aut officium habeant; ceteri autem sacerdotes, clerici Seminariique tirones, ei in qua legitimo domicilio degant. Acta et documenta, quae quovis modo novam dioecesim respiciant, a Curiis episcopalibus Tacambarensi et Colimensi ad Apatzinganiensem mittantur, in tabulario religiose custodienda. Ea denique quae iussimus exsequenda studebit venerabilis Frater Aloisius Raimondi, quem diximus, vel per se ipse vel per alium in ecclesiastica dignitate constitutum virum. Quodsi tempore exsecutionis alius Apostolici Delegati partes in Mexicana Republica agat, hic mandata Nostra faciet. Qui vero rem perfecerit onus habebit effectae rei documenta, rite signata sigilloque impressa, ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini

praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tricesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco fcg Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CIX, n. 99.

III

MONTERREYENSIS
(LINARINAE)

Ex quibusdam territoriis archidioecesis Monterreyensis nova efficitur dioecesis, « Linarina » nomine.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Proficientibus cotidie christianorum necessitudinibus, necessarium quandoque arbitramur, peramplis scilicet divisis Ecclesiarum territoriis, novas excitare circumscriptiones ab Episcopis gubernandas ; haud etenim est dubium eo aptius fidelibus consuli posse, quo propius iis per sacros Pastores provideatur. Cum propterea venerabilis Frater Aloisius Raimondi, Archiepiscopus titulo Tarsensis et in Republica Mexicana Apo-

stolicus Delegatus, hac de re opportunum esse censuerit ut, archidioecesi Monterreyensi partita, altera dioecesis conderetur, idque ut fieret ab Apostolica Sede petierit, adhibitis Nos precibus accedimus, deque sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum atque venerabilis Fratris Alfonsi Espino et Silva, Archiepiscopi Monterreyensis, suprema Nostra potestate ea quae sequuntur decernimus et iubemus. Ab archidioecesi Monterreyensi territoria municipiorum separamus, quae vulgo appellantur Mier y Noriega, Doctor Arroyo, Zaragoza, Aramberri, Galeana, Iturbide, Rayones, Hualahuises, Montemorelos, Teran, Linares, Aldamas, Doctor Coss, General Bravo et China, ex iisque novam dioecesim constituimus, *Linarinam* **nomine, quae iisdem cingetur finibus ac municipia quae diximus, prout in praesens terminantur. Nova condita dioecesis confinis erit : ad septemtrionem, archidioecesi Monterreyensi ; ad orientem solem, dioecesibus Matamorensi et Tampicensi ; ad meridiem, dioecesibus Tampicensi et S. Ludovici Potosiensis ; ad occasum denique solis, dioecesibus S. Ludovici Potosiensis, Zacatecensi et Saltillensi. Decernimus insuper ut Ecclesiae sedem suumque domicilium Episcopus in urbe vulgo Linares statuat, magisterii autem cathedram in curiali templo Deo dicatum in honorem S. Philippi Apostoli inibi exstante, cui cuiusque sacro Praesuli honores, insignia, privilegia et iura facimus quibus cetera cathedralia templa eorumque Antistites decorantur, obligationibus simul Episcopo impositis. Linarinam praeterea Ecclesiam eiusque Episcopum suffraganeos facimus metropolitanae Sedi atque Archiepiscopo Monterreyensi. Praecipimus etiam ut, quoadusque Canonicorum Collegium condatur, quod per alias sub plumbo Litteras fiet, Consultores dioecesani ad normam iuris deligantur, qui a munere cessabunt Canonicis constitutis; utque minus saltem Seminarium quam primum struatur iuxta normas iuris communis peculiaresque leges Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, ex quo, cum adoleverint, lecti iuvenes Romam mittantur in Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Mensam episcopalem efficient Curiae emolumenta, fidelium collationes, atque pars bonorum quae ex praescripto canonis 1500 eidem dioecesi Linarinae obvenient. Quod ad regimen dioecesis attinet eiusque administrationem, ad Vicarii Capitularis electionem, aliaque huiusmodi omnino serventur quae sacri canones praescribunt. Simul ac demum hae Litterae Nostrae ad effectum adductae sint, sacerdotes ei dioecesi censeantur adscripti, in cuius territorio beneficium aut**

officium habeant; ceteri autem sacerdotes, clerici seminariique tirones, ei in qua legitimo domicilio degant. Acta et documenta, quae quovis modo novam dioecesim respiciant, a Curia archiepiscopali Monterreyensi ad episcopalem Linarinam mittantur, in tabulario religiose custodienda. Ea denique quae iussimus exsequenda curabit venerabilis Prater Aloisius Raimondi, quem diximus, vel per se ipse vel per alium in ecclesiastica dignitate constitutum virum. Quodsi tempore exsecutionis alius Apostolici Delegati partes in Mexicana Republica agat, hic iussa Nostra faciet. Qui vero rem perfecerit onus habebit effectae rei documenta, rite signata sigilloque impressa, ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tricesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. OONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco **£B** Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CX, n. 1.

IV

BEIRENSIS
(TETIENSIS)

E dioecesi Beirensi nova fit dioecesis, « Tetiensis » cognominanda

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quae verba Christus Iesus Apostolis fecit : « Et eritis mihi testes ... usque ad ultimum terrae » *(Act.* **1, 8), divino spirante Numine ita impleta sunt ut Apostolorum praedicatio iam omnes nationes ac populos pervaserit, iamque nulla sit gens in orbe terrarum, quam fulgor sanctissimae nostrae fidei non illuminaverit. Quod cum singulari ratione in regionibus Africae Orientalis Lusitanae factum sit, petiit dilectus Filius Noster Ioannes S. R. E. Cardinalis Panico, in Lusitania pro-Nuntius Apostolicus, iuxta sollemnes conventiones inter S. Sedem et Lusitanam Rem publicam die septimo mensis Maii anno millesimo nongentesimo quadragesimo initas, atque Cal. Iuniis eiusdem anni ratas habitas, ut regio, vulgo Tete cognominata, in novae dioecesis formam redigeretur. Volentes autem huius dilecti Filii Nostri expostulationi concedere, aequissima petenti, post venerabilem Fratrem Sebastianum Soares de Resende sententiam rogatum, Episcopum Beirensem, de Nostra summa auctoritate haec statuimus. De territorio dioecesis Beirensis civilem districtum, quem dicunt, nomine Tete detrahimus, eoque novam dioecesim condimus et constituimus** *Tetiensem* **appellandam iisdemque finibus circumscribendam ac districtus ipse, e quo constat. Huius Ecclesiae sedem in urbe Tete poni censemus, in qua Episcopus commorabitur, cathedram vero in templo S. Iacobi Apostoli collocari Zebedaei filii, quod in eadem civitate exstat, quodque cathedralis templi loco habebitur, donec aliud dignius construatur, factis nempe iuribus et privilegiis. Nova dioecesis metropolitanae Sedi de Lourenço Marques subdetur suffraganea; item erit eius Antistes Metropolitae eiusdem Ecclesiae obnoxius. Canonicorum Collegium constituatur, a quibus Episcopus in gravioribus negotiis iuvetur; tamen usque dum id fiat, indulgemus ut Consultores dioecesani deligantur, qui sacro Praesuli assint consilio et labore. Magna etiam sollicitudine saltem minus Seminarium aedificetur, idque iuxta normas iuris communis et secundum regulas a S. Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus latas. Mensam episcopalem efficient sive dos a civili potestate assignata, sive christiani**

populi collationes, sive Curiae proventus, sive denique bonorum pars quae iuxta canonem 1500 C.I.C. in novae dioecesis possessionem veniet. Regimen, administratio, electio Vicarii Capitularis aliaque huiusmodi legibus Iuris Canonici temperentur. Ad clericos vero quod attinet, id statuimus ut qui, his Litteris ad effectum adductis, in Tetiensi Sede seu dioecesi legitime degant, eidem tamquam proprius clerus assignentur. Documenta et acta quae vel dioecesim modo conditam vel eius cives quomodovis attingant, ad eius Curiam episcopalem mittantur, ibique religiose custodiantur. Ceterum, haec quae mandavimus exsequetur ille qui eo tempore, quo hae Litterae Nostrae fieri debeant, Apostolicae Nuntiaturae in Lusitania praesit, vel quem ille delegaverit, factis ad id necessariis facultatibus. Cum autem res acta fuerit, idem documenta exarari studeat, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CIX, n. 92.

V

CAPITIS PALMENSIS

Praefectura Apostolica Capitis Palmensis in Liberia fit Vicariatus Apostolicus, eodem servato nomine.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS. SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum sit Ecclesia a Christo Iesu grano sinapis assimulata, quod minimum quidem est inter semina, si autem creverit patula fit arbor volucribus apta recipiendis (Cf. *Mt.* **13, 31), summo eam cordis Nostri gaudio conspicipus magis, Deo iuvante, in dies ubique proferri, gentesque complecti. Quod quin et ad Praefecturam Apostolicam Capitis Palmensis in Liberia quod attinet feliciter fiat nullum est dubium, sodalibus scilicet iamdiu laborantibus Societatis Missionum ad Afros. Nos autem volentes simul ob curas sollicitudinesque Nostram in eos benevolentiam navare simulque debitas rependere grates, censuimus id accipere et confirmare quod Consilium Christiano Nomini Propagando statuit, sententia sane audita venerabilis Fratris Francisci Carroll, Episcopi titulo Sozopolitani in Haemimonto atque in Liberia Internuntii Apostolici, esse nempe Praefecturam quam diximus ad gradum Vicariatus Apostolici tollendam. De summa propterea auctoritate Nostra Praefecturam Apostolicam** *Capitis Palmensis* **dignitate decoramus Vicariatus Apostolici,** *eodem nomine* **iisdemque servatis finibus, atque Societati Missionum ad Afros ut gubernent committimus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum. Novo Vicariatui eiusque sacro Praesuli, uti patet, omnia iura facimus quae tales Ecclesias talesque respiciunt Antistites, et onera imponimus quae iusta sunt. Ad regimen porro quod attinet, ad administrationem, ad iura et obligationes cleri et populi, ea quae Codex Iuris Canonici statuit observentur. Ceterum haec, quae iussimus, venerabilis Frater Franciscus Carroll, quem memoravimus, fieri studebit vel per se ipse vel per alium, dummodo in ecclesiastica dignitate constitutum virum. Ee vero acta, documenta exarentur eorumque digna fide exempla ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide cito mittantur. Quod si alius eo tempore, quo haec fieri debeant, Apostolicum Internuntium in Liberia aget, hic mandata Nostra faciet.**

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiâca-

citati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. ***R. E. Cancellarius***

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CIX n. 77.

VI

EXARCHATUS PRO UCRAINIS

Exarchatus Apostolicus pro fidelibus Ucrainis in Brasilia degentibus constituitur.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui divino consilio ad Christi Ecclesiam gubernandam vocati sumus, deque eiusdem Filii Dei mandato gregem electorum, etsi virtute impares, pascimus, ad omnes sane filios Nostros quotquot in orbe terrarum sunt, paterna caritate respicimus, Christi thesaurum ac sacerdotii Nostri

coronam; facere tamen non possumus quin ad eos, qui patria exsules, in alienarum nationum oris degant, singulari sollicitudine attendamus, quorum rebus atque necessitatibus, quod possumus, servire omnimodis cupimus. Hanc ipsam ob rem, cum inter coetus, quibus Ordinariatus pro fidelibus ritus Orientalis anno MCMLII in Brasilia constitutus efficitur, Ucrainorum conventus Sacerdotum numero piisque institutionibus valde floreat, visum est eum ab Ordinariatu separari posse, atque ad gradum et dignitatem Exarchatus Apostolici evehi. Quae cum ita sint, post venerabilem Fratrem Archiepiscopum S. Sebastiani Fluminis Ianuarii sententiam rogatum, consilioque audito venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi pro Ecclesia Orientali praepositorum, haec statuimus. Per has sub plumbo Litteras coetum Ucrainorum in Brasilia commorantium in formam *Exarchatus Apostolici* **redigimus, metropolitanae Curitibensi Sedi, Ecclesiae suffraganeae instar, subiecti. Exarchatus huius Sedes sacrique Praesulis domicilium in civitate Curitibensi collocabitur, in qua urbe exarchale templum exsurget. Mensam, quae dicitur, efficient fidelium christianorum collationes. Curet Exarchus ut Consultores dioecesanos deligat, qui sibi in rebus gravioribus assistant; item ut Seminarium saltem minus construat pueris excipiendis qui ad Sacerdotum munia capienda Dei numine invitentur. Ceterum, ad munus primi Exarchi venerabilem Fratrem Iosephum Martenetz, virum sive pietate, sive industria, sive labore egregium, eligimus per hasque Litteras renuntiamus, adhuc Episcopum titulo Soldaiensem, factis iuribus privilegiisque Exarchorum, impositis scilicet oneribds. Haec autem, iura nempe et onera, ea profecto sunt quae in Litteris apostolicis de ritibus Orientalibus et de personis, die altero Iunii datis, anno MCMLVII, a can. 366 ad can. 387 recensentur. Quae, postremo, his Litteris iussimus, venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi et in Brasilia Apostolicus Nuntius, cuius quidem prudentissimo consilio usi sumus, ad rem adduci studebit, per se vel per legatum, potestate facta rei agendae. Cum autem res gesserit, documenta exarari faciet, quae sinceris exemplis ad Sacram Congregationem pro Ecclesia Orientali cito mittet.**

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac

Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tricesimo mensis Maii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

GUSTAVUS Card. TESTA
S. Congr. pro Ecclesia Orientali a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CX, n. 43.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Ecclesia, S. Ludovico Mariae Grignion de Montfort dicata, in oppido S. Laurentii ad flumen « Sèvre », dioecesis Lucionensis, titulo ac dignitate Basilicae Minoris decoratur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Nominis claritatem amplitudinemque oppidum Sancti Laurentii ad flumen « Sèvre », quod Lucionensis dioecesis finibus continetur, àssecutum est ex piissimo obitu S. Ludovici Mariae Grignion de Montfort, illius nempe viri, qui, cum occidentalis Galliae partes indefatigabili alacritate peragrasset, animorum salutis studiosissimus, inde loci ad caelum, ad praemium, ad Deum

evolavit, carmine suavissimo amicis recreatis. Continuo etenim eius sepulcrum, iuxta Sanctorum Librorum verbum, factum est « gloriosum » fideliumque multitudine celebratum. Hanc ipsam ob causam vetustum illius oppidi templum, saeculo xi exstructum, angustius apparuit, ideoque auspicalis lapis novae amplaeque ecclesiae, Ludovici Mariae nomine decorandae, anno MDCCCLXXXIX est positus peritique architectandi artifices sunt arcessiti. Crescebat interea in Venetiae seu Pictaviensis regionis apostolum pietas : religiosi quidem clientes ex Belgica et Batavia, ex Britannia et Hibernia, ex Canadia et Foederatis Americae Civitatibus, ac praesertim ex Gallia et Italia ad oppidum plurimi se conferre solebant, sepulcrum veneraturi. Neque vero tanto studio incitando et permovendo Nostri defuerunt Decessores : nam Leo Pp. XIII, qui Ludovico Mariae Beatorum decreverat honores, oppidi curionem picta tabula donavit, quam apud sepulcrum dixit esse collocandam; deinde Pius Pp. XII, qui eundem Sanctorum ordini adscripsit, ((incensissimum eius erga Christum amorem eiusque flagrantem, solidam ac rectam in Dei Genetricem pietatem » publica in Petriana. Basilica oratione praedicavit. Atque Nosmetipsi, quo tempore Apostolica apud Gallos fungebamur legatione, reliquias Sancti Ludovici Mariae venerati sumus eiusque filiis benediximus. Nunc autem, operibus egregie perfectis, Venerabilis Frater Antonius Maria Cazaux, Lucionensis Episcopus, consilia expromens ac vota non solum sacerdotum omniumque fidelium, quos pastorali cura prosequitur, sed sodalium etiam totius Societatis Mariae Montfortanae, cuius pater et auctor idem Cáeles fuit, submisse Nos rogat, ut, templum quod de tanti viri nomine gloriatur, titulo Basilicae Minoris auctum, quasi regia eiusdem domus ab Apostolica Sede declaretur. Nos autem, tam excelsae sanctitatis memores, ut publicum Nostri animi testimonium iis impertiamus, qui bene atque constanter de catholica fide sunt meriti, huiusmodi precibus benigne volumus obsecundare. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, ecclesiam, Deo in honorem S. Ludovici Mariae Grignion de Montfort sacram atque in oppido S. Laurentii ad flumen « Sèvre)), intra Lucionensis dioecesis fines, exstantem, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* **condecoramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae templis, eodem nomine insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere;**

suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Octobris, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

S. Paulus Apostolus principalis Patronus, et S. Ioannes Maria Vianney secundarius Patronus archidioecesis S. Pauli de Minnesota constituuntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Doctoris gentium sanctissimo nomine distinguitur atque illustratur princeps urbs regionis Minnesotae in America Septemtrionali, sacrae quoque iurisdictionis amplitudine insignis. Qua cum honorifica appellatione, simul atque urbs est condita, apte cohaesit pietas civium catholicorum, qui, animosam Sancti Pauli virtutem admirati, eundem suae fidei custodem conservatoremque perpetuo ac constanter habuerunt. Quippe etenim religionis incrementum, quod magnum in tota archidioecesi neque obscurum apparet, recte quis iudicaverit ex Apostoli illius auxilio manare; siquidem exquisita eius doctrina, in nobilissimis inclusa litteris, pastoralis eius operis praestantia atque vis singularis efficaces veluti stimulos Christianae veritatis praeconibus admovet. Alteram tamen eamque alacrem eo loci pietatem vigere, magna sane laetitia, comperimus; qua fieri ut Christifideles in Ioannem Mariam Vianney, qui « sanctus Arsiensis Curio » per antonomasiam dicitur, peculiari animorum ferantur motu. Cum hoc enim Caelite, adhuc in terris versante, primo et alteri Ecclesiae Minnesotanae Episcopis iucunda fuit amicitia, quocirca nihil mirum quod par amoris studium in fidelium gregem defluxit. Nobis autem, qui Arsiensem Curionem ((praeclarum sacerdotalium virtutum exemplar » Litteris Encyclicis, die i mensis Augusti anno MCMLIX datis, proposuimus, nihil profecto est dubii, quin uberiores in dies laborum suorum fructus ex eius

deprecatione sacrorum administri sint percepturi. In utrumque ergo — S. Paulum Apostolum dicimus, atque S. Ioannem Mariam Vianney — quotquot sunt in archidioecesi fideles, imitationis causa, intueantur; ac praesertim sacerdotes ab utroque discant, quo modo ad summi Dei gloriam catholicae religionis fines sint provehendi, animorumque procuratio, in humilibus etiam vicis, gerenda. Haec omnia cum animo reputantes, cum Venerabilis Frater Leo Binz Nobis preces adhibuerit, ut patrocinium eorumdem Sanctorum cunctae suae archidioecesi publice constitueremus, libenti animo annuere statuimus. Itaque, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctum Paulum Apostolum *principalem* **apud Deum** *Patronum,* **et Sanctum Ioannem Mariam Vianney** *secundarium Patronum* **totius archidioecesis S. Pauli de Minnesota, constituimus ac declaramus, seu confirmamus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae dioeceseon Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die III mensis Octobris, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Beata Maria Virgo, v. « de Acahuato » appellata, praecipua Patrona dioecesis Apatzinganiensis renuntiatur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Caeleste patrocinium, quod est Nobis propositum per hasce Litteras Apostolicas constituere in nova dioecesi Apatzinganiensi, ab avita pietate proficiscitur populi fidelis, qui perpulchram Beatae Mariae Virginis imaginem, vulgo « de Acahuato » appella-

tam ac veluti hereditate possessam, ea semper tuitus est cura, qua maximi pretii bonum solet asservari. Est enim proditum memoria, cum Mexicana terra ab ethnico cultu ad Christianam fidem se verteret, sacros Missionales almae Deiparae debitas praedicavisse laudes illamque, quam diximus, imaginem intulisse. Antiquitus igitur exstat ac viget ibidem religio mariana, illudque praeterea addendum, quod, cum pestifera contagio in regione saeculo superiore desaeviret, universi Christifideles, spe acti salutis inveniendae, ad Matrem contigerunt, eandemque civitatis Apatzinganiensis una voce acclamarunt Patronam. His de causis Venerabilis Frater Victorinus Alvarez Tena, eiusdem dioecesis Episcopus, ad Nos scripsit, aperte testatus impensum erga Virginem « de Acahuato » studium sive sacri ordinis virorum sive etiam laicorum, idque petens, ut votum populare, episcopali nuper condita sede, Nostrae potestatis decreto sanciretur. Quibus precibus benigno animo obsecundantes, Nos ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatissimam Virginem Mariam, vulgo « de Acahuato » appellatam, principalem apud Deum totius Apatzinganiensis dioecesis caelestem *Patronam* **constituimus ac declaramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant, seu spectare poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx mensis Novembris, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Ecclesia paroecialis urbis v. d. « Piekary » ad dignitatem Basilicae Minoris evehitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Augustissimis Poloniae templis iure meritoque videtur esse accensenda ecclesia paroecialis, quae in urbe v. Piekary, intra Silesiae fines, exsurgit, suaque ita eminet magnificentia et amplitudine, ut eam praeclarum quoddam religionis domicilium Christiani habeant celebrentque saepissime. Anno MDCCCXLVI exaedificata, ac plurimis circumcirca exornata sacellis, quae Hierosolymitanas Dominici itineris ad Calvariam imitantur Stationes, si operum artificio commendatur, magis profecto floret ob cultum atque pietatem, quorum auctrix est Virgo Deipara. Hoc enim in primis ecclesiae eidem ducitur honori, quod suo veluti sinu mirificam Beatissimae Mariae Virginis imaginem amplectitur, quae antiquitus iam singulari fuerat venerationi populo fideli. Ut alia memoratu digna praetermittamus, constat inter omnes Ioannem Sobieski, Poloniae regem, dum peteret Vindobonam cum exercitu, ante sacram effigiem preces fudisse, seseque suosque caelestis Auxiliatricis tutelae commisisse. Nostra demum aetate, Pii Pp. XI permissu, qui Decessor Noster amantissimus fuit gentis Poloniae, imago, quam diximus, aureo diademate est redimita; totque in praesens ad se allicit peregrinorum multitudines, ut urbs Piekary, ad religionem quod attinet, primaria quasi sedes sit facta Katovicensis dioecesis. Hisce de causis Venerabili Fratri Stanislao Adamski, Katovicensi Antistiti, visum est Apostolicum decretum flagitare, ut templum, tanta nobilitate conspicuum, ad gradum Basilicae Minoris eveheretur. Quod votum non dubitamus benigno animo admittere, id fore confisi ut mariale studium ampliora in dies capiat ibidem incrementa. Itaque ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, paroecialem ecclesiam urbis Piekary Silesiae, intra Katovicensis dioecesis fines, ad titulum atque dignitatem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis, eodem nomine insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime

suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Decembris, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

Y

Nuntiatura Apostolica in Burundiae Regno erigitur

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Christianae veritatis progressio, quae maior ac mirabilior in dies Dei providentis beneficio in Africis terris perspicitur, non solum efficit ut ibi sacrae ordo iurisdictionis gradatim fundetur, sed etiam ut Ecclesia et Civitates publicas inter se ineant rationes easdemque ad religionis, pacis, civilisque cultus multiplicent incrementum. His de causis Nobis in praesenti videtur novam in Burundiae finibus constituere Legationem, ita ut quae arta iam exsistant vincula amicitiae, quemadmodum superiore mense Decembri in gratissima Burundiae Regis salutatione ipsi sumus experti, per Nostrae auctoritatis decreto firmentur. Itaque motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, in Burundia *Apostolicam Nuntiaturam* erigimus ac constituimus, eique omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae Legationum huiusmodi propria sunt. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; eidemque Legationi sic constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Februarii, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

VI

Nuntiatura Apostolica in Republica Congica (Leopoldopoli) erigitur

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Pontificias Legationes, quibus publica officiorum vincula inter Sedem Apostolicam et Civitates mutua firmantur utilitate, perinde atque ceteri Nostri Decessores condendas curamus ad pacis amicitiaeque incrementum, reique Christianae progressionem. Haec magni quidem pretii bona attendentes, tempus iam adesse arbitramur quo sacrum eiusmodi officium in Congica statuatur Republica. Ipsi enim nationis praesides idem inierunt consilium Nobisque significaverunt; neque vero est dubitandum, quin universus Congi populus, mutuis Ecclesiae Civitatisque iure atque lege compositis rationibus, in catholicae religionis humanique cultus provinciis plurimum sit profecturus. Itaque, omnibus recte perpensis, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi, in Congica Republica *Nuntiaturam Apostolicam* **erigimus atque constituimus, eiusque sedem in urbe Leopoldopoli collocamus. Eidem igitur a Nobis erectae Nuntiaturae omnia et singula deferimus officia, privilegia atque indulta, quae huiusmodi Legationum propria sunt. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; eidemque Legationi sic constitutae nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Contrariis quibusvis nihil obstantibus.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvi mensis Februarii, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULA

Ad E.mum P. D. Iacobum tit. S. Mariae in Transpontina S. R. E. Presb. Cardinalem Lercaro, Archiepiscopum Bononiensem, quinto saeculo volvente a pio S. Catharinae de' Vigri obitu.

IOANNES PP. XXIII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Bene ominatis verbis et salutaribus precationibus id valde optamus, ut ea, quae accurate instauras, sacra sollemnia ad recolenda quinque completa saecula, postquam S. Catharina de' Vigri e terrestri vita ad supernas sedes migravit, felicem gerant cursum et uberes nec labiles pietatis fructus edant.

Religionis studium, quo, a maioribus accepto ac diligenter servato, Bononienses Sanctam Catharinam colunt — hanc per antonomasiam Sanctam vocare consueverunt — vividius et vehementius flammescet, cum, prout saecularis peragenda memoria poscet, virtutes, opera, merita recensebuntur sacrae virginis, quae Bononiae, altricis generosae indolis hominum, columen et decus est inditum. Una simul flagrantioribus votis eius patrocinium impetrantur, ut, quemadmodum transactis evenit aetatibus, ea fido tutamine tegat, bona ope sospitet urbem non uno ex titulo suam.

Quamvis profecto Ferraría, ubi sancta cáeles educata fuit et religiosam vitam capessivit, iure merito ipsius nomine collustretur, tamen potissimum Bononia repetit sibi eiusdem gloriam, praesentiam, tutelam. Enimvero istic nata est; istic prima antistita coenobio sanctimonialium claralium a Corpore Domini moderata est; istic ascensiones in corde suo disponens,[1] de virtute in virtutem ad celsos vértices scandii, nacta spectatissima mystica dona, non sine labore et dolore et aerumna : fuit enim « peritissima militiae interioris magistra ».[2] Asceticis quoque exaratis libris, erudivit alios ad iustitiam et, ne praeclarae menti quidquam laudis deesset, liberales etiam artes tractavit, plane vereque versatilis ingenii istorum civium exemplum.

Sanctae Catharinae pulchre apteque accommodatur honoris praeconium, quo S. Cyprianus sacras virgines extollit : « Flos ecclesiastici germinis, decus et ornamentum gratiae spiritalis ... Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini ».[3]

[1] Cfr. ***Ps.*** 83, 6.

[2] O. Mansueti de Monte Carlo, ***Vita altera,*** I, 6.

[3] ***De habitu virginum,*** 3.

Ex animo vota facimus, ut opportuna, quae apparatur, celebratio, sublimi quodam in loco ponens istam rari exempli virginem, ac longe lateque spargens tam suaveolentis lilii fragrantiam, quam plurimos ad christianae disciplinae sanctimoniam perducat et ad sectandam iustitiam, pietatem, fidem [4] certatim permoveat.

Enimvero in honorandis sanctis caelitibus hoc antecellit et praestat, ut in eorum imitationem laeti vestigia feramus. Quodsi id contigerit, S. Catharina benevolentiore usque vultu Bononienses suos respectabit, et a Deo iis auxilia et solacia praesentissima deprecabitur, ut sanctis gaudiis statae celebritates floreant et sui recordationem linquant durabilem ac suavem.

Haec amantibus verbis ominati, tibi, Dilecte Fili Noster, franciscalibus sodalibus, clero populoque tuis curis commisso, qui S. Catharinae Bononiensis quinque saecula ab eius natali revoluta celebrabitis, Apostolicam Benedictionem, superni praesidii auspicem, peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xin mensis Februarii anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri quinto.

IOANNES PP. XXIII

ALLOCUTIONES

I

Ad moderatores et sodales Congregationis Ss.mi Redemptoris, qui Generali religiosae suae communitatis Consilio Romae interfuerunt. *

Dilecti filii,

Causa laetitiae non parvae Nobis hodie affertur, cum vos hic coram aspicimus, qui, in Almam Urbem ad summa Congregationis vestrae negotia tractanda congregati, adire Nos voluistis, ut, nomine etiam universae Familiae Alfonsianae, Christi in terris humili Vicario observantiam et obsequium testar emini.

Novimus enim Institutum vestrum, a Sanctissimo Redemptore appellatum, cuius salvificum munus studiosius nititur participare, laudabili pollere vigore, utpote his praeteritis annis non modicis auctum

* Cfr. ***1 Tim.*** 6, 11.

* Die 8 Februarii mensis a. 1963.

incrementis, atque Ecclesiae Sanctae Dei alacriter et fructuose inservire. Habetis igitur, cur de iis, quae iam estis feliciter consecuti, in Domino gaudeatis, et gratias agatis plurimas Deo, a quo omnia bona sive in singulos sive in hominum communitates emanant ; habetis etiam invitamentum altiora appetendi, scilicet « aemulandi charismata meliora X).[1]

In praesens igitur celebratis maximum Congregationis vestrae conventum seu Capitulum Generale, quod est sextum decimum, ex quo Institutum vestrum est conditum, ideo praesertim, ut Regulam et Constitutiones eius rite recognoscatis, ratione habita necessitatum et adiunctorum, quae quidem haec tempora induxerunt. Quod negotium permagnam requirit prudentiam, cum ea, quae primaria sunt in vita religiosa vobisque peculiariter proposita, sancte servanda sint; ea autem, quae rerum vicissitudinibus sunt obnoxia, apte ad ea, quae haec postulat aetas, accommodanda. Liquet autem id minime ita fieri debere, ut leges huiusmodi ad saeculi fluxas et inanes rationes nectantur, sed ut saeculum, id est ((vetus homo », facilius possit ad sanctimoniam adipiscendam adduci. Si ergo Regula et Constitutiones vestrae retractantur, id propterea fit, quo maior efficientia ipsis tribuatur.

Eas diligatis et sequamini oportet quasi certum indicem viae„ quam insistatis, et indubiam significationem voluntatis divinae, quam perficiatis. Quodsi quis anceps haeret, quid in peculiari re agat, Regulam teneat, tuto gradu procedet.

Nonnullis huiusmodi praeceptorum codex asperior interdum esse videtur ; aperiendus autem est durus cortex ; nam fructus suavissimum invenietur in eo. Religiosi scilicet viri veluti strenui milites sub Christi vexillis dimicent oportet, prompto fortique animo servantes disciplinam, ab eo ductore sibi impositam. Itaque ad unumquemque Congregationis vestrae sodalem haec verba S. Ioannis per translationem volumus pertinere : « Accipe librum et devora illum ».[2]

Est praeterea Regula quasi thesaurus, in quo mens et pietas S. Alfonsi, eximii Conditoris vestri, sunt reconditae ; per eam vos singulos iugiter blande alloquitur, adhortans, incitans, arcens. Qui tantum diligit Parentem, omni ope in eius mores, praeceptis illius obsequendo, se formare contendat.

De fructu dulci, qui in harum legum codice continetur, mentionem

[1] Cfr. ***1 Cor.*** 12. 31.

[2] ***Apoc.*** 10, 9.

fecimus : sane, si ad mutuam caritatem, summopere expetendam, diligentia Regulae accedit, certe efficitur, ut communiter vivendi societas ea pace et laetitia fruatur, quam mundus ignorat. Recte igitur Thomas a Kempis asseverat : « Nulla maior exstat iucunditas in monasterio et congregatione fratrum et sororum, quam unanimitas animorum et concordia morum cum observantia regulae et statutorum ».[3]

Congregationis vestrae est sacris missionibus populum ad impensiorem vitam christianam accendere; quod munus, e S. Alfonsi sententia, illius tam proprium est, ut, eo ablato, Institutum ipsam causam, cur exstet, amittat. Ecclesia gratiam vobis habet pro assidua opera, quam ad tam celsum officium pastorale exsequendum contulistis atque confertis. Facite ut in posterum quoque saluberrimis huiusmodi expeditionibus animorum bono quam diligentissime consulatis.

Non est autem dubium, quin, ut alios sanctificare possitis, vos ipsos oporteat virtutes colere impensissimo vitamque ducere cum Deo coniunctam, abstractam a saeculo. Quod itidem sine dubio continget, si Alfonsiana statuta vestra fuerint cotidiana ratio cogitandi et agendi.

Hic denique coetus vester peculiaris eo tempore celebratur, quo amplissimus et universalis Coetus coactus est, Concilium dicimus Oecumenicum Vaticanum Secundum. Ut filios Ecclesiae, ex instituto a maioribus recepto, Petrianae Cathedrae penitus deditos, vos omnes universos rogamus, ut, enixas preces ad Deum fundendo et voluntarios cruciatus suscipiendo, divina auxilia tanti momenti Conventui impetrare studeatis.

Nos vero Deum omnium bonorum Largitorem deprecamur, ut inceptis vestris propitius adsit suaque sapientia aspiret, intercedente Beata Maria Virgine, cuius Legifer Pater vester exstitit praeco mirabilis, cuiusque amorem filiis tradidit quasi pretiosam hereditatem.

Ad paternam hanc propensamque voluntatem Nostram significandam Nos impellit etiam grati animi officium, scilicet memoria boni spiritualis, quod, cum essemus sacrorum alumnus et posteriore quoque tempore, ubertim percepimus e sacro ministerio illustris cuiusdam sacerdotis ex Alfonsiana Familia vestra, qui tunc conscientiae moderator in Romano Seminario erat.

Haec habuimus, dilecti filii, quae, fausta hac occasione oblata, vobis suaderemus et ominaremur. Paternae vero caritatis, qua vos complectimur, testis sit Apostolica Benedictio, quam vobis singulis cunctisque sodalibus vestris peramanter impertimus.

[3] ***1 Serm. ad Novit.,*** 1.

II

***Iis qui interfuerunt Conventui primo, S. Congregationis Concilii opera Romae habito, proposito argumento v.:* « Turismo e Pastorale ». ***

Venerabili Fratelli, diletti figli.

È naturale in Noi un sentimento di intima letizia, quando le circostanze favoriscono o determinano un incontro sacerdotale in questa casa di tutti.

Eccovi, diletti figli, accanto al Papa sull'inizio del primo Convegno, promosso dalla Sacra Congregazione del Concilio su *a* Turismo e Pastorale ». Vi salutiamo come voi stessi vi qualificate, cioè pastori di anime : non dunque associazione a sè stante, ma sacerdoti nell'esercizio di quel ministero, che è perenne nella Chiesa, e via via si arricchisce di nuove esperienze e suggerisce opportuni accorgimenti, così che l'Autorità Superiore può ben volentieri accogliere proposte e voti, intesi a disciplinare, per il bene comune, nuovi campi di lavoro.

Ciò acquista luce particolare nel quadro del Concilio Ecumenico, la cui caratteristica pastorale di aggiornamento delle strutture, *in bonum animarum,* **continua ad essere la Nostra più viva sollecitudine, corrisposta felicemente dai Vescovi di tutto il mondo.**

Amiamo dare atto al signor Cardinale Prefetto della Sacra Congregazione del Concilio, ed ai suoi collaboratori del Centro per la Preservazione della Fede, della sacerdotale sensibilità dimostrata nella preparazione di questo Convegno, che il Centro di Orientamento Pastorale ha lodevolmente organizzato. I venerabili Vescovi, qui presenti, e l'alta Direzione dell'Azione Cattolica, sono maestri e guida di questi giorni di studio, mentre collaboratori pronti e attenti sono i parroci di note località, in riferimento al tema proposto.

Chi dice «Turismo e Pastorale » pone l'accento su un problema urgente — e finora meno sistematicamente considerato — che si presenta a molti sacerdoti in cura d'anime.

Desideriamo pertanto esprimere con semplicità il Nostro pensiero, scendendo a qualche pratica indicazione, affinchè possiate continuare con frutto i vostri lavori.

* Die 19 Februarii mensis a. 1963.

Ovunque e sempre pastori di anime

I. Riteniamo utile fermare l'attenzione sul significato delle singole parole, che definiscono la vostra qualificata assemblea : *curatori d'anime in località climatiche, turistiche e termali.*

a) **Alto titolo di onore è questo di curatori di anime, di pastori di un piccolo mistico gregge, che in determinati mesi dell'anno tende ad aumentare, ed assume una fisionomia diversa da quella abituale : accolta di anime, bisognose di luce e di calore, di anime che il Signore aspetta al momento giusto, stabilito da Lui, della sua Grazia.**

Nella semplice enunciazione di curatori d'anime, è implicita una somma di teologia dommatica, ascetica e pastorale ; tutta una estensione di compiti generosi — *ministerium, magisterium, regimen* **— nella ricchezza di applicazioni, che le circostanze suggeriscono allo zelo di ogni buon sacerdote.**

Avuto doveroso riguardo alla costituzione della Chiesa in tutte le sue parti, è evidente che questa recente attività pastorale, mai affidandosi all'estro delle improvvisazioni e delle iniziative puramente personali, va inquadrata nell'armonia delle attività parrocchiali, di cui è responsabile il parroco, e le cui linee sono date dal Vescovo diocesano, o talora anche dalla Conferenza episcopale della regione.

PACEM IN TERRIS, quam homines universi cupidissime quovis tempore appetiverunt, condi confirmarique non posse constat, nisi ordine, quem Deus constituit, sancte servato.

Nam ex doctrinarum processibus ac technicorum inventis plane discimus, simul in animantibus et in naturae viribus dominari ordinem mirificum, simul in homine eiusmodi inesse dignitatem, qua possit sive ordinem ipsum deprehendere sive instrumenta apta sibi parare, ad easdem occupandas vires et ad sua commoda transferendas.

Sed scientiarum progressiones ac technicorum inventa primum omnium infinitam Dei magnitudinem ostendunt, qui et rerum universitatem et hominem ipsum creavit. Rerum, dici-

mus, universitatem de nihilo fecit, in eamque sapientiae et bonitatis suae copiam profudit; qua de re alicubi sacer Psaltes hisce verbis Deum laudat : *Domine, Domine, quam admirabile est nomen tuum in universa terra*[1] hisce alicubi vocibus : *Quam multa sunt opera tua, Domine! Omnia cum sapientia fecisti.*[2] Hominem item Deus *ad imaginem et similitudinem suam*[3] creavit, intellegentia et libertate praeditum, dominumque constituit rerum universarum ; uti Psaltes idem hac sententia profitetur : *Et fecisti eum paulo minorem angelis, gloria et honore coronasti eum; dedisti ei potestatem super opera manuum tuarum, omnia subiecisti pedibus eius."*

Nunc autem cum optimo universitatis ordine mirum quantum pugnat tum singulorum hominum, tum populorum perturbatio; quasi si rationes, quibus inter se continentur, nonnisi vi regi queant.

Attamen in intimo homine mundi Creator ordinem impressit, quem eius conscientia et patefacit et magnopere servari iubet : *Qui ostendunt opus leg'is scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum.*[5] Ceterum quemadmodum potest fieri secus? Etenim quaecumque fecit Deus, haec infinitam eius referunt sapientiam, referuntque eo clarius quo absolutiore eadem perfectione gaudent.[6]

Verum opinionis error praebet frequenter errorem quod multi censeant rationes, quae singulis hominibus cum sua cuiusque re publica intercedant, iisdem legibus, quibus virés et elementa mentis experti a universitatis, posse gubernari; cum huiusmodi leges, alius quidem generis, illinc dumtaxat petendae sint, ubi Parens rerum omnium inscripsit, hoc est in hominis natura.

* *Ps.* 8, *1.*
2 *Ps.* 103, 24.
s **cf.** *Gen.* 1, 26.
i *Ps.* 8, 5-6.
s *Rom.* 2. 15.
6 Cf. *Ps.* 18, 8-11.

His enim legibus praeclare erudiuntur homines, quibus primum modis mutua sua commercia in humano convictu moderentur; quibus deinde modis rationes componendae sint, quae civibus cum publicis suae cuiusque civitatis magistratibus intercedunt; quibus tum modis mutuo eoiitingantur respublicae; quibus postremo modis inter se contineantur hinc singuli homines et civitates, illinc universarum gentium societas; quae societas, ut tandem condatur, communis omnium utilitas vehementer requirit.

I

Atque primum omnium de ordine disserendum, quem inter homines vigere necesse est.

Porro in quovis humano convictu, quem bene compositum et commodum esse velimus, illud principium pro fundamento ponendum est, omnem hominem personae induere proprietatem; hoc est, naturam esse, intellegentia et voluntatis libertate praeditam; atque adeo, ipsum per se iura et officia habere, a sua ipsius natura directo et una simul profluentia. Quae propterea, ut generalia et inviolabilia sunt, ita mancipari nullo modo possunt.[7]

Quodsi humanae personae dignitatem ex veritatibus divinitus traditis intuemur, tunc fieri non potest quin eam longe maiorem aestimemus; quippe homines sanguine Christi Iesu redempti sunt, superna gratia filii et amici Dei sunt facti, aeternae gloriae instituti heredes sunt.

Atque initio de hominis iuribus sermonem instituturi, animadvertimus hominem vitae habere ius, habere integritatis corporis, habere instrumentorum ad honestum vitae cultum aptorum: cuiusmodi praesertim sunt victus, vestimenta, do-

[7] Cf. **Pii** XII *Nuntius radiophonicus,* datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1942, *A.A.S.* XXXV, 1943, pp. 9-24; et **Ioannis** XXIIÍ *Sermo,* habitus die 4 mensis Ianuarii anno 1963, *A.A.S.* L V, 1963, pp. 89-91.

mus, requies, medicorum curationes, necessaria denique ministeria a civitate impendenda in singulos. Ex quo sequitur, eo etiam iure hominem gaudere, ut sibi consulatur, si adversa corripia tur valetudine, si opere et labore debilite tur, si relinquatur in viduitate, si senio conficiatur, si vacare cogatur ab opere, si postremo sine ulla sua noxa rebus deturbetur ad victum utcumque necessariis.[8]

Homo praeterea iure naturae postulat, ut in debito habea tur honore; ut bona existimatione afficiatur; ut libere possit verum inquirere, et, morali ordine communique omnium utilitate servatis, opinionem suam declarare, vulgare, et artem qualemcumque colere; ut denique ex veritate de publicis eventibus certior fiat.

Naturae simul iure cum homini in partem scientiarum venire liceat, ei idcirco necesse etiam est liceat sive ad praecipuas communesque disciplinas, sive ad technicorum artes, sive ad professiones institui, pro suae cuiusque civitatis in doctrinis progressibus. Ad haec contendendum est et elaborandum, ut homines possint, si sui ingenii vires id ferant, ad altiores studiorum ordines ascendere; ita quidem ut iidem, quoad fieri possit, in humana societate ad munera et officia emergant, tum suo ingenio consentanea, tum peritiae, quam ipsi sibi pepererint.[9]

In hominis iuribus hoc quoque numerandum est, ut et Deum, ad rectam conscientiae suae normam, venerari possit, et religionem privatim publice profiteri. Etenim, quemadmodum praeclare docet Lactantius, *hac condicione gignimur, ut generanti nos Deo iusta et debita obsequia praebeamus, hunc solum noverimus, hunc sequamur. Hoc vinculo pietatis ob-*

» Cf. Pu XI Litt. Encycl. ***Divini Redemptoris, A.A.S.*** XXIX, 1937, p. 78; et Pu XII ***Nuntius radiophonicus,*** datus in festo Pentecostes, die 1 mensis Iunii anno 1941 ***A.A.S.*** XXXIII, 1941, pp. 195-205.

[9] Cf. Pii XII ***Nuntius radiophonicus,*** datus prid. Nati v,. D.N.I.C; anno 1942. ***A.A.S.*** XXXV, 1943, pp. 9-24.

stricti Deo et r elicati sumus, unde ipsa religio nomen accepit.[10] Qua de eadem re Decessor Noster imm. mem. Leo XIII haec asseverat: *Haec quidem vera, haec digna filiis Dei libertas, quae humanae dignitatem personae Inonestissime tuetur, est omni vi iniuriaque maior: eademque Ecclesiae semper optata ac praecipue cara. Huius generis libertatem sibi constanter vindicavere Apostoli, sanxere scriptis Apologetae, Martyres ingenti numero sanguine suo consecravere.*[11]

Insuper hominibus iure integrum est vitae genus eligere, quod praeoptent : adeoque aut sibi condere familiam, in qua condenda vir et mulier paribus fruantur iuribus et officiis, aut sacerdotium vel religiosae vitae disciplinam capessere.[12]

Quod ad familiam attinet, quae in matrimonio nititur, libere nimirum contracto, uno, indissolubili, ipsam existimari opus est tamquam humanae societatis primum et naturale semen. Ex quo oritur, ut eidem sit diligentissime consulendum, cum in re oeconomica et sociali, tum in provincia doctrinarum et morum; quae scilicet omnia eo pertinent, ut familia firmetur et ad munus suum tenendum adiuvetur.

In parentibus vero potissimum ius residet alendi et educandi filios.[13]

Si autem animum ad regionem rerum oeconomicarum referamus, liquet iure naturae datum esse homini, non solum ut operis faciendi sibi copia tribuatur, sed etiam ut opus libere ipse obeat.[14]

Sed cum huius generis iuribus ius certe coniungitur exigen-

i° ***Divinae Institutiones,*** lib. IV, c. 28, 2; PL. 6, 535.

[11] Litt. Encycl. ***Libertas praestantissimum, Acta Leonis XIII,*** VIII, 1888, pp. 237-238.

[12] Cf. PII XII ***Nuntius radiophonicus,*** datus prid. Nativ. D. N. I. C anno 1942, ***A.A.S.*** XXXV, 1943, pp. 9-24.

[13] Cf. PII XI Litt. Encycl. ***Casti Connubii, A.A.S.*** XXII, 1930, pp. 539-592; et Pu XII ***Nuntius radiophonicus,*** datus prid, Nativ. D. N, I. C. anno 1942, ***A.A.S.*** XXXV, 1943, pp. 9-24. ;

[14] Cf. PII XII ***Nuntius radiophonicus,*** datus in festo Pentecostes, die 1 mensis Iunii anno 1941, ***A.A.S.*** XXXIII, 1941, p. 201.

di, ut homo in eiusmodi condicionibus opus navet, quibus neque corporis vires debilitentur, neque morum labefactetur integritas, neque iustis adulescentium auctibus noceatur. Quod vero ad mulieres spectat, concedenda iisdem est facultas peragendi operis in talibus rerum adiunctis, quae sive cum uxorum sive cum matrum necessitatibus et officiis congruant.[15]

Ab humanae personae dignitate ius quoque nascitur oeconomica factitandi negotia, convenienter cum reddendae rationis sensu.[16] Exinde et illud non est tacendum, operario mercedem deberi, ad iustitiae praecepta statutam; quae idcirco, pro administrationis facultatibus, operario eiusque familiae vitae genus permittat, cum hominis dignitate conveniens. Qua de re Decessor Noster fel. rec. Pius XII haec habet: *Cum officio operis faciendi, in natura posito, ius pariter naturale congruit; cuius vi homo poscere potest, ut ex impenso opere sibi suisque filiis necessaria ad vitam proveniant: tam penitus natura iubet hominis conservationem.*[17]

Ab hominis natura adhuc ducitur ius privatim bona possidendi, vel gignendis opibus apta; quod videlicet ius, uti alias professi sumus, *efficaciter ad humanae dignitatem personae tuendam, et ad liberam sui cuiusque muneris perfunctionem in omnibus navitatis campis adiuvat; quod postremo domestici convictus compaginem tranquillitatemque confirmat, non sine pacis et prosperitatis in re publica incremento.*[18]

Ad ultimum et hoc opportune animadvertendum est. in privati dominii iure munus inesse sociale.[19]

Ex eo autem quod homines sunt natura sociabiles illud oritur, ut iure iidem possint et in unum locum se congregare, et

[15] Cf. LEONIS XIII Litt. Encycl. *Rerum Novarum, Acta Leonis. XIII, XI,* 1891, pp. 128-129.

[16] Cf. IOANNIS XXIII Litt. Encycl. *Mat er et Magistra, A.A.S* LUI, 1961, p. 422.

[17] Cf. *Nuntius radiophonicus,* datus in festo Pentecostés, die i mensis Iunii anno 1941, *A.A.S.* XXXIII, 1941, p. 201.

[18] Litt. Encycl. *Mater et Magistra, A.A.S.* LUI, 1961, p. 428.

[19] Cf. ***Ibid.,*** p. 430.

societatem cum aliis inire ; ut initas societates ea induant forma, quam existiment ad propositum assequendum magis idoneam ; ut in societatibus iisdem sua sponte suoque periculo agant, easque ad optatos exitus pervehant.[20]

Atque, ut Nosmetipsi datis Litteris Encyclicis *Mater et Magistra* magnopere monuimus, omnino opus est, ut bene multa collegia seu corpora interiecta condantur, ad finem paria, ad quem homo singulus non potest tendere efficienter. Haec enim collegia et corpora veluti instrumenta longe pernecessaria sunt habenda ad tuendam humanae personae dignitatem et libertatem, incolumi praestandae rationis sensu.[21]

Tum etiam homini cuilibet iure integrum esse debet in civitatis suae finibus vel tenere vel mutare locum- quin etiam, si iustae id suadeant causae, eidem liceat necesse est, alias civitates petere in iisque domicilium suum collocare.[22] Neque ex eo quod quis certae cuiusdam reipublicae est civis, is ullo modo vetatur esse membrum humanae familiae, neque civis universalis illius societatis et coniunctionis omnium hominum communis.

De reliquo illud accedit, quod cum dignitate humanae personae ius cohaeret in partem publicae rei actuose veniendi, atque ad commune civium bonum conferendi. Nam, quemadmodum Decessor Noster fel. rec. Pius XII ait, *tantum abest ut homo, uti talis, sit habendus tamquam vitae socialis obiectum vel iners quoddam elementum, ut magis eiusdem sit existimandus subiectum, fundamentum, finis.*[25]

[20] Cf. LEONIS XIII Litt. Encycl. *Rerum Novarum, Acta Leonis XIII,* XI,. **1891,** pp. **134-142;** PII XI Litt. Encycl. *Quadragesimo Anno, A.A.S.* XXIII, **1931,** pp. **199-2C0;** et Pu XII Epist. Encycl. *Sertum laetitiae, A.A.S:* XXXI, **1939,** pp. **635-644.**

21 Cf. *A.A.S.* LUI, **1961, p. 430.**

[22] Cf. Pu XII *Nuntius radiophonicus,* datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno **1952,** *A.A.S.* XLV, **1953,** pp. **33-46.**

23 Cf. *Nuntius radiophonicus,* datus prid; Nativ. D.N.I.C, anno **1944,** *A.A.S.* XXXVII, **1945.** p. **12.**

Ad humanam personam quoque pertinet legitima suorum iurium tuitio : eademque ad effectum valens, aequalis, ad veras iustitiae normas conformata; uti Decessor Noster fel. rec. Pius XII monet hisce dictis: *Ordinem iuridicialem, quem Deus voluit, ius illud hominis proprium et perpetuum consequitur, quo cuique iuridicialis securitas asseritur, atque certa definitaque iuris provincia eidem assignatur, ab omni precaria impugnatione tuta.*[24]

Quae hactenus commemoravimus iura, a natura profecta, in eodem homine, cui competunt, cum totidem coniunguntur officiis; eademque iura et officia a lege naturae, qua vel tribuuntur vel imperan tur, et originem, et alimentum, et firmissimam vim ducunt.

Itaque, ut nonnullis utamur exemplis, hominis ius in vitam, cum illius cohaeret officio suae vitae conservandae; ius in dignum vitae genus, cum officio decore vivendi; ius veritatem libere vestigandi, cum officio veritatem altius latiusque in dies quaerendi.

Quibus probatis, consequens est etiam, ut in hominum consortione unius hominis naturali cuidam iuri officium aliorum hominum respondeat : officium videlicet ius illud agnoscendi et colendi. Nam quodvis praecipuum hominis ius = vim auctoritatemque suam a naturali lege repetit, quae illud tribuit, et conveniens iniungit officium. Qui igitur, dum iura sua vindicant, officia sua vel omnino obliviscuntur, vel aequo minus praestant, iidem sunt cum iis veluti comparandi, qui altera manu aedem exstruunt, altera evertunt.

Cum homines sint natura congregabiles, ii oportet alii cum aliis vivant, atque alii aliorum quaerant bonum. Hanc ob

24 cf. ***Nuntius radiophonicus,*** datus prid. Nativ. D. N. I.C. anno 1942, ***A.A.S.*** XXXV, 1943, p. 21.

causam recte compositus hominum convictus postulat, ut iidem pariter iura pariter officia mutuo fateantur et faciant. Ex quo etiam nascitur, ut quisque magno animo sociam praebeat operam ad eiusmodi civium consuetudinem parandam, in qua iura et officia diligentius usque et fructuosius colantur.

Cuius rei ut ponamus exemplum, non satis est homini ius in necessaria vitae tribuere, nisi pro viribus elaboremus, ut eidem quae ad victum pertinent satis suppetant.

Huc accedit quod hominum societas, non modo ordinata esse debet, sed multos etiam ipsis utilitatis fructus afferre. Quod flagitat, ut ii quidem iura et officia mutuo agnoscant et exsequantur, at vero etiam ut coniunctim omnes in plurimis inceptis intersint, quae huius aetatis civilis cultus vel sinat, vel suadeat, vel poscat.

Illud praeterea humanae dignitas personae exigit, ut in agendo homo proprio consilio et libertate fruatur. Quocirca, si de civium coniunctione agitur, est profecto cur ipse iura colat; officia servet, atque, in innumeris operibus exercendis, aliis sociam tribuat operam, suo praesertim impulsu et consulto ; ita scilicet ut suo quisque instituto, iudicio, officiique conscientia agat, iam non commotus coercitione vel sollicitatione extrinsecus plerumque adductis; quandoquidem, si qua hominum societas una ratione virium est instituta, ea nihil humani in se habere dicenda est, utpote in qua homines a libertate cohibeantur, qui contra ad vitae progressus, ad perfectionemque assequendam apte ipsi incitan di sunt.

Quam ob rem civium coniunctio bene composita, fructuosa, humanaeque dignitati conveniens est exsistimanda, si veritate continetur; ita monente Paulo Apostolo: *deponentes mendacium loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra.*[25] Quod sane eveniet, si recte quae

25 *Eph.* 4, 25.

sint cum sua iura, tum sua erga alios officia quisque fatetur. Talis insuper erit hominum communitas, qualem modo adumbravimus, si cives, iustitia duce, et in aliorum iura colenda et in sua officia obeunda incumbunt; si iidem tali amoris studio sunt ducti, ut aliorum necessitates tamquam suas sentiant, bonorum suorum alios faciant participes, eoque contendant, ut in terrarum orbe optima animi mentisque sensa inter omnes communicentur. Neque haec satis; nam hominum societas libertate coalescit, modis nempe ad civium dignitatem idoneis, qui cum ex natura rationis compotes sint, actionum idcirco suarum periculum in se recipiunt.

Hominum igitur societas, Venerabiles Fratres et dilecti filii, primum omnium tamquam res quaedam ad animum praesertim pertinens est habenda: per quam homines, veritatis lumine collustrante, rerum cognitiones inter se communicent; iura sua vindicare et officia exsequi possint; ad bona animi appetenda incitentur; e qualibet re decora, cuicuimodi ipsa est, iustam voluptatem mutuo capiant; perpetua voluntate inclinent ad optima ipsorum quaeque in alios transfundenda; studiose spectent ad aliorum animi bona in animum suum convertenda. Quae quidem bona simul afficiunt, simul omnia dirigunt, quae ad doctrinas, ad rem oeconomicam, ad civium coniunctionem, ad rei publicae progressus et disciplinam, ad legum praecepta, ad reliquas denique partes pertinent, quae exstrinsecus hominum communitatem constituunt continenterque explicant.

Ordo autem, qui in hominum consortione viget, totus incorporali est natura; siquidem in veritate idem nititur, secundum iustitiae praecepta ad effectum perducendus est, mutuo amore animari perficique poscit, postremo, libertate integra, ad aequabilitatem cotidie humaniorem est componendus.

At huius generis ordo — cuius principia cum ad omnes attinent, tum absoluta atque immutabilia sunt — a Deo vero,

et eo quidem personali atque humanam naturam transcendente, initium omnino repetit. Deus enim, cum sit veritas omnium prima, summumque bonum, tum vero fons est praealtus, unde vitam vere haurire hominum coniunctio potest, quae nimirum recte constituta sit et frugifera, ad hominumque dignitatem apta.[26] Quam ad rem illud S. Thomae Aquinatis pertinet: *Quod autem ratio humana sit regula voluntatis humanae, ex qua eius,bonitas mensuretur, habet ex lege aeterna, quae est ratio divina. ... Unde manifestum est, quod multo magis dependet bonitas voluntatis humanae a lege aeterna, quam a ratione humana.*[27]

Aetas haec nostra tribus huiusmodi tamquam notis distinguitur,

Ante omnia opificum classes videmus in re oeconomica et sociali gradatim profecisse. Initium enim iidem capientes a suorum iurium vindicatione maxime in ordine rerum oeconomicarum et socialium, deinde ad vindicationem gradum fecerunt rerum politicarum, tum demum ad politioris humanitatis commoda adipiscenda animum intenderunt. Quam ob rem in praesentia opifices, qui ubique sunt, illud vehementer exquirunt, ne umquam ducantur quasi quaedam res rationis et libertatis expers, qua alii arbitrio suo utantur, sed tamquam homines in quibuslibet humanae societatis partibus.: hoc est in regione oeconomica et sociali, in re publica, in campo denique doctrinarum et disciplinarum.

Quod deinde mulieres in re publica intersunt, nemo profecto est, cui non pateat; quod fortasse celerius apud populos fit christianam fidem profitentes, et tardius quidem, sed late apud gentes aliarum memoriarum heredes alioque vitae cultu imbutas. Mulieres enim, cum cotidie magis sint suae humanae

[26] Cf. PII XII *Nuntius radiophonicus,* datus prid. Nativ. D.N.I.C, anno 1942, ***A.A.S.*** XXXV, 1943. p. 14.

[27] ***Summa Theol.,*** IMI«, ***q.*** 19; a. 4; cf. a. 9.

dignitatis consciae, tantum abest ut patiantur se vel pro re quadam inanima vel pro instrumento quodam haberi, ut potius sive intra domesticos parietes, sive in civitate iura et officia humana persona digna postulent.

Animadvertimus denique nostris hisce diebus, hominum coniunctionem in novam prorsus rei et socialis et publicae transisse conformationem. Etenim, cum omnes populi sese in libertatem vel vindicaverint, vel sint vindicaturi, ob eam causam futurum est, ut brevi neque iam populi exstent, qui in alteros dominentur, neque qui alienae pareant potestati.

Homines enim, qui ubique sunt gentium, vel in civium ordine liberae cuiusdam civitatis iam censentur, vel in eo est ut censeantur; neque ullius stirpis communitas alienae dicioni iam esse vult obnoxia. Nam nostro hoc tempore opiniones consenuerunt, tot saecula inhaerentes, ex quibus scilicet hinc aliae hominum classes inferiorem sibi locum accipiebant, illinc primas partes aliae postulabant, sive ob statum rerum oeconomicarum et socialium, sive ob sexum, sive ob suum cuiusque in civitate gradum.

Latissime e contrario ea opinio pervasit et obtinuit, omnes homines esse naturae dignitate inter se aequales. Quam ob rem, saltem in ratione disciplinaque, nullo modo probatur hominum discrimen, generis causa; quod quidem maximi momenti est et ponderis ad humanum convictum conflandum ex principiis, quae memoravimus. Quod si in homine aliquo conscientia nascitur suorum iurium, in eo etiam conscientia officiorum suorum necesse est nascatur: ita ut qui iura quaedam habeat, in eo pariter officium insit sua iura, tamquam suae dignitatis significationes, reposcendi; in reliquis vero officium insit iura eadem agnoscendi et colendi.

Atque cum civium disciplina ad iura officiaque informatur, tunc homines continuo res ad animum mentemque pertinentes deprehendunt, plane quid veritas sit, quid iustitia, quid caritas, quid libertas intellegunt, iidemque conscii fiunt se huius-

modi societatis esse membra. Neque id satis ; nam huius generis causis commoti homines ad verum Deum melius cognoscendum feruntur, nempe supra humanam naturam positum personaque praeditum. Quam ob rem rationes, quae iis cum Deo intercedunt, quasi fundamentum suae vitae existimant: id est vitae, quam vel intus in animo suo vivunt, vel cum reliquis hominibus consociaverunt.

II

Hominum societas neque bene composita, neque bonorum fecunda esse potest, nisi ei adsint qui, auctoritate legitima decorati, instituta servent et, quantum est satis, in omnium commoda operam curamque impendant suam. Iidem vero auctoritatem omnem a Deo ducunt, uti S. Paulus hisce docet verbis: *Non est enim potestas, nisi a Deo.*[28] Quam Apostoli sententiam S. Ioannes Chrysostomus explanans haec scribit: *Quid dicis? Omnisne princeps a Deo ordinatus est? Non hoc dico, inquit: neque enim de singulis principibus mihi nunc sermo est, sed de re ipsa. Nam quod principatus sint, et quod alii imperent, alii subiecti sint, neque omnia casu ac temere ferantur, divinae esse sapientiae dico.*[29] Enimvero, quoniam Deus homines sua natura sociabiles creavit, quoniamque nulla societas potest *consistere, nisi si aliquis omnibus praesit, efficaci similique movens singulos ad commune propositum impulsione, efficitur, civili hominum communitati necessariam esse auctoritatem, qua regatur: quae, non secus ac societas, a natura proptereaque a Deo ipso oriatur auctore.*[30]

Haud tamen auctoritas a cuiuslibet imperio vacua putanda est; immo cum eadem ex facultate imperandi ad rectam rationem proficiscatur, illud sane cogitur, ut vim obligandi ex ordi-

28 *Rom.* 13, 1-6.
29 ***In Epist, ad Rom.*** c. 13, vv. 1-2, liomil. XXIII: PG. 60, 615.
30 LEONIS XIII Epist. Encycl. ***Immortale Dei. Acta Leonis XIII,*** V, 1S85, p. 120.

ne morum ipsa repetat, qui vicissim Deum tamquam principium et finem habet. Qua de causa Decessor Noster fel. rec. Pius XII haec monet : *A bsolutus animantium ordo, et finis ipse hominis (hominem dicimus liberum, officiis ob strictum, iuribus inviolabilibus instructum, societatisque humanae originem et finem) civitatem quoque, quasi quandam communitatem necessariam, auctoritateque ornatam attingunt, qua sublata, neque esse neque vivere ipsa posset. ... Qui rerum omnium ordo, quoniam iuxta rectam rationem et maxime iuxta christianam fidem initium non potest quin ducat a Deo, omnium nostrum Creatore, eodemque persona praedito, idcirco magistratus ex eo dignitatem accipiunt, quod Dei ipsius auctoritatem quodammodo participant.*[31]

Quocirca quae imperandi facultas sive in minis me tuque poenarum, sive in praemiorum pollicitationibus posita unice vel praecipue est, nullo pacto ad commune omnium bonum quaerendum efficienter incitat; quod si forte fiat, id profecto cum hominum dignitate, qui libertatis rationisque sunt compotes et participes, haudquaquam sit consentaneum. Auctoritas enim cum maxime vi contineatur incorporali, propterea reipublicae curatores sese ad cuiusvis civis agendi conscientiam referre debent, hoc est ad officium, quo quisque obstringitur, in communes omnium utilitates promptam impendendi operam. Sed quoniam omnes homines in naturali dignitate sunt inter se pares, tum nemo valet alium ad aliquid intimis animi sensibus efficiendum cogere: quod quidem unus Deus potest, utpote qui unus arcana pectoris consilia scrutetur ac iudicet.

Qui igitur personam civitatis gerunt, tunc tantum homines ex animi conscientia obligare possunt, si eorum auctoritas cum ,Dei auctoritate coniungitur eiusque est particeps.[32]

[31] Cf. *Nuntius radiophonicus,* datus prid. Nativ. D. N. I. C. auno 1944, *A.A.S.* XXXVII. 1945, p. 15.

[32] Cf. LEONIS XIII Epist. Encycl. *Diuturnum illud, Acta Leonis XIII,* II, 18S0-1SS1, *v* 274.

Quo principio posito, civium quoque dignitati consulitur: siquidem qui magistratibus parent, neutiquam iis uti hominibus parent, sed re ipsa Deum, providum omnium rerum Creatorem, colunt, qui mutuas hominum rationes, iuxta ordinem a semetipso statutum, administrari iussit; neque vero, quod debitam Deo reverentiam adhibemus, eapropter animos. comprimimus nostros, sed magis erigimus et nobilitamus; quoniam servire Deo regnare est.[33]

Quandoquidem imperii facultas ex ordine rerum incorporalium exigitur atque a Deo manat, si forte rei publicae moderatores contra eundem ordinem atque adeo contra Dei voluntatem vel leges ferunt, vel aliquid praecipiunt, tunc neque latae leges, neque datae facultates civium animos obstringere possunt; cum *oboedire oporteat Deo magis quam hominibus;*[34] immo vero tunc auctoritas ipsa plane corruit, et foeda sequitur iniuria; docente S. Thoma Aquinate : *Ad secundum dicendum, quod lex humana in tantum habet rationem legis, in quantum est secundum rationem rectam; et secundum hoc manifestum est quod a lege aeterna derivatur. In quantum vero a ratione recedit, sic dicitur lex iniqua, et sic non habet rationem legis, sed magis violentiae cuiusdam.*[35]

Atqui ex eo quod auctoritas a Deo nascitur, inde haudquaquam concluditur, nullam in hominibus inesse facultatem eos eligendi qui civitati praesint, et rerum publicarum formam statuendi, et describendi auctoritatis exercendae rationes et terminos. Ex quo est ut, quam doctrinam exposuimus, ea cum quolibet veri nominis populari civitatis regimine congruere possit.[36]

[33] Cf. *Ibid.,* p. 278; et eiusdem LEONIS XIII Epist. Encycl. *Immortale Dei, Acta Leonis XIII,* V, 1885, p. 130.

[34] *Act.* 5, 29.

[35] *Summa Theol., I^a-II^{ae}, q.* 93, a. 3 ad 2um; cf. PII XII *Nuntius radiophonicus,* datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1944, *A.A.S.* XXXVII, 1945, pp. 5-23.

[36] Cf. LEONIS XIII Epist. Encycl. *Diuturnum illud, Acta Leonis XIII,* II, 1880-1881, pp. 271-272; et PII XII *Nuntius radiophonicus,* datus prid. Nätiv. D.N.I.C, anno 1944 *A.A.S.* XXXVII, 1945, pp. 5-23.

Propterea autem quod singuli homines interiectique coetus suam quisque operam ad omnium commoda conferre tenentur, exinde praecipue id consequitur, ut ipsi et suas utilitates ad aliorum necessitates accommodent, et sua bona ministeriaque eo vertant, quo civitatis rectores praescripserunt, normis iustitiae, praecipiendique modis et terminis servatis: Qui potestatem videlicet in civitate gerunt, iis actis praecipiant oportet, quae non tantum rite ipsa sint perfecta, sed etiam vel ad civitatis bonum prorsus spectent, vel eodem adducere possint.

Verumtamen cum in communi omnium bono ratio tota sit posita civitatis rectorum, inde plane cogitur, ut hi bonum idem ita quaerant, ut simul eius naturam observent, simul sua praecepta cum praesenti rerum statu componant.[37]

Sine dubio in bono communi insita ducenda sunt, quae sunt propria cuiusvis gentis singulatim;[38] sed haec bonum commune omni ex parte minime definiunt. Nam commune bonum, propterea quod cum humana natura penitus cohaeret, idcirco totum et in integro nequit consistere nisi, spectatis boni communis intima natura et electione, semper humanae personae ratio habeatur.[39]

Quin et illud accedit, quod hoc bonum, ex sua ipsius natura, omnia membra civitatis participent necesse est, quamquam diversa ratione, pro cuiusque nimirum civis muneribus, meritis et condicionibus. Quam ob causam cunctis rei publicae principibus eo est contendendum, ut nullo quidem cive nullove civium ordine praeposito, huius generis bonum ad omnium utilitatem provehant; quemadmodum confirmat Decessor Noster

/

[37] Cf. PII XII ***Nuntius radiophonicus,*** datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1942, ***A-A.S.*** XXXV, 1943, p. 13; et LEONIS XIII Epist. Encycl. ***Immortale Dei, Acta Leonis XIII, V,*** 1885, p. 120.

[38] Cf. PII XII Litt. Encycl. ***Summi Pontificatus, A.A.S,*** XXXI, 1939, pp. 412-453.

[39] Cf. PII XI Litt. Encycl. ***Mit brennender Sorge, A.A.S.*** XXIX, 1937, p. 159; et Litt. Encycl. ***Divini Redemptoris, A.A.S.*** XXIX, 1937, pp. 65-106.

imm. mem: Leo XIII hisce verbis: *Neque ullo pacto committendum, unius ut vel paucorum commodo serviat civilis auctoritas, cum ad commune omnium bonum constituta sit.*[40] At vero iustitiae aequitatisque rationes illud aliquando poscere possunt, ut qui res publicas gerunt plus studii civibus humilioribus navent, quippe qui ad sua vindicanda iura et ad legitima commoda sua asserenda minus ipsi valeant.[41]

Sed hoc loco filios Nostros admonendus esse opinamur, bonum commune ad integrum hominem attinere, hoc est ad eius tam corporis quam animi necessitates. Ex quo consequens est, ut rei publicae rectores ad bonum illud idoneis viis gradibusque assequendum spectent: ita scilicet ut, recto rerum ordine servato, cum bonis corporis bona pariter animi civibus suppeditent.[42]

Quae sane principia definite concludere haec sententia videtur Nostrarum Litterarum Encyclicarum, *Mater et Magistra,* qua in medio posuimus, commune omnium bonum *summam complecti earum vitae socialis condicionum, quibus homines suam ipsorum perfectionem possent plenius atque expeditius consequi.*[40]

Itaque homines, utpote qui ex corpore et animo immortali constent, intra mortalem hanc vitam neque suas explere necessitates, neque perfectam adipisci felicitatem possunt. Quocirca commune bonum eiusmodi viis atque rationibus parandum est, quibus non modo aeternae hominum saluti non officiatur, sed eidem etiam serviatur.[44]

Verum cum nostra hac aetate commune bonum maxime in humanae personae servatis iuribus et officiis consistere putetur,

[40] Epist. Encycl. *Immortale Dei, Acta Leonis XIII,* V, 1885, p. 121.

[41] Cf. LEONIS XIII Litt. Encycl. *Rerum /Novarum, Acta Leonis XIII,* XI, 1891, pp. 133-134.

[42] Cf. Pu XII Litt. Encycl. *Summi Pontificatus, A.A.S.* XXXI, 1939, p., 433.

[43] Cf. *A.A.S.* LUI, 1961, p. 417.

[44] Cf. PII XI Litt. Encycl. *Quadragesimo Anno, A.A.S.* XXIII, 1931, p. 215.

tum praecipue in eo sint oportet curatorum rei publicae partes, ut hinc iura agnoscantur, colantur, inter se componantur, defendantur, provehantur, illinc suis quisque officiis facilius fungi possit. Etenim *inviolabilia iura tueri, hominum propria, atque curare, ut facilius quisque suis muneribus de fungatur, hoc cuiusvis publicae potestatis officium est praecipuum.*[45]

Quam ob causam, si qui magistratus iura hominis vel non agnoscant vel violent, non tantum ab officio ipsi suo discedant, sed etiam quae ab ipsis sint imperata, omni obligandi vi careant.[46]

Praeterea ii qui reipublicae gubernacula tractant in praecipuo officio sunt apte convenienterque iura, quibus homines alii cum aliis societate coniunguntur, ita componere et moderari, ne primum cives iura sua persequentes, alteros in suis iuribus interpellent; ne deinde alius sua servans iura, alios officia sua obeuntes retardet; ut postremo omnium iura cum efficaciter sarta tecta conserventur, tum in integrum, si quae violata sint, restituantur.[47]

Accedit etiam quod ii, qui civitatis sunt capita, in eo collocare operam re ipsa debent, ut is rerum status exsistat, in quo singuli cives et possint et facile possint sive sua iura tueri, sive sua officia praestare; cum illud nos usus docuerit, nisi circa rem oeconomicam, circa rem publicam, circa doctrinarum cultum magistratus convenienter egerint, maxime nostris hisce temporibus inaequalitates latius latiusque inter cives permanare, fierique idcirco, ut hominis iura et officia qualibet effectione careant.

[45] Cf. PII XII *Nuntius radiophonicus,* datus in festo Pentecostes, die 1 mensis Iunii a/no 1941, *A.A.S.* XXXIII, 1941, p. 200.

[46] Cf. PII XI Litt. Encycl. *Mit brennender Sorge, A.A.S.* XXIX, 1937, p. 159; et Litt. Encycl. *Divini Redemptoris, A.A.S.* XXIX, 1937, p. 79; et PII XII *Nuntius radiophonicus,* datus prid. Nativ. D.N.I.C, anno 1942, *A.A.S.* XXXV, 1943, pp. 9-24.

[47] Cf. PII XI Litt. Encycl. *Divini Redemptoris, A.A.S.* XXIX, 1937, p. 81; et PII XII *Nuntius radiophonicus,* datus prid. Nativ. D. N. I. G. anno 1942, *A.A.S.* XXXV, 1943, pp. 9-24.

Quapropter qui publicam rem administrant, studium curamque in eo defigant necesse est, ut cives sicut in re oeconomica ita in re sociali progrediantur, atque pro explicato rerum gignendarum apparatu, praecipua etiam ministeria explicentur; cuius sunt generis: viarum munitiones, res vectoriae, mutui commercii rationes, aqua ad bibendum apta, domicilia, cauta ad valetudinem adiumenta, expedita subsidia ad religiosae professionem fidei, denique auxilia ad animi relaxationem. In eo etiam civitatis proceres enitantur opus est, ut de pecuniae subsidio civibus caveant, ne ipsis, si quando aut calamitas inciderit, aut recepti familiaris officii ratio gravior intervenerit, necessaria ad dignum vitae cultum desint. Neque minus iis, qui reipublicae imperium obtinent, contendendum et efficiendum est, ut operariis ad laborem idoneis facultas praebeatur opera suscipiendi cum suis viribus consentanea; ut cuique merces ex iustitiae aequitatisque legibus persolvatur; ut in societatibus ad bona gignenda fundatis liceat opificibus se impensi operis sentire auctores; ut commode possint interiecta corpora condi, quibus civium convictus et fructuosior fiat et expeditior; ut denique omnes, modis quidem et gradibus opportunis, doctrinarum bona participare queant.

At enim communis omnium utilitas hoc etiam profecto flagitat, ut rei publicae rectores in civium iuribus tum componendis et tutandis, tum provehendis summae serviant aequilibrio tati; ne videlicet quorundam hominum vel societatum antepositis iuribus, praecipua iisdem commoda in re publica oriantur; neve dum ad iura civium servanda spectant, quominus his ipsi plane fungantur, impedimento absurde sint. *Nam semper illud maneat, publicarum auctoritatum providentiam de re oeconomica, etiamsi late pateat atque intimas communitatis partes attingat, eiusmodi tamen esse oportere, ut privatorum libertatem in agendo, non solum non coerceat, sed etiam augeat,*

modo praecipua cuiusvis humanae personae iura sarta tecta serventur.[4]*

Atque eodem pertinere debent varii generis conatus a civitatis rectoribus ideo suscepti, ut cives facilius possint tam sua vindicare iura, quam officia sua in quibuslibet vitae socialis provinciis explere.

Ceteroquin nequit in universum decerni, quae aptior sit reipublicae forma, quibusve accommodatioribus modis civitatis moderatores sua sustineant munera, qua leges ferendas contingentia, qua publicam rem administrandam, qua iudicia exercenda.

Re enim vera ad constituendum qua forma civitas regatur, quave ratione sua exsequatur munera, non potest quin praesens cuiusque populi status et condicio plurimum valeant : quae scilicet pro locis et temporibus mutantur. At illud hominum naturae consentaneum esse opinamur, si civium convictus ita conformetur, ut ex triplici eo magistratuum ordine constet, qui tribus praecipuis publicae auctoritatis muneribus apte respondeat; quandoquidem in eiusmodi civitate, non modo magistratuum munera, sed mutuae etiam civium et publicorum ministrorum rationes sunt ad iuris normam descripta. Quod sane civibus, hinc sua iura tuentibus inde sua colentibus officia, certum affert praesidium.

At vero ut huiusmodi iuridicialis et politica civitatis compositio suas pariat utilitates, res ipsa poscit, ut magistratus operam suam ponant oblatasque difficultates explicent idoneis rationibus atque instrumentis, iisque cum suis ipsorum muneribus, cumque praesenti civitatis statu congruentibus. Idem praeterea postulat ut, rerum condicione se perpetuo vertente, reipublicae legumlatores in agendo numquam debeant neque morum normas, neque civitatis instituta, neque boni communis

is IOANNIS XXIII Litt. Encycl. ***Mater et Magistra, A.A.S:*** LUI,. 1961. p. 415.

necessitates neglegere. Deinde sicut a reipublicae administratoribus, qui iam leges plane cognoverint resque adiunctam diligenter perpenderint, omnia ex iure componenda sunt, ita a iudicibus, humana quidem integritate sed nulla partium sollicitatione ductis, ius cuique suum est reddendum. Tum etiam rerum ordo exigit, non minus singulos cives quam interiecta corpora, si qua ipsis iura sint asserenda et officia obeunda, ex lege opportunis munimentis ditari; sive civibus sit inter se agendum, sive cum publicis ministris.[49]

Neque dubium esse potest, quin iuridicialis reipublicae ordinatio, pariter cum iusti rectique normis, pariter cum progressa civitatis disciplina consentanea, summopere ad communes omnium utilitates conducat.

Sed tamen hac nostra aetate vita socialis tam varia, tam multiformis, tam alacris est, ut iuridicialis dispositio, quamvis magna prudentia providentique consilio constituta, saepenumero necessitatibus impar videatur.

Addendum eodem et illud quod rationes, quae primum civibus cum aliis civibus, deinde civibus et interiectis corporibus cum magistratibus, postremo magistratibus cum magistratibus eiusdem civitatis intercedunt, quandoque videmus tam ancipites tamque periculi plenas fieri, ut eas in certos concludere iuris fines nequeamus. Quibus in casibus res ipsa postulat, ut reipublicae moderatores, si velint iuridicialem civitatis disciplinam, iam pro re ipsa, iam pro causis, servare incolumem; si velint praecipuis socialis vitae servire requisitis; si velint ad hodiernae vitae usus et leges ipsas accommodare et novas expedire quaestiones, tum vero iidem recte sentiant, cuius generis sint sua munera quibusve terminis circumscribantur; atque tanta animi aequitate et integritate, tantoque ingenii

[49] Cf. Pu XII ***Nuntius radiophonicus', '*** datus • prid. "Nativ; D.N.I.C, anno 1942. *A.A.S.* XXXV, 1943, p. 21.

acumine voluntatisqué constantia polleant, ut praeterquam quae facto opus sint sine cunctatione videant, ea etiam tempestive et valenter efficiant.[50]

Quod autem hominibus ad reipublicae administrationem se conferre licet, id est certe suae dignitatis proprium, etiamsi administrationem ipsam modis tantum participare possunt cum civitatis statu convenientibus, cuius sunt membra.

De cetero ex eo quod hominibus fas est ad reipublicae administrationem accedere, novae propterea iisdem amplissimique praebentur utilitatis facultates. Quoniamque in hac rerum condicione ii qui civitati praesunt frequentius in civium congressum et colloquium veniunt, ideo aptius quae ad commune bonum valeant ipsi cognoscere queunt; atque etiam, cum alii publici ministri in aliorum locum certis temporibus subeant, eorum idcirco auctoritas tantum abest ut senescat, ut potius pro humanae societatis progressionibus quodammodo revirescat.[51]

Quibus ex propositis rebus plane nascitur, nostra hac aetate in iuridiciali civitatum compositione postulari primum, ut iurium praecipuorum, quae hominum sint propria, summa quaedam, sententiis nimirum concisis et perspicuis conclusa, exaretur, inque universa reipublicae disciplina intexatur.

Postulatur deinde, ut, verbis adhibitis ad iuris doctrinam accommodatis, uniuscuiusque civitatis publica constitutio adornetur; qua scilicet definiatur quibus modis reipublicae rectores designentur, quo vinculo hi coniungi alii cum aliis debeant, quaenam eorum sint singulae diciones, denique qua via ratione que ad agendum ipsi obstringantur.

Postulatur denique, ut in specie iuris et officii rationes descri-

[50] Cf. PII XII *Nuntius radiophonicus,* datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1944, *A.A.S.* XXXVII, 1945, pp. 15-16.

[51] Cf. Pu XII *Nuntius radiophonicus,* datus prid. Nativ, D.N.I.C, anno 1942, *A.A.S.* XXXV, 1943, p. 12.

bantur, quibus cives cum reipublicae moderatoribus contineantur; utque distincte decernatur praecipuum eorumdem esse munus, civium iura et munera agnoscere, colere, invicem componere, tueri, ad processus provehere.

Probari tamen eorum placitum nequit, qui profitentur, sive e singulorum hominum, sive e quarundam societatum voluntate, tamquam a primo et unico fonte, cum civium iura et Officia oriri, tum publicae constitutionis obligandi vim manare, tum postremo civitatis principum imperandi potestatem proficisci.[52]

At hae, de quibus diximus, animorum appetitiones illud etiam manifesto testantur, nostro hoc tempore homines magis magisque fieri suae dignitatis conscios, atque adeo incitari cum ad reipublicae administrationem participandam, tum ad poscendum, ut propria, inviolabiliaque iura in publica civitatis disciplina serventur. Neque haec satis; nam homines nunc illud insuper poscunt, ut nempe civitatis auctoritates et ad normam publicae constitutionis creentur, et sua munera intra eiusdem terminos obeant.

III

Quod de civitatibus Decessores Nostri saepe docuerunt, idem placet nunc auctoritate Nostra confirmare : mutua scilicet inter nationes iura et officia intercedere ; ac propterea earum necessitudines ad normam veritatis, iustitiae, alacris animorum coniunctionis, libertatisque componendas esse. Quae enim naturae lex singulorum civium vivendi disciplinam regit, eadem mutuas etiam rerum publicarum rationes moderetur oportet.

Quae sententia cuique facile patet, si consideret, moderatores civitatum nullo modo posse naturali sua excidere digni-

[52] Cf. LEONIS XIII Epist. Apost. *Annum ingressi, Acta Leonis XIII,* XXII, 1902-1903, pp. 52-80.

tate, dum suae communitatis partes agunt eiusque bono prospiciunt; atque adeo nullo pacto iisdem licere naturae legem, qua obstringuntur, deserere, quae est ipsa regula morum.

Ceterum animo ne fingi quidem potest, homines, idcirco quod publicae rei regimini praeponuntur, necessitate Cogi suam exuere humanitatem. Contra iidem ob eam causam amplissimae huiusmodi dignitatis gradum obtinuerunt, quod, spectatis egregiis animi dotibus atque ornamentis, partes reipublicae praestantissimam habiti sunt.

Quin etiam ex ipso morali ordine consequitur, ut civili hominum communitati necessaria sit auctoritas, qua regatur; utque auctoritas in ipsum ordinem torqueri non possit, quin ilico corruat, fundamento suo destituta. Scilicet, quae est Dei ipsius admonitio : *A udite ergo, reges, et intelligite ; discite, iudices finium terrae. Praebete aures, vos qui continetis multitudines, et placetis vobis in turbis nationum. Quoniam data est a Domino potestas vobis, et virtus ab Altissimo, qui interrogaba opera vestra, et cogitationes scrutabitur.*[53]

Ad extremum tenendum est, etiam quod attinet ad mutuas ordinandas civitatum rationes, auctoritatem ita esse gerendam, ut commune omnium bonum promoveat, utpote quae ad id in primis sit constituta.

In maximis autem communis boni praeceptis illud ponendum est, ut moralis ordo agnoscatur eiusque iussa inviolate serventur. *Bene constitutus civitatum ordo in honestatis norma tamquam in rupe immota atque immutabili inniti debet, quam mundi Auctor in ipsa rerum natura manifestam voluit, in animisque hominum notis indelebilibus insculpsit. ... Eadem, clarissimi luminis instar, praeceptorum suorum luce rectum iter necessario ostendit cum singulis hominibus, tum nationibus; qui quidem ex eius monitoriis, salutaribus providisque signis normas semper ductumque sumere debent, ne quidquid laboris*

53 ***Sap.*** 6, 2-4.

atque industriae ad novum rerum ordinem instaurandum ab ipsis susceptum sit, saevis veluti procellis tradatur ac naufragio intereat.[51]

Atque principio statuendum est, mutua civitatum vincula veritate gubernari oportere. Veritas autem postulat, ut hac in re nulla prorsus ratio habeatur stirpium discriminis; ac propterea sanctum firmumque censeatur, civitates omnes naturae dignitate inter se pares esse. Ad unamquamque earum igitur iure pertinet ut sit, ut proficiat, ut adiumenta ad id necessaria possideat, ut denique in hoc obtinendo adipiscendoque primum in se periculum recipiat; itemque legitimo iure postulare potest, ut bona fruatur opinione, utque sibi debiti honores tribuantur.

Hoc nos docuit usus, homines saepissime inter se discrepare, et quidem valde, scientia, virtute, ingenii vi, bonorumque externorum copia. Exinde tamen numquam iusta Causa nascitur, cur ii, qui ceteris praestent, alios sibi obnoxios quoquo modo faciant; quin potius iidem graviore obligantur officio, ad singulos universos pertinente, alios iuvandi ad perfectionem mutua opera adipiscendam.

Similiter contingere potest, ut inter nationes aliae aliis praestent scientiarum incrementis, humanitatis cultu ac rationum oeconomicarum progressu. At tantum abest ut ob hanc excellentiam iis liceat iniuste dominari in alias, ut eaedem maiorem conferre operam debeant ad communem populorum profectum.

Ac re vera nequeunt homines natura aliis superiores esse, cum omnes pari excellant naturali dignitate. Ex quo consequitur, civiles quoque communitates nihil inter se differre, si ipsarum dignitas a natura orta spectetur; singulae enim respublicae cuiusdam corporis similitudinem gerunt, cuius mem-

[51] Cf. PII XII ***Nuntius radiophonicus,*** datus prid. Nativ. D.N.I.C, anno 1941, ***A.A.S.*** XXXIV, 1942, p. 16.

bra sunt homines. Ceterum, ut usu cognitum habemus, iis omnibus rebus, quae ad sui nominis dignitatem quoquo modo attinent, populi tangi solent, nec immerito sane, quam maxime.

Tum veritas iubet, in plurimis illis inceptis, quae post recentiora technicorum inventa in usum inducta sunt, et quorum ope populorum mutua cognitio fovetur ac propagatur, serenas aequitatis normas omnino servari. Quod minime prohibet, quominus populi suas ipsi virtutes in praecipua luce collocent. Sed reiciendae sunt prorsus eae pervulgandi nuntios rationes, quibus alicuius populi fama laedatur, veritatis et iustitiae praeceptis violatis.[55]

Iam porro mutuae civitatum necessitudines ad normam iustitiae componendae sunt; quod requirit, ut simul iura mutua agnoscantur, simul mutua officia persolvantur.

Quoniam vero civitates ius habent et vivendi, et progrediendo et adiumentorum copiam adipiscendi suo profectui necessariam, et primarias partes in hac re gerendi, et bonam famam suam honoresque sibi debitos tuendi, ex eo efficitur, ut civitates pariter obstringantur officio efficaciter tuendi singula huiusmodi iura, et eos actus praetermittendi, qui eadem lae dere possint. Sicut enim in suis privatis negotiis homines nequeunt sua persequi commoda, cum iniusto aliorum detrimento, eodem modo civitates non possunt, citra scelus, illud rerum suarum incrementum appetere, quo aliae nationes iniuriam accipiant vel inique opprimantur. In quam rem apte cadere videtur haec S. Augustini sententia: *Remota iustitia, quid sunt regna nisi magna latrocinia?*[56]

Scilicet contingere potest,, ac revera contingit, ut commoda utilitatesque, quae civitates sibi quaerere contendant, inter se

V

[55] Cf. PII XII *Nuntius radiophonicus,* datus prid. Nativ. D.N.I.C, anno 1940, *A.A.S.* XXXIII, 1941, pp. 5-14.

[56] *De civitate Dei,* lib. IV, c. 4; PL. 41, 115; cf. Pii XII *Nuntius radiophonicus,* datus prid. Nativ. D.N.I.C, anno 1939, *A.A.S.* XXXII, 1940, pp. 5-13.

pugnent; discidia tamen inde orta non armorum vi, nec fraude vel dolo sunt dirimenda, sed, ut homines addecet, mutua rationum animorumque aestimatione, rebus mature atque ex veritate perpensis, et contrariis sententiis ad aequitatem compositis.

Quam ad rem peculiari modo pertinet ille publicarum rerum cursus, qui inde a saeculo xix ubique terrarum increbruit passim atque invaluit, quo fit ut homines eiusdem stirpis sui iuris esse velint atque in unam nationem coire. Quod cum pluribus de causis non semper effici possit, illud exinde oritur, ut gentes pauciores numero intra fines nationis alius stirpis saepe contineantur, atque ex hoc quaestiones magnae gravitatis exsistant.

Hac in re aperte profitendum est, quidquid contra has gentes agatur ad coërcendum stirpis vigorem atque incrementum, iustitiae officiis graviter adversari ; idque multo magis, si prava huiusmodi molimina ad ipsam gentis internecionem spectent.

Immo vero iustitiae praeceptis apprime respondet, a reipublicae moderatoribus efficacem dari operam provehendis humanis condicionibus civium stirpis numero inferioris, nominatim quod attinet ad eorum linguam, ingenii cultum, avitas consuetudines, opera et incepta in re oeconomica.[57]

Nihilo minus animadvertendum est, hos cives numero pauciores, sive ob rerum statum, quem aegre ferre cogantur, sive ob praeteritorum temporum eventus, haud raro proclives esse ad ea, quae suae gentis sunt propria, plus aequo efferenda; adeo quidem, ut vel ipsa bona posthabeant, quae omnium hominum sunt propria, quasi humanae familiae bonum bono suae ipsorum gentis servire oporteat. Eationi vero consentaneum est, ut iidem cives commoda quoque agnoscant, sibi ex peculiaribus hisce rerum adiunctis orta: ad ingenii sui nempe atque animi perfectionem non parum conferre cotidianam cum civibus alio civili cultu imbutis consuetudinem ; cum ex hac

[57] Cf. Pu XII ***Nuntius radiophonicus,*** datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1941, ***A.A.S.*** XXXIV, 1942, pp. 10-21

paulatim ipsi virtutes, quae ad aliam gentem pertineant, in sucum et sanguinem suum con vertere possint. Hoc tamen tantum eveniet, si cives numero pauciores, cum circumiectis populis societate quadam inita, horum usus et instituta participare studeant; non autem, si iidem contentiones serant, quae iacturas pariant innumeras, ac civilem nationum progressionem cohibeant.

Quoniam mutuae, civitatum necessitudines ad normam veritatis atque iustitiae componi oportet, tum ex actuosa virium animorumque coniunctione eae incrementum capere debent. Id autem effici potest hinc atque illinc sociata multiformiter opera; quod nostra aetate non sine salutaribus fructibus evenit, quod attinet ad rationes oeconomicas, ad rem socialem et politicam, ad ingenii cultum, ad civium valetudinem et ad gymnicos ludos. Qua de re ante oculos habeamus necesse est, publicam potestatem suapte natura non ad id constitutam esse, ut homines intra fines dumtaxat suae cuiusque nationis coerceat, sed ut tueatur in primis commune civitatis bonum, quod quidem a bono totius humanae familiae secerni certo nequit.

Ita fit ut civiles communitates, in suis consectandis utilitatibus, non solum aliis nocere non debeant, verum etiam inter se consilia viresque coniungere, ubi singularum civitatum nisus ad optatos exitus pervenire non valeant; qua in re maximopere cavendum est, ne quod quibusdam civitatibus prosit, aliis potius incommodum, quam utilitatem afferat.

Tum etiam commune universale bonum requirit, ut in unaquaque natione inter cives et interiectas societates commercium omne genus foveatur. Cum enim in multis terrarum orbis partibus exstent hominum coniunctiones stirpe plus minusve inter se dissimiles, prospiciendum est, ne alius stirpis homines impediantur, quominus cum alius stirpis hominibus commercium habeant; quod aperte a nostrae aetatis rationibus dissidet, qua intervalla prope submota sunt, quibus a populis populi

seiunguntur. Neque praetereundum est homines cuiusvis stirpis, praeter proprias peculiaresque dotes, quibus a reliquis distinguuntur hominibus, alias habere cum iisdem communes, easque magni momenti, quibus possunt magis magisque progredi et sese perficere, praesertim in iis, quae ad bona animi pertinent. Iis igitur ius et officium est vitam degere cum ceteris societate coniunctis.

Res est omnibus plane perspecta, alicubi terrarum distantiam esse inter agrorum exercendorum spatia et incolarum numerum; alicubi inter soli divitias et prompta agrorum vertendorum instrumenta; atque adeo necessitatem a populis sociam operam postulare, quam sequatur facilior sive bonorum, sive fortunarum, sive hominum ipsorum commeatus.[58]

In huiusmodi causis peropportune fieri censemus, ut, quoad possit, res operam, non autem opera rem quaerat. Tunc enim plurimis civibus facultas praebetur rei familiaris amplificandae, quin, patrio relicto loco, magna cum animi aegritudine et aliam petere sedem, et novum amplecti rerum statum, et cum aliis civibus novas inire rationum consuetudines cogantur.

Utpote qui paternae caritatis sensibus Deo movente universos dirigamus homines, acerbo cum animi maerore eorum casus reputamus, qui politicarum rerum causa depulsi patria sunt; horum enim profugorum multitudinem, nostra aetate sane innumeram, plurimi incredibilesque dolores semper comitantur.

Id profecto ostendit, quarundam nationum principes plus nimio circumscribere iustae libertatis fines, intra quos singulis civibus liceat vitam agere homine dignam; immo in huius exempli civitatibus quandoque vel ipsum libertatis ius aut in dubium vocatur, aut etiam plane tollitur. Quod cum accidit, rectus civilis societatis ordo penitus .-.revertitur;- nam potestas publica suapte natura ad tutandum communitatis bonum **Spee-**

rs cf. IOANNIS XXIII Litt. Encycl. ***Mater et Magistra, A.A.S.*** LUI, **1961, p. 439.**

tat, cuius princeps officium est agnoscere honestos libertatis fines eiusque iura sarta tecta servare.

Propter hanc causam abs re non erit hoc loco homines ad illud revocare, huiusmodi prófugos personae dignitate ornatos esse, iisque personae iura esse agnoscenda. Quae iura profugi amittere non potuerunt, propterea quod nationis suae civitate sint destituti.

Iamvero inter humanae personae iura illud etiam recensendum est, licere cuique se in eam nationem conferre, ubi aptius se posse speret sibi atque suis necessariis prospicere. Quare rei publicae moderatorum officium est alienos venientes excipere, et, quantum suae communitatis sinit non fucatum bonum, eorum proposito favere, qui forte novae societati sese velint aggregare.

Quas ob causas, publice probamus laudamusque, hac data opportunitate, ea omnia incepta, quae fraternae coniunctionis vel christianae caritatis principiis conformata, eo pertinent, ut aerumnae eorum releventur, qui a suis locis ad alia semigrare adigantur.

Ac facere non possumus, quin omnibus cordatis hominibus ad lau dandum proponamus illa ex variis nationibus instituta Consilia, quae in hac gravissimi ponderis re omnes curas collocant.

In contrariam vero partem non sine magno doloris sensu videmus, in quibus civitatibus res oeconomicae magis profecerint, inibi immania parata esse bellica arma atque adhuc parari, in id maximis sive animi sive corporis bonis collatis. Quo fit, ut, dum harum nationum civibus haud levia onera tolerare est opus, aliae civitates subsidiis indigeant, quibus in re oeconomica et sociali progrediantur.

Cuius quidem militaris apparatus probabilis causa ex eo peti solet, quod pax — ita aiunt — in hisce rerum adiunctis tuta esse non potest, nisi pari armorum apparatu innitatur. Quare si militaris res alicubi incrementum capit, fit continuo ut aliis

etiam locis studia augendorum annorum certatim ingravescant. Ac si qua natio in atomicis belli instrumentis parata est, hoc aliis nationibus causam praebet, cur id genus arma, pari delendi vi praedita, sibi parare contendant.

Inde consequitur, ut populi perpetuo in metu sint, quasi in eos procella impendeat, quae quovis temporis momento horrifico impetu commoveri possit. Nec immerito, cum revera arma non desint. Quodsi vix credibile est, homines esse, qui neces immanesque ruinas e bello orituras in se recipere audeant, infitiandum tamen non est, necopinato incertoque facto posse belli incendium exciri. Ac praeterea, quamvis immanis militaris apparatus potentia hodie homines a bello suscipiendo deterreat, nihilominus tamen est cur timeatur, ne ipsa atomicorum instrumentorum experimenta belli causa suscepta, nisi cessent, varia vitae genera in terris grave in discrimen possint adducere.

Quare iustitia, recta ratio, humanaeque dignitatis sensus instanter requirunt, ut desinant aemula rei militaris augendae studia; ut bellica instrumenta, quae variis civitatibus praesto sunt, hinc inde, per idemque tempus minuantur; ut atomica arma interdicantur; ut tandem ad congruentem ab armis discessum omnes ex condicto deveniant, mutua efficacique cautione adhibita. *Omnibus viribus prohibendum est* — admonebat Decessor Noster fel. rec. Pius XII — *quominus generale omnium gentium bellum, quod tot pariat iacturas in re oeconomica et sociali, totque flagitia ac morum perturbationes habeat coniuncta, tertium saeviat in humanam familiam.*[59]

Omnibus tamen persuasum esse debet, non posse neque rei militaris augendae intermitti studia, neque arma imminui, neque — quod caput est — usquequaque armamenta de medio tolli, nisi huiusmodi ab armis discessus plenus expletusque sit atque ipsos attingat animos; nisi scilicet omnes concordem

[59] Cf. ***Nuntius radiophonicus,*** datus prid. Nativ. D. N. I. C. anno 1941, ***A.A.S.*** XXXIV, 1942, p. 17; et BENEDICTI XV ***Adhortatio*** ad moderatores populorum belligerantium, data die 1 mensis Augusti anno 1917, ***A.A.S.*** IX, 1917, p. 418.

sinceramque dent operam, ut ex animis metus atque anxia belli exspectatio pellantur. Id autem poscit, ut pro suprema lege, qua hodie pax continetur, alia prorsus subiciatur, qua statuatur, non in pari rei militaris apparatu, sed in mutua tantummodo fide, veri nominis pacem inter populos firmam posse consistere. Quod Nos fieri posse confidimus, cum de causa agatur, non tantum rectae rationis normis imperata, sed etiam summopere optabili et bonorum uberrima.

Agitur in primis de causa, ratione imperata. Ac revera, quemadmodum inter omnes constat, aut saltem constare debet, mutuae civitatum necessitudines, haud secus ac singulorum hominum rationes, non armorum vi, sed ad rectae rationis normam, hoc est ad normam veritatis, iustitiae, actuosaeque animorum coniunctionis, sunt componendae.

Deinde huiusmodi causam vehementer dicimus expetendam. Quis enim flagrantissimis non exoptet votis, ut belli discrimina arceantur, pax vero incolumis servetur, firmioribusque in dies muniatur praesidiis?

Postremo haec causa est bonorum uberrima, cum eius commoditates in omnes prorsus reddant: scilicet in singulos homines, in domesticos convictus, in populos, in universam demum humanae gentis familiam. Qua de re haec Decessoris Nostri Pii XII monitoria vox sonat adhuc ac vibrat in auribus nostris : *Pace nihil perire ; bellum omnia perdere posse.*[60]

Quae cum ita sint, Nos qui vices in terris gerimus Servatoris mundi pacisque auctoris, Christi Iesu, incensissima totius humanae familiae optata interpretati paternaque erga universos homines caritate permoti, officii Nostri partes esse existimamus, homines rogare et obsecrare, eos in primis qui publicam remSnoderantur, ut nullis curis nullisque laboribus pareant, donec humanarum rerum cursus cum hominis ratione dignitateque congruat.

[60] Cf. ***Nuntius radiophonicus,*** datus die XXIV mensis Augusti anno 1939, ***.A.A.S.*** XXXI, 1939, p. 334. "

In virorum consiliis, qui prudentia auctoritateque praestant, penitus investigetur, qua potissimum ratione in universo terrarum orbe mutuae civitatum necessitudines ad humaniorem aequilibritatem conformentur; aequilibritatem dicimus, quae in mutua fide, in pactionum sinceritate, in condicionibus inviolate servatis posita sit. Haec autem quaestio ita omni ex parte perpendatur, ut caput emergat, unde amica, firma ac perutilia foedera initium capiant.

Ad Nos quod attinet, supplices Deo preces admovere non intermittemus, ut superna ope sua hos labores prosperet atque fecundet.

Quin et illud accedit quod mutuae rerum publicarum rationes ad libertatis normam sunt ordinandae. Cuius sententiae vis haec est, ut nulli nationi quidquam facere liceat, quo alias iniuste opprimât, aut earum negotiis se immerito interponat. Omnes contra aliis opitulentur necesse est, ut hae magis magisque sibi sint officiorum suorum consciae, ut nova et utilia conentur, ut in quolibet alacritatis genere per se ipsae proficiant.

Quandoquidem omnes homines communi consortio et originis, et christianae Redemptionis, et superni finis inter se copulantur et ad unam coniungendam christianam familiam vocantur, idcirco in Encyclicis Litteris *Mater et Magistra,* civitates opulentiores hortati sumus ad opem multimodis ferendam civitatibus, quarum oeconomicae progressiones essent in cursu.[61]

Atque nunc, non sine magno animi Nostri solacio fatemur, huiusmodi monita late excepta esse; ac fore confidimus, ut eadem in posterum adhuc latius excipiantur; ut scilicet civitates egentiores quam primum ita in re oeconomica progrediantur, ut cives vitam ducere valeant humanae dignitati magis parem.

At in promptu illud est iterum iterumque ponendum, ita po-

si *A.A.S. LUI,* 1961, pp. 44C-441.

pulis subveniatur opus esse, ut hi incolumem libertatem suam servare queant, atque, in hoc rei oeconomicae et socialis progressu, sive praecipuas partes sibi esse tribuendas sentiant, sive in se huius efficiendae rei onus potissimum recidere.

Qua de re Decessor Noster fel. rec. Pius XII sapienter haec docuit: *Novus rerum ordo, honestatis normis innixus, prorsus prohibet quominus libertas, integritas atque incolumitas laedantur aliarum nationum, quaecumque sunt earum amplitudo ac tuendi se facultas. Quodsi fere necessario contingit, ut maiores civitates, utpote quae uberioribus opibus floreant ac potentia praestent, in societatibus de re oeconomica cum minoribus civitatibus coniungendis normas ipsae statuant, nihilominus tamen his minoribus civitatibus aeque ac ceteris praecidi nequit, salvo communi omnium bono, ius rem publicam libere administrandi nullique se addicendi parti in nationum contentionibus, ut praecipit ipsum ius naturale et ius gentium; itemque ad has minores civitates ius pertinet suum tuendi rei oeconomicae incrementum. Etenim, tantummodo hisce iuribus in tuto positis, fieri potest, ut hae minores nationes congruenter promovere queant commune omnium bonum ac simul suorum civium prosperitatem, sive in bonis externis, sive in rebus, quae ad aitimi cultum et profectum attinent.*[62]

Florentiores igitur respublicae, dum egentioribus multis modis succurrunt, summopere vereantur necesse est peculiares cuiusque gentis notas earumque civilia instituta a maioribus tradita, itemque cavere debent a quovis dominandi consilio. Quod si factum erit, *non parum certe proderit ad omnium rerumpublicarum veluti communitatem iungendam, quarum singulae, sibi suorum iurium officiorumque consciae, pari ratione ad omnium populorum prosperitatem spectent.*[63]

[62] Cf. ***Nuntius radiophonicus,*** datus prid. Nativ. D.N.I.C, anno 1941, ***A.A.S.*** XXXIV, 1942, pp. 16-17.

63 IOANNIS XXIII Litt. Encycl. ***Mater et Magistra, A.A.S.*** LUI, 1961, p. 443..

Magis magisque nostris temporibus hominum animos persuasio pervasit, controversias, quae forte inter populos oriantur, non armis, sed pactis et conventis dirimendas esse.

Persuasio haec, fatemur quidem, plerumque a terrifica delendi vi, quae cum hodiernis bellicis instrumentis coniuncta est, atque a timore calamitatum et horrendarum ruinarum, quas arma id genus ederent, initium ducit. Quare aetate hac nostra, quae vi atomica gloriatur, alienum est a ratione, bellum iam aptum esse ad violata iura sarcienda.

Attamen saepe pro dolor populos videmus timori, tamquam supremae legi, esse obnoxios, atque idcirco in rem militarem pecuniam impendere amplissimam. Quod se facere affirmant — nec est cur iisdem fidem non adiungamus — consilio ductos non opprimendi, sed deterrendi alios ab impetu faciendo.

Nihilo secius fore sperandum est, ut populi, mutuis institutis necessitudinibus et negotiis, melius agnoscant humanae naturae vincula, quibus invicem consocientur; intellegantque pulchrius, in praecipuis communis naturae officiis hoc esse collocandum, ut singulorum hominum populorumque consuetudines amori obtempèrent, non timori; nam in primis amoris est homines adducere ad sinceram ac multiformem rerum animorumque coniunctionem, unde tot bona in ipsos manare possunt.

IV

Recentiora scientiarum artiumque incrementa, cum plurimum humanos mores affecerint, homines, quotquot ubique terrarum sunt, commovent, ut magis magisque mutuam coniungant operam interque seipsos consocientur. Hodie enim rerum, doctrinarum hominumque commeatus valde sunt adaucti. Quare summopere increbruerunt mutuae necessitudines civium, familiarum, interpositarumque societatum ad varias nationes pertinentium, frequentioresque ineuntur inter moderatores variarum civitatum rationes. Per idem tempus aliarum civitatum res oeconomicae magis in dies rebus oeconomicis aliarum con-

tinentur ; rationes oeconomicae nationum adeo inter se gradatim cohaerescunt, ut ex singulis simul iunctis quaedam quasi ordinatio rerum oeconomicarum totius orbis exsistat; denique progressus socialis, ordo, securitas ac tranquillitas cuiusvis civitatis necessario cum ceterarum conectuntur.

Hisce positis, patet, singulas civitates, separatim a reliquis, suis utilitatibus congruenter consulere, seseque, ut oportet, perficere prorsus non posse. Prosperitas enim ac processus alicuius civitatis iam omnium aliarum prosperitatem ac progressum partim consequitur, partim efficit.

Humanae unitatem consortionis nulla delebit aetas, cum ex hominibus eadem constet, naturalem dignitatem aequo iure participantibus. Hac de causa flagitabit semper necessitas, ex ipsa hominis natura orta, ut convenienter bono universali studeatur, quod scilicet cunctae hominum familiae interest.

Praeteritis temporibus rerum publicarum rectores visi sunt satis posse bono communi universali consulere; qui quidem ad id contendebant sive per suae nationis legatos, sive per conventus et colloquia hominum in civitate praestantissimorum, sive per pacta et conventa: viis nempe instrumentisque adhibitis, quae vel iure naturali, vel iure gentium, vel iure omnibus nationibus communi describebantur.

Nostris vero diebus mutuae civitatum consuetudines magnas habuerunt mutationes. Ex altera namque parte bonum omnium gentium commune quaestiones proponit summae gravitatis, arduas et quam primum solvendas, quod praesertim attinet ad totius orbis securitatem pacemque tuendam; ex altera, singularum nationum moderatores, utpote qui inter se eodem sint iure, quantumvis conventus studiaque multiplicent ad aptiora iuris instrumenta reperienda, id tamen satis non assequuntur ; non quo sincera voluntate et alacritate ipsi careant, sed quia ipsorum auctoritas idonea caret potestate.

In hodiernis igitur humanae societatis adiunctis, tum rerum

publicarum constitutio ac forma, tum vis, qua in universis terrarum orbis nationibus pollet publica auctoritas, bono omnium populorum communi provehendo sunt impares habendae.

Iamvero, si diligenter perpendantur hinc intima boni communis ratio, illinc publicae auctoritatis natura atque perfunctio, nemo est quin videat inter utramque rem necessariam intercedere convenientiam. Etenim moralis ordo, quemadmodum publicam auctoritatem postulat ad bonum commune in civili societate promovendum, similiter requirit, ut eadem auctoritas id reapse efficere possit. Ex quo fit, ut civilia instituta — in quibus publica auctoritas vertitur, operatur suumque finem consequitur — tali forma ac tali efficacitate sint praedita, ut ad commune bonum conducere valeant viis ac rationibus, quae variis rerum momentis apte respondeant.

Cum autem hodie commune omnium gentium bonum quaestiones proponat, omnes contingentes populos; cumque huiusmodi quaestiones nonnisi publica quaedam auctoritas explicare possit, cuius et potestas, et forma, et instrumenta aequa sint amplitudine, cuiusque actio tam late pateat quantum terrarum orbis; tum exinde sequitur, ut, ipso morali ordine cogente, publica quaedam generalis auctoritas constituenda sit.

Haec autem generalis auctoritas, cuius imperium ubique terrarum vim habeat, idoneisque instrumentis ad commune bonum universale conducat, omnium utique populorum consensione condenda est, non vero vi imponenda. Quod ex eo nascitur, quod, cum huiusmodi auctoritas efficaciter munere suo perfungi debeat, idcirco aequabilis in omnes, a studio partium prorsus aliena, atque ad commune omnium gentium bonum intenta sit oportet. Nam si a potentioribus nationibus haec universalis auctoritas vi imponeretur, timendum sane esset, ne ea vel paucorum commodis serviret, vel ab aliqua staret natione; atque propterea ipsius actionis vis et efficacia in discrimine versaretur.

Licet enim nationes valde inter se discrepent bonorum externorum incremento armorumque apparatu, tamen summo studio tuentur iuris aequalitatem suaeque vivendi disciplinae praestantiam. Quare non immerito civitates aegre potestati subsunt, aut quae ipsis vi iniungatur, aut a qua condenda afuerint, aut quam sua sponte non sint amplexae.

Ut de singularum civitatum communi bono, ita de generalibus omnium civitatum utilitatibus iudicari non potest, nisi ratione habita humanae personae; quapropter publica universalisque auctoritas eo maxime spectare debet, ut humanae personae iura agnoscantur, in debito habeantur honore, innoxia serventur, in re augeantur; quod efficere potest vel ipsa per se, si res ferat, vel in universo terrarum orbe rerum condicionibus institutis, quibus iuvantibus singularum civitatum principes sua possint commodius munera sustinere.

Ad haec, sicut in singulis civitatibus rationes, quae publicae auctoritati sunt cum civibus, familiis, interpositisque societatibus, regi ac temperari opus est subsidiarii officii principio: eodem aequum est necessitudines componi, quibus publica auctoritas universalis cum publicis auctoritatibus singularum nationum continetur. Nempe proprium huius auctoritatis universalis est quaestiones perpendere ac dirimere, quae boni communis universalis que causa exsistant, et vel res oeconomicas, sociales, politicas attingant, vel ingenii cultum; quaestiones, dicimus, quae, cum summae sint gravitatis, latissime pateant, atque acriter urgeant, difficiliores sunt habendae quam ut a moderatoribus singularum civitatum feliciter expediantur.

Scilicet eiusdem auctoritatis universalis non est neque coercere, neque ad se revocare acta, quae sunt publicae potestatis propria aliarum civitatum. Ex contrario ea contendat opus est, ut in toto terarum orbe eiusmodi rerum status condatur, in quo non solum publica cuiusque nationis potestas, sed

etiam singuli homines et interpositi coetus possint tutius sua munera obire, sua praestare officia, sua iura vindicare.[64]

Ut sciunt omnes, die xxvi mensis Iunii anno MDCCCCXLV conditum est Foederatarum Nationum Consilium — compendiariis litteris O. N. U. distinctum — cui subinde adiecta sunt minora Consilia, ex membris constantia publica variarum nationum auctoritate nominatis, quibus magni momenti munera delata sunt, ubique terrarum in provinciis explenda, quae ad rem oeconomicam et socialem, ad ingenii cultum, ad educationem et ad publicam valetudinem pertinent. At Foederatarum Nationum Consilio id maxime propositum est, ut populorum pacem tueatur atque confirmet, utque inter eos amicitiae necessitudines iuvet ac foveat, in principiis sitas aequalitatis, mutuae observantiae ac multiplicis conspirationis in omnibus humanae industriae campis.

Cuius Consilii providentiae perspicuo est argumento *Professio Universalis iurium humanorum,* die x mensis Decembris anno MDCCCCXLVIII a Foederatarum Nationum Coetu generali rata habita. In cuius exordio Professionis asseveratur, illud potissimum populis ac nationibus universis esse expetendum, ut iura omnia libertatisque formae, in Professione descripta, reapse agnoscantur et innoxia serventur.

Nos sane non praeterit, quaedam Professionis huius capita minus probanda nonnullis visa esse; neque id immerito. Nihilominus Professionem eandem habendam esse censemus quendam quasi gradum atque aditum ad iuridicialem politicamque ordinationem constituendam omnium populorum, qui in mundo sunt. Siquidem ea universis prorsus hominibus sollemniter agnoscitur humanae dignitas personae, atque iura cuivis homini asseruntur veritatem libere exquirendi, honesta-

[64] Cf. PII XII ***Allocutio*** ad iuvenes ab Actione Catholica ex Italiae dioecesibus Romae coadunatos, habita die 12 mensis Septembris anno 1948, ***A.A**.S.* XL, p. 412.

tis sequendi normas, iustitiae officia usurpandi, vitam exigendi homine dignam, alia deinceps cum hisce coniuncta.

Illud igitur expetimus vehementer, ut Foederatarum Nationum Consilium magis atque magis valeat formam atque idonea instrumenta sua ad munerum suorum amplitudinem nobilitatemque accommodare. Utinam quam primum tempus adveniat, quo Consilium hoc humanae personae iura efficienter tueri possit : iura dicimus, quae, cum ab humanae personae dignitate proxime oriantur, hanc ob causam universalia, inviolabilia atque incommutabilia sunt; eo vel magis, quod, cum hodie homines in sua cuiusque natione publicae rei magis in dies participes sint, actuosiore usque studio res omnium populorum prosequuntur, atque plus plusque sibi sunt conscii, ad universam hominum familiam se, ut membra viva, pertinere.

V

Hoc loco filios Nostros iterum adhortamur, ut in partem rei publicae administrandae alacriter veniant, utque sociam navent operam ad totius humani generis et suae cuiusque civitatis commoda provehenda. Neque minus iidem, christiana luce collustrati caritateque ducti, contendant opus est, ut instituta sive ad res oeconomicas, sive ad res sociales, sive ad doctrinas civilemque cultum pertinentia adeo homines non impediant, ut etiam adiuvent ad se meliores faciendos, in ordine cum rerum naturalium, tum rerum, quae supra naturam sunt.

Tamen nihilo minus ad civilem cultum rectis normis christianisque principiis imbuendum, satis non est filios Nostros caelesti fidei lumine frui atque boni provehendi ardore permoveri; qtfin etiam requiritur, ut ipsius civilis cultus institutis se interserant efficacique actione eadem intus attingant.

Verum, cum praesens humanae civilisque vitae cultus maxime doctrinis et technicorum inventis conspicuus sit, nemo sane potest se publicis institutis insinuare, nisi sit scientia ac

doctrina peritus, sit ad technicorum artes idoneus, sit denique professionis suae exercendae expertus.

Quae tamen omnia nullo pacto sufficere existimanda sunt, ut cotidianae vitae necessitudines ad humaniorem usum conformentur; qui utique veritate innitatur necesse est, iustitia temperetur, vim suam a mutua hominum caritate capiat, libertatis consuetudinem teneat.

Ad quorum consiliorum effectum ut re vera homines perveniant, iisdem diligentissime elaborandum est, ut primum in huius vitae rebus efficiendis leges servent, uniuscuiusque rei proprias, normasque retineant, uniuscuiusque naturae convenientes; ut deinde suas ipsorum actiones ad morum praecepta conforment, atque idcirco ita se gerant, perinde ac si vel ius suum exerceant vel officium praestent. Quin et illud ratio flagitat, ut homines quasi Dei providis consiliis mandatisque, ad nostram salutem spectantibus, obtemperantes, animique conscientiam non praetermittentes, ita in vitae actione se habeant, ut res ad scientias, ad technicorum artes, atque ad professiones suas attinentes, cum praecipuis animi bonis omnino coniungant.

Est hoc etiam in confesso, in civitatibus nempe, christiana doctrina antiquitus excultis, civilia instituta in praesenti florere quidem scientiarum artiumque progressionibus, et instrumentis abundare ad quaelibet proposita assequenda idoneis, sed saepe christianis veluti inci tamen tis et afflatu tenuiter imbui.

Quomodo autem id fieri potuerit iure merito quaeritur, cum ad illiusmodi leges instituendas operam haud exiguam contulerint et conferre pergant, qui christianum profiteantur nomen ac re vera vitam suam saltem ex parte ad evangélicas normas conforment. Cuius rei causam ex eo proficisci putamus, quod ipsorum agendi ratio cum sua fide non cohaereat. Par ergo est ut mentis animique unitas ita in iis reficiatur, ut in eorum actionibus fidei lumen amorisque vis simul dominentur.

Quod in christifidelibus religiosa fides ab agendi ratione saepe saepius dissidet, id ex hoc etiam oriri censemus, quod iidem christianis moribus christianaeque doctrinae institutione haud satis sunt exculti. Contingit enim nimium saepe plurimisque locis, ut non aeque religiosis rebus cognoscendis atque externis iidem operam dent, atque, cum studia scientiarum ad summum perducant, circa vero religiosam institutionem, elementa communiter non excedant. Cogit igitur necessitas, ut adulescentium institutio sit plena, sit continua, sit talibus modis tradita ut religiosarum rerum cultus animique probitas aequis passibus procedant una cum scientiarum cognitione et cum cotidie progredientibus technicorum artibus. Praeterea adulescentes instituantur oportet ad sua cuiusque munera apte sustinenda.[65]

Sed tamen hac in re opportune monere iuvat, quantopere sit arduum satis recte intellegere quid re ipsa inter humanos eventus et iustitiae rationes intersit, hoc est probe circumscribere, quibus gradibus quibusve formis principia doctrinae et monita sint ad praesentem humani convictus statum componenda.

Atque eo difficilius est gradus et formas huius generis definire, quo aetas haec nostra, in qua quisque debet operam suam ad commune bonum universale ponere, celeriore agendi impetu incitatur. Quam ob causam, cum cotidie videndum sit quemadmodum res sociales ad iustitiae rationes sint congruentius accommodandae, tum vero est cur filii Nostri non opinentur, se cessatione posse consistere, et in habito acquiescere itinere.

Immo enimvero omnes homines decet iudicare ea, quae ad hoc usuque tempus a se facta sint, non esse ad necessitatem satis, atque adeo sibi esse in dies maiora et aptiora incepta suscipienda, quod attinet ad societates bonis gignendis, ad corporatorum hominum collegia, ad coetus civium artes profiten-

[65] Cf. IOANNIS XXIII Litt. Encycl. ***Mater et Magistra, A.A.S.*** LUI, 1961, p. 454.

tium, ad publicas rationes civium securitati procurandae, ad instituta ingenii cultui provehendo, ad iuris disciplinam, ad rei publicae formam, ad valetudinis auxilia, ad exercitationes ludicras, postremo ad huius generis cetera. Haec namque omnia aetas nostra desiderat, qua homines, post individua corpora inventa, caelique spatia perrupta, vias rimantur novas ad infinita prope spectantes.

Quae ad hunc locum principia in medio posuimus, tum ex ipsa rerum natura, tum persaepe ex ordine iurium naturalium initium capiunt. Qua de re in huiusmodi principiis efficiendis contingit crebro, ut catholici homines operam multimodis socient vel cum christianis ab hac Apostolica Sede seiunctis, vel cum hominibus christianae quidem fidei omnino expertibus, sed rationis participibus et naturali morum integritate ornatis. *Quod cum evenit, ii qui catholicum profitentur nomen, maximopere prospiciant, ut sibimetipsis semper constent, neve ad ea media consilia descendant, e quibus aut religionis aut morum integritas aliquid detrimenti capiat. Pariter tamen se tales praebeant, qui et aliorum sententiam aequa perpendant benignitate, et omnia ad utilitates suas non referant, et parati sint ad ea cum fide coniunctisque viribus efficienda, quae vel suapte natura sint bona vel ad bonum conducibilia.*™

Omnino errores ab iis qui opinione labuntur semper distinguere aequum est, quamvis de hominibus agatur, qui aut errore veritatis, aut impari rerum cognitione capti sint, vel ad sacra, vel ad optimam vitae actionem attinentium. Nam homo ad errorem lapsus iam non humanitate instructus esse desinit, neque suam umquam personae dignitatem amittit, cuius nempe ratio est semper habenda. Praeterea in hominis natura numquam facultas perit et refragandi erroribus, et viam ad veritatem quaerendi. Neque umquam hac in re providentissima Dei auxilia hominem deficiunt. Ex quo fieri potest, ut, si quis hodie

ee *ma.*, p. 456.

vel fidei perspicuitate egeat, vel in falsas discesserit sententias, possit postmodum, Dei collustratus lumine, veritatem amplecti. Etenim si catholici homines, rerum externarum causa, cum hominibus consuetudinem iungant, qui vel nullo modo vel non recte in Christum credant, quia in errore versantur, tum vero illi sive occasionem sive incitamentum his dare possunt, ut ad veritatem traducantur.

Inde deinceps par omnino est, a falsis philosophorum placitis de natura, de origine, de fine mundi et hominis plane incepta distinguere, quae sive res oeconomicas et sociales, sive ingenii cultum, sive civitatis temperationem contingunt, etiamsi incepta hoc genus ab illis placitis originem et incitamentum ducant; quoniam, dum formula disciplinae, postquam definite descripta est, iam non mutatur, incepta illa utpote quae in mutabilibus rerum condicionibus versentur, his non possunt quin sint admodum sane obnoxia. De reliquo quis eat infitias, in hisce inceptis, quatenus videlicet cum rectae rationis praeceptis congruant, et iustas hominis appetitiones referant, posse aliquid boni et probandi inesse'?

Has ob causas cadere aliquando potest, ut quae congressiones de rerum usu antehac ad nullam partem utiles visae sint, nunc vero fructuosae aut iam re vera sint, aut futurae prospiciantur. Sed diiudicare utrum eo perventum sit necne, praetereaque statuere quibus modis quibusve gradibus sint coniunctim quaerendae veri nominis utilitates in regione vel rerum oeconomicarum et socialium, vel doctrinarum vel publicae administrationis, haec omnia una docere potest prudentia, virtutum cunctarum moderatrix, quibus cum singulorum, tum consociatorum hominum vita regitur. Quare si res catholicorum hominum agitur, de huius exempli causis decernere ad eos viros potissimum pertinet, qui in civium communitate inque harum rerum provincia primas agunt; dummodo tamen praeterquam principia iuris naturalis servent, doctrinae etiam de rebus socialibus, quam tradit Ecclesia, obsequantur,

auctoritatumque ecclesiasticarum monitis pareant. Neminem enim praetereat oportet, Ecclesiae ius itemque officium esse, non solum fidei morumque doctrinam tutari, sed etiam auctoritatem suam apud filios suos in regione rerum externarum interponere, cum diiudicare opus est quomodo doctrina eadem sit ad effectum adducenda.[67]

Re ipsa non desunt qui, utpote magnitudine animi ornati, cum sibi rerum adiuncta occurrant vel parum vel nullo modo cum iustitiae rationibus convenientia, tum et omnia instaurandi studio flagrent, et ad id tali ferantur impetu, qui rerum publicarum quaedam quasi conversio videatur.

Quibus illud esse in promptu velimus, ex naturae necessitate omnia crescere gradatim, atque idcirco in humanis institutis nihil posse ad melius perduci, nisi pedetemptim ab interiore parte agatur. Quod idem Decessor Noster fel. rec. Pius XII monet his verbis usurpatis : *Iam non in veteris disciplinae perturbatione, sed in bene constituta rerum progressione salus atque iustitia sitae sunt. Etenim animi effrenatio omnia semper destruxit, nihil aedificavit; cupiditates incendit, numquam sedavit. Ea denique, cum nonnisi odia ruinasque serat, tantum abest ut altercatores inter se conciliet, ut magis homines politicasque factiones cogat supra parietinas, discordia partas, pristinum opus summo labore restituere.*[68]

Cum gravissimis igitur magnanimorum virorum muneribus illud maxime coniungi putandum est, ut, veritate, iustitia, caritate, libertate magistris ac ducibus, novas iidem necessitudinum rationes in hominum societate constituant : hoc est tum singulorum civium inter sese; deinde inter cives et civitates

[67] *Ibid.,* p. 456; cf. LEONIS XIII Epist. Encycl. *Immortale Dei, Acta Leonis XIII,* V, 1885, p. 128; PII XI Litt. Encycl. *Ubi Arcano, A.A.S.* XIV, 1922, p. 698; et Pu XII *Allocutio* ad Delegatas Unionis Internationalis Sodalitatum mulierum catholicarum ob communem Conventum Romae coadunatas, habita die 11 mensis Septembris anno 1947, *A.A.S.* XXXIX, 1947, p. 486.

[68] Cf. *Allocutio* ad opifices ex Italiae dioecesibus Romae coadunatos, habita in festo Pentecostes, die 13 mensis Iunii anno 1943, *A.A.S.* XXXV, 1943. p. 175.

suas; tum civitatum inter se; tum denique hinc inter singulares homines, familias, interposita corpora, singulas civitates, illinc universorum hominum communitatem. Quod profecto munus nemo praeclarissimum non censuerit, quippe quo vera pax, iuxta ordinem a Deo statutum, coalescere possit.

Ad hos ergo viros, nimis certe pro necessitate paucos, sed de hominum consortione mirifice méritos, dignum est a Nobis pertinere publicam laudem, simul invitationem ad urgendum propositum salutiferum. At per idem tempus in spem inducimur, fore ut ad hos viros alii multi, praesertim e christifidelibus, officii conscientia et caritate incitantibus, accedant. Quicumque enim Christo nomen dederunt, eos admodum decet in hac hominum congregatione, et lucis veluti scintillas, et amoris quasi alimenta, et totius tamquam fermentum multitudinis fieri; quod eo magis eveniet, quo cuiusque animus artius cum Deo coniungetur.

Nam nulla sane pax, in hominum universitate insidet, nisi in uniuscuiusque hominis animo ea insederit : nisi videlicet quisque in semetipso ordinem servaverit, quem Deus servari iussit. Qua de re ita S. Augustinus hominem rogat : *Vult autem mens tua idonea esse vincere libidines tuas? Subdatur maiori et vincet inferiorem: et erit pax in te: vera, certa, ordinatis sima, Qui est ordo pacis huius? Deus imperat menti: mens carni: nihil ordinatius.*™

Nimirum igitur quae hactenus de quaestionibus docuimus, hominum societatem tantopere in praesentia sollicitantibus, cumque humanae communitatis profectibus quam maxime coniunctis, ea utique in animum Nostrum acerrima illa desideratio iniecit, ^ua omnes homines flagrare constat, quotquot bona voluntate ornantur: pacem nempe hisce in terris confirmari.

Quippe qui — licet muneri impares — eius vicaria potestate

e» ***Miscellanea Augustiniana...*** S. AUGUSTINI ***Sermones post Maurinos reperti.*** Roma, 1930, p. 633.

fungamur, quem nuntius ille, praesagientis animi divinatione, *Principem pacis* appellavit,[70] Nostrarum esse partium ducimus cogitationes, curas, viresque Nostras huic communi omnium bono provehendo dicare. Attamen pax inane verbum est, nisi in ea rerum compositione vertitur, quam omni quidem spe common Nostris hisce Litteris Encyclicis quasi primis lineis adumbravimus : compositionem dicimus in veritate positam, ad iustitiae praecepta constitutam, caritate altam et expletam, libertate postremo auspice effectam.

Quae quidem res tam magnifica tamque excelsa est existimanda, ut eam homo, etsi bona laudeque digna voluntate praeditus, si suis dumtaxat viribus elaboret, ad exitum ullo modo perducere nequeat. Scilicet ut hominum societas regnum Dei quanta maxima potest similitudine referat, ipsius caelestis Numinis auxilio vehementer est opus.

Rerum igitur ordo ipse poscit, ut per sacros hos dies, supplices illi admoveamus preces, qui suis acerbissimis cruciatibus suaque morte non modo peccata diluit, fontem et caput discidiorum, miseriarum, inaequalitatum, verum etiam suo profuso sanguine hominum genus cum caelesti Patre suo in gratiam reduxit, pacis muneribus impertitis: *Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum. ... Et veniens evangelizavit pacem vobis, qui longe fuistis, et pacem iis qui prope.*[71]

Atque in sacris horum dierum ritibus idem resonat nuntius : *Surgens Iesus Dominus Noster, stans in medio discipulorum suorum dixit:* Pax vobis, alleluia : *gavisi sunt discipuli viso Domino.*[72] Itaque pacem nobis Christus attulit, pacem reliquit: *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis.*[73]

Hanc ergo pacem a divino Redemptore nobis allatam, ab

70 Cf. Is. 9, 6.
71 ***Eph.*** 2, 14-17.
72 Resp. ad Mat., in feria VI infra oct. Paschae.
73 Io. 14, 27.

ipso summis precibus petamus. Abstergeat ille ab hominum animis quidquid pacem labefactare potest, omnesque in veritatis, iustitiae fraternaeque caritatis testes fingat. Suo praeterea lumine eorum qui populis praesunt mentes collustrat, ut una cum dignis prosperitatibus, civibus pulcherrimum pacis donum tutum praestent. Ad ultimum, omnium hominum voluntates Christus incendat ad repagula perfringenda, quibus alii distineantur ab aliis, ad caritatis mutuae confirmanda vincula, ad alios intellegendos, ad ignoscendum denique iis qui iniuriam intulerint. Ita nimirum ut, eo auctore et auspice, populi omnes inter se fraterno more complectantur, in iisque semper floreat semperque dominetur optatissima pax.

Extremum id ominantes, Venerabiles Fratres, ut eiusmodi pax ad greges prorepat vobis commissos, per commodum maxime tenuissimorum hominum, qui peculiari egeant adiumento et tutela, Apostolicam Benedictionem vobismetipsis, sacerdotibus ex utroque clero, religiosis viris virginibusque Deo devotis, et christifidelibus omnibus, sed iis nominatim, qui Nostris hisce hortationibus magno animo parebunt, peramanter in Domino impertimus. Universis vero bonae voluntatis hominibus, ad quos etiam hae Litterae Nostrae Encyclicae pertinent, salutem et prosperitatem a summo Deo imploramus.

Datum Romae, apud S. Petrum, in Cena D. N. I. C, die xi mensis Aprilis anno MDCCCCLXIII, Pontificatus Nostri quinto.

IOANNES PP. XXIII

An. et vol. LV 2 Maii 1963 (Ser. III, v. V) - N. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PP. XXIII

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabilis Dei Famula Elisabeth Anna Bayley, vidi. Seton, Instituti Sororum a Caritate S. Ioseph in America Septemtrionali fundatrix, Beata renuntiatur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — « Eliquabatur veritas tua in cor meum et ex ea aestuabat affectus pietatis » : haec verba, quibus Sanctus Augustinus,[1] ad catholicam fidem traductus, divinae bonitatis extulit munus, merito ad lectissimam transferuntur mulierem, quae, aliunde in Petriani gregis saepta ingressa et superno amore vulnerata, primus veluti flos e Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis hodie eorum inseritur numero, quos ut Beatos Caelites Ecclesia veneratur ac fidelibus ad imitandum proponit; estque cur praedicetur huius Sanctae Matris gloriosa fecunditas, quae filiorum sanctimonia, ortorum « ex omnibus gentibus et tribubus et populis et linguis »,[2] decorata refulget. Est etiam cur gaudeamus, quod caelestes honores inditae Famulae Dei eo tempore decerni contingit, quo Concilium agitur Oecumenicum Vaticanum Secundum, quod eo quoque contendit, ut fratres in Christo, a communione Sedis Apostolicae seiuncti, unum expetant Boni Pastoris ovile. Elisabeth Anna, cuius celebramus honores, nata est Neo-Eboraci,

[1] *Conf.* 9, 6.
[2] *Apoc.* 7, 9.

in urbe amplissima Septemtrionalis Americae, ante Foederatas Civitates constitutas, die duodetricesima mensis Augusti, Hipponensi, quem diximus, Episcopo sacra, anno millesimo septingentésimo septuagesimo quarto, e Kichardo Bayley, medico clarissimo, et Catharina Charlton, qui, censu et probitate conspicui, episcopalianam, quam vocant, sectam profitebantur. Cuius ritu infantula est abluta baptismate ac diligenter educata. Pater, uxore mature amissa et altera ducta, e qua septem filios suscepit, nihil omisit, quin Elisabeth Annam, ingenio acri et docili praeditam, optimis rebus instituendam curaret. Qua de causa haec eum singulariter dilexit et ad mortem ipsius usque omnibus est prosecuta ofiiciis. Quo erat animo ad pietatem proclivi, Famula Dei se in doctrina cultu que episcopaliano exercuit sedulo, in deliciis praesertim habens precationes et litteras divinas, solebatque dominicam Cenam, quam dicunt, crebro et cupide sumere et agere conscientiae suae censuram. Virgo duodeviginti annorum, munus sibi praestitutum quodam modo praesagiens, de domo cogitavit, quo pueros et puellas viciniae congregaret ad faciendas precationes et litterarum accipienda rudimenta, ac de locis, ubi segrex unique Deo dedita vita duceretur. Deinde, vicesimum agens annum aetatis, Elisabeth Anna, politiore humanitate exculta virtutumque laude ornata, Gulielmo Magee Seton, mercatori, est matrimonio iuncta. Eum uxor probissima unice amavit et mater sollertissima filios, quorum quinque progenuit, domestica eduxit disciplina aluitque pietate. Quos iam ante partus tempus Deo sacravit, eum rogans, ut postea eos potius mori iuberet quam culpa pa-teretur foedari. Alios ad cultum cohortans divinum, pauperibus etiam miserentissime afïuit opusque suis manibus fecit, ut eorum inopiam subievaret. Quo factum est, ut « soror protestantica a caritate » vulgo appellaretur. Mortes vero propinquorum ipsiusque patris, adversa mariti valetudo, mercatura inclinata animum eius non fregerunt, quae Deo firmissime fidebat. Anno millesimo octingentesimo tertio, viri morbo ingravescente, Famula Dei, medico obsecuta, qui aegroto mitioris caeli suaserat locum, una cum filia Anna coniugem, tabe languentem, Liburnum est comitata. Tamen, cum ad Tuscum illum portum appulissent, ob periculum febris, quae contagione vVlgaretur, advenae iussi sunt in foetidum valetudinarium sese recipere. Ubi, inter angustias et aerumnas plurimas, mulier fortis et uxor sollicita marito omnem, quam poterat, curam adhibuit eiusque animum ad Deum erexit. Post mensem transactum, infortunata familia tandem inde est dimissa, tamen Gulielmus Magee Seton die vicesima septima mensis Decembris eodem anno, Pisis, cum coniux die noctuque

ei assedisset eumque ad vitae exitum rite comparasset, piam obiit mortem. Qui testes fuerunt virtutis, cuius Famula Dei tunc specimen dedit, exclamasse feruntur : « Haec, nisi foret haeretica, esset Sancta dicenda)). Mirum quantum christiani auxilii et solacii Americanis peregrinatoribus post adventum in Italiam praebitum est ab optimis fratribus Philippo et Antonio Filicchi, oriundis Eugubio et Liburni facientibus mercaturam. Quorum prior in illorum patriam bis se contulerat, ubi in amicitiam venit Ioanni Carroll, sacrorum Antistiti Baltimorensi, qui parens Ecclesiae Foederatarum Civitatum Americae Septemtrionalis magna cum existimatione habebatur, et Gulielmo Seton, socero Elisabeth Annae. Uterque, maxime vero Antonius, benevolentia et liberalitate, praesertim vero ardore catholicae religionis, germanae ei praestitit fraternitatis officia, quae altitudine consilii divini Italiam petiverat ob calamitatem domesticam, ut semina fortunae amplissimae, verae dicimus fidei, ibi inveniret. Omnibus enim fere opibus destituta, Elisabeth Anna cum filia, post mortem mariti, hospitio excepta est in ipsam domum Antonii Filicchi, quasi personam gereret Salvatoris ; ubi valde commota est familiae eius beneficae vitae exemplis, quippe quae plane congrueret cum religione, quam profitebatur, et integritatis morum caritatisque laude floreret. Antonius primum Famulum Dei prudenter induxisse videtur, ut de consectanda catholica fide cogitaret. Philippus vero, qui Anglicum callebat sermonem, parvum conscripsit tractatum, quo ei summam catholicae doctrinae exponeret, aliosque libros utiles tradidit. Ita, antequam ineunte anno millesimo octingentesimo quarto discederet de Italia, Elisabeth Anna, quae veritatem flagranti animo exquirebat, iam ad ipsa limina Ecclesiae pervenit, ingressum vero distulit, amicorum obsecundans consilio. Ne sola cum filia longo itineri sese committeret, Antonius Filicchi ei fidum se comitem adiunxit. Navigationis tempus insumpsit in pernoscenda re catholica ac legendis libris vitam Sanctorum narrantibus, Deumque impensis precibus rogavit, ut omnem maculam animae suae abstergeret. In patriam reversa suisque carissimis pignoribus reddita, in multas incidit acerbitates; Eebeccam enim, mariti sororem, qua intime utebatur, letali morbo implicitam repperit, in re familiari coepit valde laborare, maximo vero aestu fluctuavit, cum propinqui, amicae, praesertim Ioannes Hobart, episcopalianae ecclesiae Sanctissimae Trinitatis praepositus, cuius religiosae moderationi se dudum crediderat, omni ope a fide catholica eam déterrèrent. Qua ingenti rixa interiore ad vegrandem est maciem reducta. Consiliis vero Ioannis Carroll, Praesulis Baltimorensis,

aliorumque sacerdotum confirmatae, Antonii Filicchi pio fultae adiumento, imprimis gratiae divinae munere roboratae omnes tandem compedes sunt ademptae : die enim cinerum, vicesima septima mensis Februarii anno millesimo octingentesimo quinto, cum in catholicam ecclesiam Sancti Petri Neo-Eboraci se intulisset, ((quasi luce securitatis infusa cordi eius, omnes dubitationis tenebrae diffugerunt » ;[3] statuique nomen sectae episcopalianae eiurare et ei adhaerere religioni, quae in Beato Petro ut certissimo fundamento inniteretur. Quod, spirituali gaudio perfusa, die quarta decima mensis Martii eodem anno coram Matthaeo 0'Brien, praedicti templi parocho, rite peregit una cum quinque filiis, qui iidem, ut ipsa scripsit, tunc « in aream Sancti Petri » intrarunt. Postero die baptismo sub condicione et secreto, quemadmodum videtur, fuit lustrata, ac paulo post paenitentiae sacramento eluit ante actae vitae admissa et Eucharisticum convivium, Christi Sponsi amore succensa, participavit. Dogma enim, quo Christum sub panis et vini speciebus revera esse praesentem certissime creditur, vehementi caritatis igne animum eius inflammavit; quin immo fides in augustum Eucharistiae Sacramentum causa et ratio fuerat, cur ad catholicam transiret Ecclesiam. Subsequente anno, feria secunda post Pentecosten, die vicesima sexta mensis Maii, a Ioanne Carroll Episcopo sacro chrismate iniuncta, in palaestram virtutum alacris prodiit. Ut rationibus vitae consuleret — necessarii enim, paucis exceptis, ob mutatam fidem eam dereliquerant — Neo-Eboraci parvam convictus sedem instituit. Ut ex eius epistulis et memoriali libello colligitur, totis viribus annitebatur, ut sanctimoniam consequeretur. Nihil neglegens, quod ad filiorum educationem pertineret, religionem catholicam defendendam propagandamque suscepit ; qua ex parte iuvat memorare eam Caeciliam Seton, mariti sui virtute praestantem sororem, veritatis muneris fecisse participem eaque de causa maximam sibi peperisse invidiam. Post Antonii Filicchi discessum, qui pecunia quoque Famulam Dei large adiuvit, haec, auctore Valentino Dubourg e Societate Presbyterorum a Sancto Sulpitio, Baltimorae scholam aperuit, ut puellas ad catholicae legis rationem institueret, atque adeo consilium, quod adulescentula olim inierat, ad effectum deduxit. Iam religiosarum sodalium more vivere coepit cum sociabus, quae ei se aggregarant. In animum etiam induxit puellas obscuro loco natas et pressas paupertate curis maternis relevare. Novum igitur institutum, egregii cuiusdam viri munificentia, in salubri condidit loco,

Cfr. S. August., ***Conf.*** 8, 12.

((Emmitsburg » vulgo appellato, quod sedes effectum est Congregationis Sororum a caritate Sancti Ioseph, quarum Elisabeth Anna parens fuit atque magistra. Natalem huius familiae Dei devotae, ad quam constituendam Ioannes Dubois, sacerdos ex eadem Sulpitiana Societate, praeclara attulit adiumenta, Famula Dei cum sodalibus die tricésima mensis Iulii anno millesimo octingentesimo nono in domo angusta quidem sed ampla caritatis spatiis egit ; scilicet in terram Americanam semen iniecit, quod, divino numine afflante, in proceram arborem excrevit. Ioannes Carroll, Baltimorensis tunc Archiepiscopus, qui Elisabeth Annae magnopere favit, Eegulam Filiarum Caritatis, Sancti Vincentii a Paulo discipularum, qua nova religiosa familia obstringeretur, ita immutari permisit, ut institutio puellarum locum principem obtineret. Anna Seton, Famulae Dei bis filia, et carne et religiosae vitae proposito, adhuc novitia mature decessit, postquam sacra vota, prima e nova Congregatione, nuncupavit. Cuius in obitu mater luculenter ostendit, quam amanti obsequio ad Dei voluntatem se accommodaret. Exacto novitiatus tempore, die undevicesima mensis Iulii anno millesimo octingentesimo tertio decimo ea cum septemdecim sororibus Domino votorum sponsione se obligavit. Hanc igitur virginum Christi familiam et iuventutis subolem, ad pietatem humanitatemque erudiendam, Elisabeth Anna, vidua, mater familias simulque generalis antistita, prudentia summa eaque rexit caritate, quae « ad alios se inclinat, ad alios se erigit ; aliis blanda, aliis severa, nulli inimica, omnibus mater ».[4] Id igitur in Famulae Dei laudibus ponitur, quod auctor habetur scholae liberae, quam vocant, atque gratuitae pauperibus patentis, quae in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis hodieque magna cum fructuum copia viget. Cum anno millesimo octingentesimo duodevicesimo moderatrix generalis tertium esset electa, Elisabeth Anna ad mortem id factum esse lepide significavit. Re quidem vera paulatim ad ultimam tabem redacta est, cuius morbi dolores patienter toleravit. Die denique quarta mensis Ianuarii anno millesimo octingentesimo vicesimo primo, Sacramentis ad exitum vitae communita et Sorores hortata, ut filias Ecclesiae se praestaret, in domo illa, Sancto Ioseph sacra, singularis exempli mulier, quae veritatem ardenti animo quaesivit eaque inventa Americam catholica disciplina caritatisque operibus locupletavit, in caelestem abiit aulam, ea visura, quae nec aspectu oculorum attingi nec auribus percipi nec ulla cogitatione queunt comprehendi.[5] In terra autem sanctimoniae

[4] S. August., ***De eat. rud.*** 15.

[5] Cfr. ***I Cor.*** 2, 9.

eius famam, in dies percrebrescentem, Deus miraculis visus est comprobare. Quapropter Causa de Beatorum Caelitum honoribus ei tribuendis coepta est agi, atque post ordinarios, quos vocant, processus Commissio introductionis Causae a Pio Pp. XII, Decessore Nostro rec. mem., die duodetricesima mensis Februarii anno millesimo nongentesimo quadragesimo obsignata. Positione deinde super virtutibus a Sectione historica Sacrae Rituum Congregationis ex officio confecta, quae in locum Processus Apostolici est substituía et in qua omnia documenta, sive ad vitam eius sive ad virtutes pertinentia, criticae, quam servat, methodi trutina sunt expensa, de virtutibus theologalibus et cardinalibus Venerabilis Elisabeth Annae Bayley, viduae Seton, est disceptatum ; quas, omnibus perspectis, Nos, edito Decreto die vicesima mensis Decembris anno millesimo nongentesimo undesexagesimo, ab ea heroum in modum cultas esse ediximus. Exercita postea quaestione de miraculis, quae, Famula Dei deprecante, a Deo ferebantur patrata, omnibusque rebus diligenter exquisitis, Nos die vicesima quinta mensis Februarii anno millesimo nongentesimo sexagesimo tertio de duobus pronuntiavimus constare. Unum igitur superfuit excutiendum, num Serva Dei inter Beatos Caelites tuto foret recensenda. Quod quidem factum est. Purpurati enim Patres sacris Ritibus tuendis praepositi, Praelati Officiales Patresque Consultores id fieri posse cunctis sententiis affirmaverunt. Quorum exceptis suffragiis, Nos die septima mensis Martii hoc anno ad Venerabilis Famulae Dei Elisabeth Annae Bayley, viduae Seton, sollemnem Beatificationem *tuto* **procedi posse ediximus. Quae cum ita sint, Nos vota Sororum a caritate, quae ipsam habent auctorem, et catholici populi Foederatarum Civitatum Americae Septemtrionalis explentes, harum Litterarum vi et auctoritate Nostra Apostolica, facultatem facimus, ut Venerabilis Famula Dei Elisabeth Anna Bayley, vidua Seton,** *Beatae* **nomine in posterum appelletur, eiusque corpus et lipsana seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae Christifidelium venerationi proponantur, atque etiam, ut eiusdem Beatae imagines radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra concedimus, ut de ea quotannis recitetur Officium de Communi non Virginum cum lectionibus propriis per Nos approbatis et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis item probatis celebretur iuxta Missalis et Breviarii Eomani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in archidioecesi Neo-Eboracensi, in qua Beata ipsa orta est, et Baltimorensi, cuius intra fines diem obiit supremum ; itemque in templis et sacellis ubique terrarum sitis, quibus**

Sorores, quae ab eadem Beata originem ducunt, utuntur, ab omnibus Christifidelibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus, ad templa seu sacella, in quibus eiusdem Beatae festum agatur, convenientibus. Largimur denique, ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Elisabeth Annae Bayley, viduae Seton, servatis servandis, supra dictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate statuendis, intra annum, postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis nec non Decretis de non cultu editis ceterisque quibusvis contrariis. Volumus autem, ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, etiam in iudicialibus disceptationibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVII mensis Martii, Dominica III in Quadragesima, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

Venerabilis Dei Famulus Aloisius Maria Palazzolo, sacerdos saecularis, Instituti Sororum Paupercularum fundator, Beatus renuntiatur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Bergomum, urbs venusta situ, rerum gestarum memoria artisque operibus melita, eo vel magis inclaruit, quod generosae subolis, sanctimonia praestantis, fuit mater et altrix. Quam enim Alexander aliique Martyres sanguine pro Christi fide effuso olim irrorarant et Sancti Episcopi, veluti Narnus, Viator, Ioannes, Gregorius Barbadicus, sapienti moderatione provexerant, eam, ut aliquot recenseamus, Beatae Teresia Eustochium Verzeri et Paula Elisabeth Cerioli cura iuventutis et caritatis officiis fecund arunt. Gratias vero Deo animo agimus submisso, quod Nobis singulari eius beneficio hodie datur his Bergomatis Ecclesiae luminibus novum quasi sidus annume-

rare universoque populo fideli proponere, Aloisium Mariam Palazzolo dicimus, sacerdotem, aemulum virtutis maiorum eorumque gloriae consortem. Cuius aetas iungitur Nostrae, siquidem, cum quinque annos nati essemus, ille piissimo exitu ad caelum evolavit. Meminimus ipsi — est autem haec suavissima e recordationibus, quae ad infantiae Nostrae spatium pertinent — nuntium mortis eius ipso vespere diei quintae decimae mensis Iunii anno millesimo octingentesimo octogesimo sexto, statim post egressum ex ecclesia, ubi Mariale Rosarium erat recitatum, Christifidelibus, quos inter eramus, allatum esse a parocho tunc Nostro Francisco Rebuzzini, viro insigni bonitate. Oh, quanto afficimur gaudio, cum eius hic referimus venerabile nomen ! Is enim, qui Nos salutari baptismatis aqua lustravit ac disciplina et exemplo suo puerum induxit, ut celsam spectaremus sacerdotii metam, Famuli Dei in sacro seminario condiscipulus fuerat eique intimus quoad sacerdotalis vitae spiritualia incrementa, atque modeste coniunctus cum eo aliisque non paucis e clero dioecesano temporum illorum ad consectandum religionis ardorem ex eoque operandum et ad obeunda pastoralia munera. Cum praeterea, iuvenile aevum agentes, ad ecclesiastica munera Nos compararëmus, quotannis una cum sociis sepulchrum praeclari illius viri consueveramus invisere, magis eius imploraturi auxilium quam preces pro eo f usuri; etenim fore persuasum omnibus erat, ut ossa ipsius quondam eo colerentur honore^ qui Caelitum reliquiis tribui solet. E vitae quoque eius descriptione quot tunc hausimus invitamenta, quos Deus amore domus suae mature praevenerat ! Lectissimus hic Ecclesiae alumnus natus est Bergomi die decima mensis Decembris anno millesimo octingentesimo vicesimo septimo, duodecimus isque postremus veluti flos honoratissimae familiae Octavii Palazzolo et Teresiae Antoine, qui rebus humanis affatim praediti, maximas tamen divitias existimabant virtutes domesticas. Postera die in paroeciali templo Sancti Alexandri in Columna renato fonte baptismatis inditum est nomen Aloisius Maria, quod eius vitae omen fuisse videtur, utpote integrae a saeculi corruptelis et uni Christo eiusque fratribus deditae. Cum ob adversam valetudinem horum coniugum proles immatura morte esset abrepta, Aloisius Maria, et ipse praegracilis et ad aegritudinem proclivis, multiplici curatione adhibita, servatus est, ut Ecclesiam pietatis suae operumque fulgore illustraret. Ut Sanctus Ioannes Bosco, ita et Famulus Dei matrem habuit primam ducem ad studium religionis ac postea nobilis laboris adiutricem. Cum decimum aetatis ageret annum, puer patre orbatus est, qui possessor praediorum fuit et librariam tabernam exer-

cuit, videturque tum primum refectus esse epulo divino. Bergomi in ludo litterario et scholis secundi ordinis optime est institutus, ita ut primas facile tulerit; simul vero christiana sapientia excoluit animum, magistro usus Petro Sironi, sacerdote, qui hunc in Christo filium vehementer dilexit et viginti annos in semitis Dei ferendis fructuose est moderatus. Cui viro eximio deinde adiunctus est in munere eodem obeundo Alexander Valsecchi, canonicus et postmodum auxiliaris Episcopus Antistitis sacrorum Bergomatis, qui quadraginta annos, ad suum obitum usque, Aloisio Mariae id praestitit, et priore vita functo, unus ei fuit consiliorum auctor et amicus certissimus. Ita Deus duos comites et custodes dedit Famulo suo, quorum ductu sanctitatis culmen ascenderet. Qui anno millesimo octingentesimo quadragesimo primo a Carolo Morlacchi, Bergomensi Episcopo, chrismate sancto inunctus, ad christianae vitae certamen alacriter ineundum est confirmatus. Elucebant enim in eo iam tum simplicitas animique candor, docilitas, festivitas ac praecipuus miserationis affectus, quo motus pauperibus solebat erogare stipem tam largiter, ut a matre debuerit cohiberi, et aegrotos in publico nosocomio vel domi decumbentes officiis caritatis relevare. Deo vocanti sine mora obsecutus, Aloisius Maria anno millesimo octingentesimo i quadragesimo quinto nomen sacro seminario dedit, ut ad sacerdotium pietate ac doctrina sese componeret. Die denique vicesima tertia mensis Iunii anno millesimo octingentesimo quinquagesimo iuvenis, ardens in munus angelicum, ab Episcopo suo, qui supra est dictus, in presbyterorum ordinem fuit ascitus, astante matre, muliere vere christiana, quae Ecclesiae tradiderat filium hunc unum superstitem, in Christo generaturum plurimos, qui exstincti generis sui longe amplior gloria quam proles carnis essent futuri. Pastoris Boni exemplo, qui oves adducit easque vocat nominatim,[1] adulescentulis in sodalicio congregatis, quod ((oratorium » appellant, sedulo coepit operam dare, qua in re iam se exercuerat ut sacrorum alumnus. Itaque in plebeia et paupérrima urbis Bergomi regione, et quidem in via, cui nomen ((Foppa », sacerdotem Petrum Donati, eius coetus moderatorem, praeclare adiuvit in puerorum religiosa institutione, ludis etiam scaenicis, praesertim neuropastis, aliisque honestis oblectamentis eos a periculis amovens. Fuit enim Famulus Dei a prima aetate ingenio ad poesim et musicam facili, quas dotes mentis apostolatui mirifice iussit inservire. Qui totum se dedidit ipsi, eum clamosa iuventus summo prosequebatur amore, ei adhaerebat, eius allicie-

[1] Cfr. ***Io.* io,** 3.

I

batur suavitate; quam ob rem « oratorium », quod anno millesimo octingentesimo quinquagesimo quinto solus regendum suscepit et, adiecta quoque sacra aede, amplificavit, maxime floruit laudesque civilium potestatum promeruit. Ut scribendi imperitos adulescentes operarios, rústicos, artifices aliisque ministeriis per diem distentos ad humanitatem informaret, scholam vespertinam ibidem aperuit, socialis rei, christiana lege innixae, progressionem quodam modo praenuntians. Tamen, ut aurum igne solet probari, ita Famulus Dei gravibus est afflictus acerbitatibus. Locationis enim pactione rescissa, « oratorium » coactus est claudere puerosque, quibus pater exstiterat atque magister, dimittere. Post paucos vero annos, adiuvante piissima matre, novum condidit « oratorium », ecclesia aedibusque a fundamentis excitatis, quod Sancto Philippo Nerio esse voluit sacrum. Eo post obitum matris se recepit, ut pauper cum pauperibus, parvulus cum parvulis semper conversaretur. Est etiam prae Nobis ferendum ibi sedem fuisse primam consociationis Bergomatis ab Actione Catholica, cui itidem Aloisius Maria sollertes curas impendit. Conscientiae Moderatore hortante, ad puellas etiam Christo servandas sese applicuit. Primo quidem socium et adiutorem se praebuit operis, a Sancta Dorothea Virgine nuncupati et ab optimis fratribus Luca et Marco e comitibus Passi instituti, ut adulescentularum, praesertim opificum, spirituali consuleretur saluti; deinde vero in aedibus, ad viam « Foppa » positis et pecunia comparatis, « oratorium », ab eadem Sancta Dorothea appellatum, puellis iussit patere. Quod opus, Dei numine afflante, in sodalitatem piarum mulierum, quae prius a Sancta Virgine illa nomen acceperunt, postea vero Sorores Paupercularum sunt vocatae, ingenti cum fructuum copia excrevit. Itaque, post morbum toleratum et veluti divinitus accepta adiutrice Teresia Gabrieli, ludi magistra, Famulus Dei die vicesima secunda mensis Maii anno millesimo octingentesimo undeseptuagesimo tanti incepti initium fecit. Tunc coram imagine Sacrorum Cordium Iesu et Mariae et Famulo Dei pia eadem mulier tria vota religionis nuncupavit, cui addidit quartum peculiaris oboedientiae Sedi Apostolicae et Episcopo suo praestandae, eo consilio ut sine ulla exceptione saluti spirituali et corporeae omnium pauperum Christi se devoveret. Eadem die Famulus Dei, gaudio exsultans, puellam corpore deformem, parentibus orbatam et ab omnibus derelictam, excepit estque in hanc locutus sententiam, quae novi Instituti esset primaria ratio : « Optime sane ; peropportune id contingit. Eos enim quaero et congrego, quos répudiant ceteri; nam, cum ab aliis fertur auxilium, id aptius fit quam a me ipso ; tamen cum alii rem assequi nequeunt,

tunc aliquid egomet, quantum poterò, agam ». Nec umquam ab hoc descivit consilio. Cum eodem anno Romae commoraretur, comes venerandi pietatis magistri sui Alexandri Valsecchi, ad episcopalem honorem provecti, in asceterio ad Sancti Eusebii templum, ubi spiritualibus exercitationibus vacabat, Aloisius Maria superna gratia est singulariter tactus; statuit enim omnibus rebus plane se abdicare vitamque ducere abiectam cum Christo, ut omnes ei lucrifaceret. Tunc revera sanctitatis conscendit fastigium, qui amplissimas fortunas hereditate acceptas in pauperes profudit et inopia summa asperisque cruciatibus Magistrum suum imitari contendit. Forti serenoque animo tempestatem tulit, adversus se suumque opus tunc temporis concitatam : coepit enim ipse eiusque sodales in vulgi fabulis esse et obiectationibus pungi. Tunc praeclarum dedit specimen humilitatis animique cum Deo coniuncti; confessus est enim Alexandro Valsecchi, Episcopo, virtutem ipsius temptanti, se paratum esse ab omni incepto recedere, si haec esset voluntas divina. Cum priores aedes iam non essent idoneae, novas curavit exstruendas, in quibus una cum Sororibus magno numero pupillarum, et quae omni genere miseriae conflictarentur, praeterea puellis in « oratorium » convenientibus, inexhaustae caritatis suae opes impertiit. Regulam quoque, sapientiae plenam, a Familia sua religiosa servandam, conscripsit, quam Caietanus Camillus Guindani, Bergomensis Episcopus, anno millesimo octingentesimo octogesimo sexto, uno mense ante Dei Famuli mortem, et Apostolica Sedes anno millesimo nongentesimo duodecimo approbarunt. « Ubi est caritas, ibi et bonorum operum fecunditas » : haec verba Sancti Laurentii Iustiniani[2] in hunc magnanimum sacerdotem merito licet transferri ; ut enim pueris pupillis opitularetur, in villa rustica, quae hereditate ipsi obtigerat quaeque « Torre Boldone » vulgo appellabatur, paterna cura eos fovendos suscepit. Quos, agrorum culturae addictos, commisit servo suo Ioanni Baptistae Leidi, viro probissimo, cui alii sodales se adiunxerunt. Ita factum est, ut die quarta mensis Octobris anno millesimo octingentesimo septuagesimo secundo legitime constitueretur religiosa Congregatio Fratrum a Sacra Familia, cuius esset pueris orphanis christianae caritatis et institutionis afferre adiumenta, cuique Famulus Dei tribuit Regulam similis Instituti conditi a Beata Paula Elisabeth Cerioli. Difficultatibus pluribus evictis, utraque sodalitas, maxime vero Sororum Paupercularum, mirum quantum aucta est et propagata. Nos ipsi, cum decem annos essemus ab epi-

[2] ***De triumphali Christi agone,*** 14.

stulis Iacobi Mariae Radini-Tedeschi, Ecclesiae Bergomatis praecellentis Episcopi, saepius in domibus Sororum, quarum Aloisius Maria Palazzolo fuerat legifer pater, animum illius in filias velut transfusum et vigorem fervoremque Instituti experiendo cognovimus. Fuit autem hoc proprium Famuli Dei se ipsum submittere atque contemnere, a saeculo rebusque humanis sese abstrahere, religiosissime oboedire Episcopo ceterisque Moderatoribus, summa observantia colere Christi in terris Vicarium. Quibus virtutibus cumuli instar addebatur flagrantissima caritas, quae eum effecit parentem orphanorum, amicum iuventutis, pauperum administrum. Idem ignis impulit eum, ut Bergomi aliisque locis verbum Dei missionalium more populo annuntiaret simplici et candido genere dicendi, scilicet « ad infirmitatem audientium descendendo »,[3] et peccata confitentibus assidue aures praeberet. Iam dignus fuit indefatigatos apostolus, qui caeleste ferret praemium laborum : anno enim millesimo octingentesimo octogesimo sexto gravi implicitus morbo et animi divexatus angoribus, ad Iesu complexum se paravit. Eum compellavit, de peccatoribus ad Deum convertendis obiter dixit, cum iam deficeret animo. Denique die quinta decima mensis Iunii eodem anno, Sacramentis Ecclesiae piissime sumptis, Bergomi ex huius saeculi tenebris ad sempiternam lucem, numquam defuturam, excessit. Qua die funeris exsequiae sunt celebratae, tota civitas nec ea solum, quasi triumphi splendore visa est excitari; triumphi dicimus, quo humilis sacerdotis sanctimonia, praesertim caritas nescia finibus ullis contineri, praedicaretur. Moriens Aloisius Maria magnam reliquit hereditatem, non modo memoriam virtutum, ob quas « Sanctus » coeptus est appellari, sed etiam genus electum Deoque devotum, quod opus eius facere perrexit, et multos sacerdotes, quos e loco obscuro ad capessendum sacerdotale munus, impensa sua, perduxerat. Nec umquam populus Bergomas oblitus est huius viri, qui veluti angelus « pertransierat benefaciendo ».[4] Corpus exanimum in publico conditum sepulchreto, anno millesimo nongentesimo quarto rite recognitum in sacram aedem domus praecipuae Sororum Paupercularum fuit translatum. Increbrescente vero Servi Dei fama sanctimoniae, quam Deus miraculis etiam visus est comprobare, Causa de Beatorum Caelitum honoribus ei decernendis est acta; atque post ordinarios, ut appellant, processus, Commissio introductionis Causae, apud Sacram Rituum Congregationem instituendae, die vicesima mensis Novembris anno millesimo nongentesimo duodesexa-

[3] Cfr. S. Greg. M., ***Mor.*** 20, 2.

[4] Cfr. ***Act.*** 10, 38.

gesimo a Nobis obsignata. Apostolicis deinde inquisitionibus absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus Venerabilis Aloisii Mariae Palazzolo est disceptatum ; quas, omnibus perspectis et expensis, a Famulo Dei cultas esse heroum in modum Nos, lato Decreto die quinta decima mensis Iulii anno millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, ediximus. Exercita deinde quaestione de miraculis, quae, eiusdem nomine invocato, a Deo ferebantur patrata, omnique re in suetis comitiis diligenter exquisita, Nos die septima mensis Martii anno millesimo nongentesimo sexagesimo tertio de duobus pronuntiavimus constare. Unum igitur superfuit excutiendum, num Famulus Dei inter Beatos Caelites tuto foret recensendus. Quod quidem factum est. Purpurati enim Patres sacris Ritibus tuendis praepositi, Praelati Officiales Patresque Consultores id fieri posse cunctis sententiis affirmaverunt. Quorum exceptis suffragiis, Nos die quinta decima mensis Martii hoc anno ad Venerabilis Famuli Dei Aloisii Mariae Palazzolo sollemnem Beatificationem *tuto* **procedi posse ediximus. Quae cum ita sint, Nos, vota dioecesis Bergomensis et Congregationis Sororum Paupercularum explentes, harum Litterarum vi atque auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabilis Famulus Dei Aloisius Maria Palazzolo, sacerdos,** *Beati* **nomine in posterum appelletur, eiusque corpus ac lipsana, seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae Christifidelium venerationi proponantur, atque etiam, ut eiusdem Beati imagines radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra concedimus, ut de illo quotannis recitetur Officium de Communi Confessorum non Pontificum cum lectionibus propriis per Nos approbatis, et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis approbatis celebretur iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in dioecesi Bergomensi, cuius intra fines Beatus ipse ortus est diemque obiit supremum, itemque in templis et sacellis ubique terrarum sitis, quibus Institutum Sororum Paupercularum utitur, ab omnibus christifidelibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, a sacerdotibus omnibus, ad templa seu sacella, in quibus eiusdem Beati festum agatur, convenientibus. Largimur denique, ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Aloisii Mariae Palazzolo, servatis servandis, supra dictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima potestate statuendis, intra annum, postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis nec non Decretis de non**

cultu editis ceterisque quibuslibet contrariis. Volumus autem, ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint eiusdemque Congregationis sigillo munita, etiam in iudicialibus disceptationibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Martii, in festo Sancti Ioseph Sponsi Beatae Mariae Virginis, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Sanctus Franciscus a Paula praecipuus caelestis Patronus universae Provinciae Ecclesiasticae Calabrae declaratur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Lumen Calabriae, quae nunc dicitur, Sanctus Franciscus a Paula, propter eximiam vitae sanctimoniam ac supernorum munerum, ipsius deprecatione impetrator um, copiam ab eius regionis incolis impensis atque perpetuis obsequiis colitur. Cuius religionis domicilium praecipuum est templum insigne, quod Paulae esse cognoscitur, ubi praeclarissimus vir in lucem est editus Ordinisque sui iecit fundamenta. Gloriosum hunc fidei confessorem ac sollertem caritatis administrum, « qui inter ceteros Christi athletas », ut ait Leo Pp. X, Decessor Noster, in Sanctorum Caelitum albo eum ascribens, ((suis meritis et exemplis ipsam sanctam Ecclesiam (divina cooperante gratia) multipliciter decoravit, praesentis temporis caligines suae lampadis fulgore mirabiliter illustravit » (Bullarium Romanum, III, p. 476), Patres Concilii Provincialis Calabri Secundi caelestem Patronum regionis, ad quam amplissimus is Coetus referretur, expetiverunt. E quorum consensu Venerabilis Frater Ioannes Ferro, Rheginensis Archiepiscopus, preces hac de re Nobis adhibuit, quibus libentissime obsecundare statuimus. Quae cum ita sint, Nos ë Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Franciscum a Paula, Confessorem, uni-

versae Provinciae Ecclesiasticae Calabrae praecipuum apud Deum caelestem *Patronum* constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus regionum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die II mensis Iunii, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris cathedrali ecclesiae Czestochoviensi conferuntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Molis amplitudine, ornamentorum varietate, maxime vero religione perquam commendatur cathedrale templum Czestochoviense, Sacrae familiae Iesu, Mariae et Ioseph dicatum, quod scilicet e primis ecclesiis fuit, quae honori tam augusti coetus domestici dedicarentur. Quae melita aula Dei, anno videlicet MCMI excitata, Christifidelium multitudines pio perennique invitamento ad se convertit, quippe qui, nobile Czestochoviense sanctuarium Beatae, Mariae Virginis catervatim petentes, simul hoc egregium templum soleant adire. Artificiosis operibus et sacra supellectile eaque pretiosa princeps haec ecclesia est affatim instructa et divinorum rituum splendori, ut par est, consultum. Quae reputans cum animo volensque tam insignem domum Dei, Nostro beneficio, honore decoreque augere, Venerabilis Prater Zdzislaw Golinski, Czestochoviensis Episcopus, preces Nobis adhibuit, ut eam Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus supplicationibus libenti animo admissis, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra de-

que Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum cathedralem ecclesiam Czestochoviensem, Sacrae Familiae Iesu, Mariae et Ioseph dicatam, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis minime obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXII mensis Iunii, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

V

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris honestatur paroecialis ecclesia B. Mariae Virg. a Nazareth in urbe v. « Sestri Levante » appellata, dioecesis Clavarensis.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Communi consensu celebratur urbs Segesta Tigulliorum, quam, « Sestri Levante » vulgo nuncupatam et amoeno in litore positam, Ligustinum alluit mare; est autem nobilior ob egregium templum Beatae Mariae Virginis a Nazareth, utpote in quo religio et ars mirabili quodam foedere inter sese iungantur. Quo in loco saeculo xiv sacellum aedificatum est augustae Virginis Deiparae honori, cui, propter pietatem erga « Lauretanam domum », a Nazareth fuit adiecta appellatio. In crebrescentibus autem populi concursibus, sacra ea aedes delecta est, ut amplum templum ibi exstrueretur, quod, anno MDCXXiv rite consecratum, paroeciae sedes effectum est atque alterius ecclesiae cathedralis auctum honore. In ea, quam collegialem perinsignem Benedictus Pp. xiv, Decessor Noster, renuntiavit, Canonici frequentes rei divinae operam dederunt, nec desunt in praesenti, qui eiusmodi obeant munus. Venustatem autem templi et magnificentiam non

est quin admiretur : ipsum enim structurae genus, quod Romanicum dicitur, specimen praebet operis elegantia summa perfecti, aurea ibi refulgent ornamenta, imagines udo illitis coloribus pictae Marialem eam aulam totam illustrant. Imprimis vero maximum laudatur altare, decoratum marmoribus variae quidem pulchritudinis, pretiositatis unius. Cui superpositum est signum Dei Genetricis, a Francisco Schiaffino, egregio artifice Ligure, scitissime sculptum. Suggestus praeterea atque sacellum, quo fons salutaris lavacri continetur, digna sunt, quae praedicentur. Tamen inter omnia monumenta excellit imago Christi Cruci affixi, in quam cives ab antiquis temporibus singulari pietate feruntur. Quo animorum studio permotus, Leo Pp. XIII, Decessor Noster, inditam eam effigiem, anno MCMIII, per Legatum aurea corona ritu sollemni redimivit. Quo amplior huic templo accresceret honor, dilectus filius archipresbyter eiusdem, submisse Nos rogavit, ut id Basilicae minoris nomine ac iure donaremus. Quas preces, Venerabilis Fratris Francisci Marchesani, Clavarensis Episcopi, cuius in iurisdictione sita est sacra eadem aedes, ac praesertim Dilecti Filii Nostri Alfredi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Ottaviani, Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Secretarii, gravissima commendatione suffultas, libenti animo audire statuimus. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum paroecialem ecclesiam Beatae Mariae Virginis a Nazareth, quae in urbe ((Sestri Levante » vulgo appellata, et intra fines est dioecesis Clavarensis, ad dignitatem *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis eodem nomine insignitis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxii mensis Iunii, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

VI

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris paroecialis ecclesia Sacratissimo Cordi Iesu dicata in oppido « Conewago », dioecesis Harrisburgensis, decoratur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — « Caelo gratissimum oppidum » merito habetur « Conewago », uti appellant, cuius in praecipua laude est ponendum, quod Foederatarum Civitatum Americae Septemtrionalis, ac fortasse totius Americae aquilonaris, primum in eo conditum est templum curiale Sacratissimo Cordi Iesu dicatum et quod domicilium quoddam est actuosae vitae catholicae. Anno enim MDCCXXX ibi sacellum est aedificatam, cuius in loco inter annos MDCCLXXXV et MDCCLXXXVII ecclesia, quae nunc conspicitur, eo structurae genere, quod a coloniis nomen accepit, excitata fuit quasi praeclarissimum Cordis Divini monumentum eiusque munerum inexhaustum receptaculum. Ad quod opus efficiendum sollers contulerunt studium sodales e Societate Iesu, qui Evangelium in circumiacentem regionem uberi cum fructuum copia disseminar unt. Ex illo tempore paulatim molis accessione cultuque auctum est templum et ornamentis locupletatum, praesertim imaginibus, quas Franciscus Stecher udo illius **coloribus summa venustate expressit; vitreas quoque fenestras, egregio artificio confectas, non est quin admiretur. Quapropter ecclesia in pulchrioribus aedibus sacris amplae plagae illius numeratur. Ad hanc igitur religionis sedem persequentes Christifideles ex omnibus Civitatibus Foederatis iisdem solent accedere, ut pietatis officia obeant et « hauriant aquas de fontibus Salvatoris » (cfr.** *Is.* **12, 3). Quod laudatum studium cupiens vel auctibus provehere huiusque templi decorem amplificare, Venerabilis Frater Georgius Leo Leech, Harrisburgensis Episcopus, cuius in dioecesi sacra eadem aedes est posita, Nos rogavit, ut eam Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quas preces, Venerabilis Fratris Aegidii Vagnozzi, Archiepiscopi titulo Myrensis et Apostolici in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis Delegati, commendatione suffultas, libenti admisimus animo. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum paroecialem ecclesiam Sacratissimo Cordi Iesu in oppido « Conewago », quod nuncupant, dedicatam ad honorem ac dignitatem** *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus**

adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis eodem nomine insignitis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efiicaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Iunii, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

VII

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris Sanctuario B. Mariae Virg. « de Lluch », in Maioricensis dioecesis finibus, conferuntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Gloria et praesidium Balearum Insularum merito praedicatur Beata Maria Virgo « de Lluch », cuius venusta imago in Maioricensi templo, saeculo xin eius honori exstructo, perpetuis impensisque obsequiis colitur. Ad hanc effigiem Christifideles a vetere illa aetate consueverunt se catervatim effundere, atque, religionis studio incensi, insigne hoc Sanctuarium donis locupletare. Summi vero Pontifices, Decessores Nostri, Lucanam hanc domum Deiparae muneribus et honoribus cumularunt, maxime Callistus Pp. III, qui in ea presbyterorum collegium, quo splendidius Beatae Mariae Virginis cultus ageretur, instituit, Leo Pp. XIII, qui inditam imaginem illam per Legatum aureo diademate redimi vit, S. Pius Pp. X, qui, pietatem Marianam studens promovere, indulsit, ut vetus collegium paene exstinctum a Missionariis Sacrorum Cordium Iesu et Mariae instauraretur. Atque Nosmet ipsi, Maioricensis Episcopi precibus obsecundantes, Officium proprium Beatae Mariae Virginis ((de Lluch » cum Missa volentes concessimus. Templum vero ipsum molis amplitudine et magnificentia perquam commendatur, siquidem marmoribus variis, ornamentis aureis,

picturis renidet egregiis. Neque deest sacra supellex eaque pretiosa ; ritusque divini sollemni cum apparatu celebrari perhibentur a frequentibus Congregationis memoratae sodalibus, quibus amplae ibi sunt aedes iuventuti ad sacra instituendae. Quoniam sacellum, ubi venerata Deiparae imago est proposita, manu eleganti, opere eximio in praesenti reiicitur brevique hoc pietatis monumentum exigetur, dilectus filius Prior Collegii Sanctae Mariae « de Lluch », conspirata quoque vota populi fidelis significans, qui eos in sumptus libéralissime erogavit pecuniam, submisse Nos rogavit, ut nobilem hanc religionis sedem Lucanam Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus, Venerabilis Fratris Iesu Enciso Viana, Maioricensis Episcopi, commendatione suffultis, concedere statuimus animo libenti. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctuarium Beatae Mariae Virginis ((de Lluch », in Maioricensis dioecesis finibus positum, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis eodem nomine insignibus rite competunt: Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Iunii, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

VIII

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris cathedrali ecclesiae Materanensi tribuuntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Mateóla, antiqua regum sedes, urbs rerum gestarum memoria illustris, praeclarior vero religione, quam priscis acceptam temporibus per hominum aetates impigre coluit, egre-

gium pietatis domicilium merito praedicatur; siquidem saeculo x ibi exstiterunt Sanctus Hilarius, abbas, et Beata Eugenia, monialium antistita, saeculo vero xi Sanctus Ioannes a Matera, quo nomine urbs item appellatur, virtutum fama inclaruit; qui Pulsanensis Congregationis Ordinis Sancti Benedicti auctor, sibi proposuit, ut religiosam familiam suam ad artiora revocaret instituta. Media ergo, quam dicunt, aetate ibidem monastica floruit vita, cuius splendor ab octo manabat coenobiis. E quibus unum — continens fertur fuisse hodierno principi templo — Urbanum Pp. II, Decessorem Nostrum, excepit hospitio, qui eo descenderat, ut ad sacram cruce signatorum expeditionem animos inflammaret ac Barensi praeesset Concilio. Antiquitus constitutam sedem Materanensem, quae anno MCCIII auctoritate Innocentii Pp. III, item Decessoris Nostri, archidioecesis aucta honore cum Acheruntina ut aeque principalis fuit copulata, anno vero MCMLIV a Pio Pp. XII inde seiuncta, sacra moderatione ornaverunt amplisque incrementis locupletarmi plures Praesules incliti, quos inter Bartholomaei Prignano, qui postmodum ad Summi Pontificatus evectus est fastigium, nomine sibi imposito Urbani VI. Religionis autem singulare quasi monumentum Metropolitana ecclesia eminet, Beatae Mariae Virgini et Sancto Eustachio sacra. Quod praeclarissimum opus artis, quam Romanicam-Apulam dicunt, saeculo xni ingenio uberi est formatum, eleganti manu perfectum. Non est quin admiretur frontem, fenestra rotunda distinctam, ianuas tessellato opere conspicuas, sacram turrim venuste stantem ad auras. In templi interiore parte, cui ((barocus », uti appellant, ornatus est additus, plurimum laudantur imagines sculptae et pictae, veluti effigies augustae Virginis Mariae tutricis, cui alii Caelites astant, et peramplum Christi Infantis praesepe. Sacellum quoque Dei Genetricis ab Angelo salutatae valde probatur. Fulgida autem veluti gemma eximii huius templi merito habetur imago Beatae Mariae Virginis, cui olim appellatio « a Matera » vel « ab episcopio » adiciebatur, nunc vero vulgo est ((della Bruna » nomen adiunctum. Quae, udo ulitis coloribus saeculo ix vel x depicta, Christifidelium animos temporum decursu ad se convertebat nec desinit convertere, siquidem continenter supplicum turmae sacrae peregrinationis causa eo accedunt. Sollemnissimo cum apparatu eius honori dies festus quotannis celebratur, quo scilicet Visitatio Beatae Mariae Virginis, e praescripto Urbani Pp. VI, olim Materanensis, ut dictum est, Archiepiscopi, religiose recolitur. Ita fit, ut Marialis haec imago quasi imago sit atque index pietatis populi Mateolani. Propter quod probatissimum animorum studium eadem effigies

anno MDCCCXLIII, auctoritate Petriani Canonicorum Collegii, aureo diademate fuit redimita. Meritum igitur praeconium tribuendum est incolis, quod tam impenso tenentur cultu Deiparae, neque praetermittendum e decurionum consulto Mateolam, anno MCMLIV, proclamatam esse ((urbem Mariae ». Praeterea cathedralis haec ecclesia sacris vestibus ac supellectile pretiosa affluit ; et ad venerandas reliquias quod attinet, corpus servat Sancti Ioannis a Matera, quem supra diximus, argentea arca inclusum et sub ara positum, quae mar mor um varietate renidet ; cui Caeliti stati honores, ab Apostolica Sede probati, solent impendi. Quibus omnibus permotus votaque significans sacri cleri ac potestatum civilium, Venerabilis Frater Iacobus Palombella, Materanensis Archiepiscopus, preces Nobis adhibuit, ut cathedrale templum istud, arte et religione maxime spectabile, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quas supplicationes libenti animo admitientes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litteratura vi perpetuumque in modum cathedralem ecclesiam Materanensem ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri, et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die II mensis Iulii, in festo Visitationis Beatae Mariae Virginis, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULA

Ad clarissimum virum Ioannem Dell'Acqua, Universitatis Studiorum Ferrariensis Moderatorem, ob novam illius Athenaei sedem inaugurandam.

Ex obsequii plenis a te datis litteris comperimus studiorum Universitati Ferrariensi proximo ineunte mense affabre exstructam novam sedem inauguratum iri : quod ut sollemnius et laetius evaderet, perhumaniter optasti auspicali ritui Personam Nostram aliquo modo adesse et bona omina Nostra afferri. Votis tuis libenter concedentes, Venerabilem Fratrem Nostrum Hamletum Ioannem Cicognani, Cardinalem a publicis Ecclesiae negotiis, nobilissimam hanc ob causam delegimus et destinavimus, cuius honorabilis praesentia palam aperteque significabit, benevolentiam et egregiam existimationem Apostolicae Sedis erga istud praeclarum disciplinarum et artium domicilium continuari et in aevum protendi; nec immerito quidem. Id a. d. iv Non. Mart. anno MCCCXCI a Decessore Nostro Bonifatio IX constitutum est atque, ortu et progressione spectabile, meritis et laudibus floruit, ita ut famam nactum sit inditam, et de se egregiam spem foveri iubeat. Deus scientiarum Dominus, Pater luminum, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum descendit,[1] magnum Athenaeum tegat, tueatur, iugi incremento adaugeat, ut optimi cuiusque exspectationi continenter respondeat, et nobilis sit ingeniorum palaestra, ubi doctrinae et artes, politior humanitas et christiana sapientia in exemplum niteant et fertili foedere nodoque in exemplum ceteris connectantur.

Haec flagrantibus votis cupientes, tibi, dilecte fili, docentibus et discentibus, et administratoribus studiorum Universitatis Ferrariensis, et universis, qui eius novis aedibus auspicandis intererunt, Apostolicam Benedictionem, aemulae frugiferaeque navitatis et non defuturae fiduciae pignus, peramanter impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xx mensis Februarii anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri quinto.

, IOANNES PP. XXIII

[1] Cfr. *Iac.* 1, 17.

ALLOCUTIONES

I

In Basilica Vaticana habita, christifidelibus qui Romam peregrinati sunt, ut sollemni beatificationi Venerabilis Servae Dei Elisabeth Annae Bayley, viduae Seton, interessent. *

Venerabili Fratelli, diletti figli.

Il brano evangelico dell'odierna domenica terza di Quaresima ci ha portato l'eco soave e consolatrice della parola del Salvatore Divino : *Beati qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud :* **Beati coloro che ascoltano la parola di Dio, e la osservano.[1] Questa beatitudine riassume l'essenza della vita cristiana, armonia di fede e di opere, di pensiero e di azione, che dal seme deposto nel Battesimo procede in perfezione di lietissimo sviluppo, fino agli splendori dell'eterna vita.**

Stasera piace all'umile "Vicario di Cristo applicare quelle parole a colei, che la Chiesa venera da oggi nella gloria dei beati : Elisabetta Anna Bayley Seton. Veramente beata, perchè ha udito la voce di Dio e l'ha messa in pratica.

Il Signore Ci ha concesso di godere un nuovo tratto della sua buona Provvidenza : e nell'elevare l'inno del ringraziamento, sulle note del *Te Deum,* **l'animo Nostro si è effuso in commossa gratitudine. Sempre** *mirabilis m sanctis suis/* **Dìo accende sull'umanità, pellegrinante verso il Cielo, raggi di nuovo splendore.**

U pensiero ama soffermarsi sulla mite e forte figura della beata, proposta in universale esempio di eroica virtù, per trarne luce di insegnamento, di incoraggiamento, di buona ispirazione.

Primo fiore di santità negli Stati Uniti

I. Elisabetta Seton è il primo fiore — ufficialmente riconosciuto — di santità, che gli Stati Uniti d'America offrono al mondo. Figlia autentica di quella nazione, essa è vissuta dal 1774 al 1821, giusto quando la giovane repubblica veniva affermandosi nel consesso dei popoli, a dar prova delle sue inesauribili possibilità in ogni campo. Di più : in quei

* Die 17 Martii mensis a. 1963.

[1] ***Luc.*** 11, 28.

[2] ***Ps.*** 67, 36.

decenni si costituiva la gerarchia cattolica, e sulla salda roccia della fede cristiana si ponevano le basi sicure di un meraviglioso sviluppo di opere cattoliche, quale oggi si dispiega in tutta la sua efficienza.

Il primo pensiero di singolare incitamento è dunque rivolto alla terra di origine della novella beata. Negli Stati Uniti agli eroi delle più nobili imprese umane sono riservate in vita e in morte acclamazioni e simpatia. Piace riconoscere che non minore attenzione, rispetto e amore vi riscuotono uomini e donne, che si sono votati a Cristo, al Vangelo suo, alle attività di assistenza squisitamente evangelica, ed anche alla più rigida disciplina ascetica, nella crescente fioritura degli Ordini contemplativi.

Cittadini americani hanno solcato i mari e i cieli ; compiuto imprese eccellenti; dato larga ospitalità e lavoro a uomini provenienti da ogni terra. L'America ha continuato a superare coraggiosamente, di epoca in epoca, le susseguentisi difficoltà, e a dare alla sua legislazione — che discende dai principi della morale cristiana — un contenuto sempre più rispondente alla dignità della persona umana. Ci dà tanto conforto rendere tale testimonianza a quella illustre nazione, in augurio di ulteriore slancio di spirituali affermazioni.

Prodigio di grazia celeste

In questa terza domenica di Quaresima 1963, è la prima volta che sopra l'altare della Cattedra di San Pietro appare in gloria l'immagine di una eroina degli Stati Uniti d'America. Nel vario concento della santità della Chiesa, una nuova nota dunque si aggiunge, portandovi l'elemento proprio di quel popolo, poiché, come dice S. Ambrogio, la Chiesa è un unico corpo regale, che si compone di genti di varia provenienza : *regina plane, cuius regnum est indivisum, de diversis et distantibus populis in unum corpus assurgens*[3]

Così tutta la Chiesa, qui rappresentata da uomini di diversa origine e stirpe, rende omaggio di venerazione a Elisabetta Seton !

IL Guardiamo da vicino colei, che si è levata oggi nella gloria dei beati : Elisabetta Seton è prodigio di grazia celeste.

Iddio condusse questa donna a molte esperienze e a profonde decisioni di vita spirituale, affinchè la fede le divenisse abituale, come il respiro della sua vita ; e la fece oggetto dell'amore del suo prossimo, particolar-

[3] ***Exposit. Evang. sec. Lucam,*** lib. 7, cap. 11: PL 15, 1700.

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in S. Rituum Congregationis Acta referri mandavit.

Datum Romae, die 25 Februarii a. D. 1963.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

p. © S.

f Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *a Secretis*

II

BALTIMOREN.

Beatificationis et canonizationis Venerabilis Servae Dei Elisabeth Annae Bayley, viduae Seton, fundatricis Congregationis Sororum a Caritate S. Ioseph in America.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, **tuto** *procedi possit ad sollemnem ipsius Venerabilis Servae Dei beatificationem.*

Plures in sinu suo cunctis aetatibus praestantes mulieres fovit Catholica Ecclesia, quae, Dei Spiritu ductae, operibus caritatis de ea optime meruerunt. Magnum vero inter varias Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis gentes nomen sibi comparavit Elisabeth Anna Bayley, vidua Seton, quae, miro zelo accensa, omni calamitatum generi occurrere sategit, sodalitiumque excitavit mulierum sub nomine Sororum a Caritate S. Ioseph, quae, puellis instituendis infirmisque curandis iugiter intentae, civium admirationem merito sibi comparar unt. Heroicarum Sancti Vincentii a Paulo virtutum aemulatrix, nullis pepercit laboribus ut omnium moerentium indigentiis sublevaret. Haec sane est femina quae, acquirendae perfectionis studiosissima, hominum laudes effugere, Dei gloriam iugiter augere, ceteris salutem procurare exstitit impigra. Equidem compertum est hanc esse divinae sapientiae legem, ut humilitatem impensius colentes, uberiori gratia repleantur, gloriaque apud homines illustrentur ; nam « quae stulta sunt mundi elegit Deus ut confundat sapientes, et infirma mundi elegit Deus ut confundat fortia » *(I Gor.* **1, 27). Ista profecto Elisabeth Annae contigere,**

quoniam Deu^ optimus ac benignissimus, qui cuncta ad suam gloriam creare dignatus est, humillimae fidelique ancillae suae tantam animi magnitudinem contulit, ut ardua eximiaque apud suos adimplere valuerit.

Primum Stellatae Reipublicae sidus, quod in Ecclesiae firmamento lucet, die 28 Augusti mensis anno 1774 Neo Eboraci nata e parentibus anglicanis, aetatis anno vigesimo, Gulielmo Mage Seton, mercaturae addicto, nupsit, quem una cum quinque filiis ardenti prosecuta est amore. In Italiam anno 1803 cum suis venit, ut maritus valetudini restitueretur, quem, e contra, Pisis amisit. Liburni hospitio ab humanissima religiosaque familia Filicchi recepta, catholicae religionis exempla admirata est. Patriam anno 1804 repetens, Neo Eboraci avitae fidei valedixit catholicamque est amplexata. Anno 1809 Baltimorae, Archiepiscopo suadente, Institutum Sororum a Caritate S. Ioseph excitavit. Anno tandem 1821, die 4 Ianuarii, aetatis quadragesimo septimo, meritis ac virtutibus repleta, placidissime ad Superos evolavit.

De eius sanctitudinis fama, qua etiam in vita honestata fuerat, annis 1907-1911 iuridicae inquisitiones peractae sunt, ac die 15 Ianuarii anno 1936 super exhibitis scriptis decretum datum est ut ad ulteriora procederetur, ac tandem die 28 Februarii 1940 beatificationis causa apud S. Rituum Congregationem est introducta. Anno sequenti, die 16 Iulii, de oboedientia decretis Urbani Papae VIII praestita sancitum est. Quum vero Causae ordinatio, ob oculatorum testium deficientiam, Sectioni historicae demandata esset, ipsa, documentis testimoniisque undique collectis critice cribratis, amplam Positionem paravit, ut Fidei Promotor munus sibi commissum inoffenso pede explere posset.

Servatis igitur omnibus de iure servandis, de heroicis virtutibus Servae Dei actum est in Antepraeparatorio Coetu coram Revmo Cardinali Clemente Micara, Episcopo Veliterno, Causae Ponente seu Relatore, die 6 Octobris 1959, in Praeparatorio die 24 Novembris eiusdem anni, ac tandem in Generali coram Sanctissimo Domino nostro Ioanne Papa XXIII die 15 Decembris subsequentis anni. Die vero 20 eiusdem mensis idem Sanctissimus Dominus noster de Servae Dei heroicis virtutibus constare decrevit.

De duabus assertis miris sanationibus a Deo, Venerabili Famula opitulante, patratis, iuridicae inquisitiones peractae fuerunt in Curiis Neo Aurelianensi et Baltimorensi, super quarum validitate die 24 Novembris 1961 decretum fuit. Sessionis Medicae S. Rituum Congregationis examini subiectas die 4 Iulii 1962, periti omnes eas praeter naturae

leges evenisse probarunt; postea vero in Congregatione Praeparatoria diei 29 Novembris eiusdem anni actum est, ac tandem in Generali coram Sanctissimo Domino Nostro die 19 Februarii anni huius. Sanctitas porro Sua de duobus miraculis propositis constare decernere benigne dignata est die 25 subsequenti.

Hoc unum tandem disceptandum supererai : num, post virtutum ac duorum miraculorum approbationem, ad Venerabilis Servae Dei beatificationem tuto procedi posset. Affirmativum responsum a Revmis Cardinalibus, a Revmis Praelatis Officialibus Consultoribusque theologis scripto datum, ratum faciens, Sanctitas Sua, omnibus mature perpensis, *tuto procedi posse ad sollemnem beatificationem Venerabilis Servae Dei Elisabeth Annae Bayley, viduae Seton, edixit.*

Hoc autem Decretum publici iuris et in Acta S. Rituum Congregationis referri, Apostolicasque Litteras sub Anulo Piscatoris de sollemniis beatificationis in Patriarchali Basilica Vaticana quandocumque celebrandis, conscribi mandavit.

Datum Romae, die 7 Martii anno 1963.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

L. & S.

f Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *a Secretis*

III

BERGOMEN.

Beatificationis et canonizationis Venerabilis Servi Dei Aloisii Mariae Palazzolo, sacerdotis saecularis, fundatoris Instituti Sororum Paupercularum.

SUPER DUBIO

An, stante virtutum et duorum miraculorum approbatione, **tuto** *ad sollemnem beatificationem Venerabilis Servi Dei procedi possit.*

Verba Isaiae Prophetae : ((Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque indue in domum tuam, cum videris nudum operi eum, et carnem tuam ne despexeris » *(Is.* **58, 7-8) in Catholica Ecclesia quamplurimi sibi directe dicta esse putarunt, et ideo inter sidera caritatis apud Deum inextinguibili luce luxerunt, nitent adhuc, aeternumque fulgebunt, iuxta eundem Prophetam : ((Cum effuderis esurienti animam**

tuam, et annuum afflictum repleveris, orietur in tenebris lux tua, et tenebrae tuae erunt sicut meridies » *(Is.* 58, 10). Haec saeculo praeterito perfecit et ille caritatis heros qui, ut indigentes miserosque iuvaret, ac inopes subievaret, totis viribus indesinenter adlaboravit, Aloisius nempe Maria Palazzolo, Bergomensis cleri decus, Instituti Sororum Paupercularum excitator, qui opus humiliter inceptum extra Bergomenses fines in bonum Ecclesiae et Societatis dilatatum conspicere valuit.

Bergomi, die 10 mensis Decembris anno 1827 natus, piis sacerdotibus magistris in scientia et pietate adeo profecit, ut die 23 Iunii 1850 sacerdotio auctus sit. Animarum zelo statim flagrare coepit, praesertim erga pauperiorem iuventutem, pro cuius utilitate Oratorium et scholas aperuit. Ad christianam quoque puellarum institutionem curandam Opus a S. Dorothea nuncupatum anno 1867 condidit; ac biennio post, die 22 Maii, Institutum Sororum Paupercularum, ut orphanorum atque pupillarum curam haberent. Ardore caritatis incensus, in apostolico etiam ministerio instanter operam navavit, omnibus eximiae caritatis et humilitatis exemplum factus. Sanctimoniae fama late exornatus, die 15 Iunii anno 1886, aetatis suae 59, placidissime in Domino quievit.

Super eadem sanctitatis fama, in dies aucta, iuridici processus in Curia Bergomensi adornati sunt ac Romam missi. Die 19 Iunii 1929 super scriptis eidem tributis et undique collectis decretum datum est ut ad ulteriora procedi posset, ac die 20 Novembris anno 1958 Summus Pontifex Ioannes Papa XXIII Commissionem introductionis Causae Sua manu signare benigne dignatus est. Constare insuper de oboedientia decretis sa. me. Urbani Papae VIII praestita, die 25 Aprilis anno sequenti sancitum est. Ornatis postmodum in eadem Bergomensi Curia Processibus Apostolicis super virtutibus et miraculis in specie, de eorum validitate die 27 Ianuarii 1961 decretum est.

Servatis omnibus de iure servandis, super virtutibus heroicis Servi Dei disceptatum est in Congregatione Antepraeparatoria die 9 Ianuarii 1962, in Praeparatoria die 22 Maii subsequentis, atque tandem in Generali coram Sanctissimo Domino nostro die 10 Iulii eiusdem anni. De virtutum heroicitate eadem Sanctitas Sua constare decernere dignata est die 15 ipsius mensis et anni.

Super duabus assertis miris sanationibus, Venerabilis Dei Famuli intercessioni tributis, Apostolici Processus instructi sunt in Curiis Calaritana et Bergomensi, quorum validitas die 5 Octobris 1962 recognita est. Sessionis Medicae S. Rituum Congregationis iudicio subiectas die 22 Decembris eiusdem anni, unanimiter omnes eas extra naturae leges

evenisse confirmarunt. Postea de eis in Congregatione Praeparatoria die 12 Februarii hoc anno actum est, ac tandem in Generali die 5 mensis huius coram Sanctissimo Domino nostro, qui de duobus miraculis constare decrevit die 7 sequenti.

Hoc unum tantum supererai discutiendum : *An, post virtutum et duorum miraculorum approbationem, ad sollemnem beatificationem Venerabilis Servi Dei* **tuto** *procedi possit.* **Affirmativum responsum a Revmis Patribus Cardinalibus, sacris tuendis ritibus praepositis, a Revmis Praelatis Ofiicialibus atque a Consultoribus theologis scripto datum, ratum habens, eadem Sanctitas Sua** *tuto procedi posse ad sollemnem Venerabilis Servi Dei Aloisii Mariae Palazzolo beatificationem,* **edicere dignata est.**

Hoc autem Decretum publici iuris fieri, et in Acta S. Rituum Congregationis referri, atque Apostolicas Litteras sub Anulo Piscatoris de sollemniis Beatificationis eiusdem Venerabilis in Patriarchali Basilica Vaticana quandocumque celebrandis, conscribi mandavit.

Datum Romae, die 15 Martii 1963.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

f Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

DECRETUM

Studium Theologicum a S. Thoma Aquinate, Bononiae existens, ad Theologicam Facultatem Pont. Athenaei « Angelicum » de Urbe adgregatur.

Sacram doctrinam excolendam provehendamque Sodales Praedicatorum Ordinis ita magni extollebant praetii ut theologicis docendis discendisque disciplinis ibi conderent domicilia, quo domus eiusdem Ordinis excitabantur. Quod Bononiae praesertim evenit, ubi, moderante

Beato Reginaldo Aurelianensi, parisiensi Magistro, aedibus Fratrum extructis, Theologicum Studium conditum est, praeclaro decoratum doctorum regimine, inter quos iure meritoque eminent Paulus Hungarus, Guerricus a Sancto Quintino, Rolandus Cremonensis. Idem, inter quattuor Dominiciani Ordinis <(Studia Generalia » anno millesimo ducentésimo quadragesimo sexto apprime recensitum, in Bononiensem studiorum Universitatem promovendam fovendamque rem non modice contulit. Cuius ope ac studio tum Statuta eiusdem Bononiensis Universitatis, iussu Innocentii quarti Pont. Max., anno millesimo ducentésimo quinquagesimo tertio confecta sunt, auxiliante viro clarissimo Bononiae Archidiacono, cum novae Theologicae Facultatis ipsius perillustris Athenaei Leges ac Regulae, infra annos millesimum tercentesimum sexagesimum et millesimum tercentesimum sexagesimum quartum, de mandato Academicarum Auctoritatum, promulgatae sunt. Insuper, inde ab anno millesimo dugentesimo octogesimo sexto, Facultas Iuris laudatae Universitatis proprias scholas suumque magisterium apud Dominicianum Bononiense Coenobium celebravit, ipsaque Theologica Facultas rite renovata et aucta, penes idem Dominicianum studiorum domicilium usque ad saeculum decimum sextum iustis effloruit incrementis. Per trium itaque saeculorum ferme decursum Dominicianum Bononiense Studium doctae Bononiae Magistrorum seminarium fuit in sacris tradendis theologicis doctrinis. Inde ab anno millesimo quadrigentesimo usque ad millesimum sexcentesimum quinquagesimum, maximum attigit decorem, atque apud sacras exuvias Dominiciani Ordinis Conditoris, quae in ipso Bononiensi Coenobio digno cultu adservantur, studia viguerunt altiora, a multis praeclaris viris celebrata, inter quos recolendi sunt : Petrus Maldura Bergomensis, Dominicus Flandrensis, Hieronymus Savonarola, Michael Ghislieri, qui Pius quintus ad summum pontificatus apicem evectus, in Sanctorum Albo adscriptus est.

Saevis inde seditiosorum perturbationibus saeculo decimo nono interemptum, die nona Maii anni millesimi nongentesimi quadragesimi, felicis recordationis Pater et Episcopus Stanislaus Gillet, Praedicatorum Ordinis Generalis Magister, novo auctoque decori sapienti sane consilio restituit. Ad praesens autem, quo uberiores fructus idem adferre valeat, ab Apostolica Sede iterum iterumque postulatum est, ut laudatum Dominicianum Studium, ad Pontificium Athenaeum « Angelicum » de Urbe adgregandum, Sacrae Theologiae Baccalaureatus et Prolytatus academicos gradus, ad normam sacrarum canonum tradere iubeatur. Quibus omnibus mature seduloque perpensis, Sacra Congregatio de Se-

minariis Studiorumque Universitatibus, Reverendissimi Patris ac Domini Aniceti Fernandez, hodierni Praedicatorum Ordinis Generalis Magistri, supplicibus adhibitis precibus iuste obsecundans, ut actuosa memorati Theologici Studii voluntas digna laude augeatur, ad maius pietatis augmentum, ad christiani nominis decus et incrementum, ad sanae doctrinae profectum Studium Theologicum a S. Thoma Aquinate, Bononiae existens, praesentibus litteris ad Theologicam Facultatem Pontificii Athenaei ((Angelicum » de Urbe adgregandum statuit, *adgregatumque declarat,* **facta eidem potestate Sacrae Theologiae Baccalaureatus et Prolytatus academicos gradus alumnis dumtaxat Ordinis Praedicatorum conferendi, nomine et auctoritate eiusdem Theologicae Facultatis Pontificii Athenaei « Angelicum » de Urbe, normis tum Apostolicae Constitutionis « Deus scientiarum Dominus » ipsique adnexarum « Ordinationum », cum peculiarium Statutorum quae ab eadem Sacra Congregatione approbata sunt, adamussim servatis; omnibus insuper iuribus, honoribus, privilegiis, muneribus atque officiis quae huiusmodi Studiis de more pertinent, salvis ac valituris. Ceteris servatis de iure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.**

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, die xv mensis Novembris, in festo Sancti Alberti Magni, Episcopi Confessoris et Ecclesiae Doctoris, anno Domini MCMLXII.

£8 I. Card. PIZZARDO, Ep. Albanen. *Praefectus*

L. © S.

f Dinus Staffa, *a Secretis*

i

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citationes edictales

I

BRUKLYNIEN.

Nullitatis matrimonii (Me Clean - Me Kenzie)

Cum ignoretur locus actualis commorationis dominae Ioannae Me Kenzie, in causa conventae, eamdem citamus ad comparendum, aut per se, aut per legitimum procuratorem, coram S. R. Rota (Piazza delia Cancelleria, 1 - Roma), in diem 8 Iunii 1963, hora undecima, pro concordando vel subsignando infrascripto dubio :

An costet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi aliive notitiam habentes commorationis praefatae dominae, curare debent ut ipsa de hac citatione rite edoceatur. *

Franciscus Brennan, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 6 Martii a. 1963.

Marius F. Pompedda, *Notarius*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M.me Jeanne Me Kenzie, défenderesse en cette cause, nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 8 juin 1963, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté.**

öonste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de ladite Jeanne Me Kenzie devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

II

MEDELLEN.

Nullitatis matrimonii et dispensationis (Valencia - Charbonnier)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Georgi Charbonnier, conventi in causa, eumdem citamus ad comparendum, aut per se, aut per legitimum procuratorem, coram Sacra Romana Rota (Piazza della Cancelleria,! - Roma), in diem 28 Maii 1963, hora undecima cum dimidio, pro concordatione dubiorum quae sequuntur :

1. *An constet de nullitate matrimonii, in casu;* **et, quatenus negative :**

2. *An consilium praestandum sit Sanctissimo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato.*

Ordinarii locorum, parochi aliique notitiam habentes commorationis praedicti domini Georgii Charbonnier, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite admoneatur. *

Lucianus Anne, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 12 Martii a. 1963.

Marius F. Pompedda, *Notarius*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Georges Charbonnier, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 28 mai 1963, à 11 heures 30, pour concorder les doutes ci-dessous rapportés.**

1) *Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?* **et, dans le cas contraire :**

2) *Doit-on interroger le Saint-Père pour la dispense* **super rato et non consummato,** *dans le cas?*

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Georges Charbonnier, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

III

FLORENTINA

Nullitatis matrimonii (Papini - Guarducci)

Cum ignoretur locus actualis commorationis domini Conradi Guarducci, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, aut per se, aut per legitimum procuratorem, coram Sacra Romana Rota (Piazza della Cancelleria, 1 - Roma), die 27 Iunii 1963, hora undecima, pro concordatione sequentis dubii :

An constet de nullitate matrimonii, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, aliive notitiam habentes de commoratione praedicti domini Conradi Guarducci, curare debent ut ipse de hac edictali citatione rite moneatur. *

Franciscus Brennan, *Ponens*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 26 Martii a. 1963.

Marius F. Pompedda, *Notarius*

*** Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Conrad Guarducci, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 27 juin 1963, à 11 heures, pour concorder le doute ci-dessous rapporté.**

Gonste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence dudit M. Conrad Guarducci, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato 6 aprile 1963, il Santo Padre Giovanni XXIII ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Dott. SIMON DESVARIETJX, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario della Repubblica di Haiti.

Il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di costituire una COMMISSIONE PER LA REVISIONE DEL CODICE DI DIRITTO CANONICO, così composta:

PRESIDENTE

L'Emo e Revmo Signor Cardinale:

Pietro Ciriaci, Prefetto della Sacra Congregazione del Concilio.

MEMBRI

Gli Emi e Revmi Signori Cardinali:

Eugenio Tisserant, Prefetto della Sacra Congregazione Cerimoniale.
Giuseppe Pizzardo, Prefetto della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.
Benedetto Aloisi Masella, Prefetto della Sacra Congregazione della Disciplina dei Sacramenti.
Amleto Giovanni Cicognani, Segretario di Stato di Sua Santità.
Achille Liénart, Vescovo di Lilla.
Giacomo Luigi Copello, Cancelliere di Santa Romana Chiesa.
Gregorio Pietro Agagianian, Prefetto della Sacra Congregazione « de Propaganda Fide ».
Francesco Spellman, Arcivescovo di New York.
Ernesto Ruffini, Arcivescovo di Palermo.
Valerio Valeri, Prefetto della Sacra Congregazione dei Religiosi.
Fernando Quiroga y Palacios, Arcivescovo di Santiago de Compostela.
Paolo Emilio Léger, Arcivescovo di Montréal.
Giovanni Battista Montini, Arcivescovo di Milano.
Giovanni Urbani, Patriarca di Venezia.
Paolo Giobbe, Datario di Sua Santità.
Fernando Cento, Penitenziere Maggiore.
Carlo Confalonieri, Segretario della Sacra Congregazione Concistoriale.
Giulio Döpfner, Arcivescovo di Monaco e Frisinga.
Paolo Marella, Prefetto della Sacra Congregazione della Reverenda Fabbrica di San Pietro.
Gustavo Testa, Segretario della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale.
Ildebrando Antoniutti.
Leone Giuseppe Suenens, Arcivescovo di Malines-Bruxelles.

Alfredo Ottaviani, Segretario della Suprema Sacra Congregazione dei Sant'Offizio.
Francesco Roberti, Prefetto del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.
Andrea Jullien.
Arcadio Larraona, Prefetto della Sacra Congregazione dei Riti.
Guglielmo Teodoro Heard.
Agostino Bea, Presidente del Segretariato « ad Unitatem Christianorum fovendam ».
Michele Browne.

SEGRETARIO

L'Illmo e Revmo Monsignore:

Giacomo Violar do.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

28	**marzo**	**1963.**	**L'Illmo e Revmo Monsig. Aluffi Pentini Mario,** *Sottosegretario della Sacra Congregazione Cerimoniale.*
»	»	»	**Il Revmo Monsig. Lovelli Arturo,** *Segretario della Sacra Penitenzieria Apostolica, per la Sezione Tribunale.*
1	**aprile**	»	**L'Emo e Revmo Signor Cardinale Léger Paolo Emilio,** *Membro della Sacra Congregazione Concistoriale.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità :

19	**maggio**	**1962.**	**Monsig. Borosak Giuseppe (Zagreb).**
25	**agosto**	»	**Monsig. Chiarini Pietro (Teramo).**
8	**settembre**	»	**Monsig. Forster Carlo (München und Freising).**
»	»	»	**Monsig. Genewein Eurt (München und Freising).**
»	»	»	**Monsig. Knott Giuseppe (München und Freising).**
»	»	»	**Monsig. Poll Guglielmo (München und Freising).**
»	»	»	**Monsig. Zistl Massimiliano (München und Freising).**
21	»	»	**Monsig. Gamache Giovanni Carlo (Hauterive).**
»	»	»	**Monsig. Gendron Donato (Hauterive).**
»	»	»	**Monsig. Alvarez González Giuseppe (Orense).**
»	»	»	**Monsig. Ferreira de Moráis Francesco (Sobral).**

28 settembre 1962. Monsig. Simone Francesco (Altamnra).
» » » Monsig. Marxen Andrea (Hildesheim).
» » » Monsig. Moreira Neto Emanuele (Porto).
» » » Monsig. Alemanno Sebastiano (Roma).
6 ottobre » Monsig. Forster Guglielmo Giuseppe (Boston).
20 » » Monsig. Guarnieri Bruno (Firenze).
» » Monsig. Marsiglio Rino (Padova).
» » Monsig. Balsano Girolamo (Palermo).
» » Monsig. Carrubba Anselmo (Palermo).
» » Monsig. Cirrincione Vincenzo (Palermo).
» » Monsig. Bauer I. Lorenzo (Sioux City).
» Monsig. Hoffman Lorenzo (Sioux City).
» » Monsig. Kelly Geraldo (Sioux City).
29 » Monsig. Contant Cirillo (Alexandria).
» » Monsig. Peñalosa Gioacchino (San Luis Potosí).
» » Monsig. Rodríguez Silva Gioacchino (San Luis Potosí).
10 novembre » Monsig. Cascone Gerardo (Castellammare di Stabia).
» » Monsig. Esposito Ernesto (Castellamare di Stabia).
» » Monsig. Manfredi Manfredo (Civita Castellana).
» » Monsig. Rouillard Giacomo (Nicolet).
» » Monsig. Vallières Giovanni Marco (Nicolet).
» » Monsig. Nobile Enrico (Novara).
» » Monsig. Piola Vittorio (Novara).
» » Monsig. Stagnoni Pacifico (Novara).
» » Monsig. Gioacchini Delfo (Orte).
» » Monsig. Bernini Dante (Viterbo).
» » Monsig. Zarletti Francesco (Viterbo).
13 » Monsig. Zanotti Alberto (Roma).
24 » Monsig. Conte Stefano (Agrigento).
» » Monsig. Barcellona Damiano (Cefalù).
» » Monsig. Brocato Luigi (Cefalù).
» » Monsig. Cirincione Giuseppe (Cefalù).
» » Monsig. Guercio Salvatore (Cefalù).
» » Monsig. Quagliana Stefano (Cefalù).
» » Monsig. Soares Giuseppe (Maceió).
» Monsig. Ciampa Giuseppe (Muro Lucano).
» » Monsig. Zaccardo Mauro (Muro Lucano).
» » Monsig. Bourke Myles (New York).
» » Monsig. Cox Giacomo (New York).
» » Monsig. Doherty Giovanni (New York).
» Monsig. Duffy Francesco (New York).
» Monsig. Fitzgerald Stefano (New York).
» » Monsig. Gallagher Roberto (New York).
» » Monsig. Harrington Giovanni (New York).
» » Monsig. Kane Cristoforo (New York).
» » Monsig. Mitty Edoardo (New York).
» » Monsig. Mulroy Giovanni (New York).
» » Monsig. Nugent Arturo (New York).

24	**novembre**	**1962.**	**Monsig. O'Flaherty Patrizio (New York).**
»	»	»	**Monsig. Potter Filippo (New York).**
30	»	»	**Monsig. Alfonzo Rivas Osvaldo (Caracas).**
»	»	»	**Monsig. Heredia Bernardo Antonio (Caracas).**
»	»	»	**Monsig. Monroy Jiménez Federico (Caracas).**
»	»		**Monsig. Scarzello Sebastiano (Joinvile).**
»	»		**Monsig. Di Stefano Italo Severino (Resistencia).**
»	»	»	**Monsig. Heinemann Giorgio (Resistencia).**
»			**Monsig. Rodríguez Soler Emanuele (Resistencia).**
1	**dicembre**	»	**Monsig. Kenney Vincenzo (New York).**
15	»	»	**Monsig. Angelucci Renato (Santo André).**
»		»	**Monsig. Moráis Costa Giuseppe (Lamego).**
		»	**Monsig. Perin Giovanni (Padova).**
»			**Monsig. Monteiro Sampaio Antonio (Parnaiba).**
20		»	**Monsig. Faloci Ernesto (Gubbio).**
»	»	»	**Monsig. Ottaviani Pasquale (L'Aquila).**
»	»	»	**Monsig. Ros Giovanni (Vittorio Veneto).**
12	**gennaio**	**1963.**	**Monsig. Benatti Alves Vincenzo (Carpi).**

Camerieri segreti soprannumerari di Spada e Cappa di Sua Santità

10	**novembre**	**1962.**	**Il sig. Dreesmann Guglielmo G. R. (Rotterdam).**
24	»	»	**Il Marchese Fantauzzi Franco (Roma).**
28	»	»	**Il sig. Risi Ferreyros Adelmo (Lima).**

Camerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità

25	**novembre**	**1961.**	**Monsig. Aznar Cleofé Gioacchino (Zaragoza).**
»	»	»	**Monsig. Martínez Garcia Francesco (Zaragoza).**
»	»	»	**Monsig. Pina Lanci» Agostino (Zaragoza).**
10	**marzo**	**1962.**	**Monsig. Palm Ludgero (Aachen).**
31	»	»	**Monsig. Flórez Cuadrado Antonio (Zaragoza).**
14	**aprile**	»	**Monsig. Boonen Filippo (Aachen).**
3	**agosto**	»	**Monsig. Aragiusto Nicola (Sant'Agata de' Goti).**
28	**settembre**	»	**Monsig. Grell Ferdinando (Salzburg).**
6	**ottobre**	»	**Monsig. Páparo Matteo (Acireale).**
29	»	»	**Monsig. Giampapa Sebastiano (Acireale).**
»	»	»	**Monsig. Pelluzza Francesco (Acireale).**
»	»	»	**Monsig. Randazzo Paolo (Acireale).**
24	**novembre**	»	**Monsig. Catania Biagio (Acireale).**
»	»	»	**Monsig. Catalano Antonino (Acireale).**
»	»		**Monsig. Lo Giudice Edoardo (Acireale).**
»	»	»	**Monsig. Dattero Felice (Muro Lucano).**
»	»	»	**Monsig. Gallucci Luigi (Muro Lucano).**
»	»	»	**Monsig. Luongo Vito (Muro Lucano).**

Camerieri d'onore soprannumerari di Spada e Cappa di Sua Santità

21	**settembre**	**1962.**	**Il sig. Stoppa Lamberto (Roma).**
20	**ottobre**	»	**Il sig. Felicetta Cesare (Roma).**
29	»	»	**Il sig. Bianchini Pietro (Roma).**

24 novembre 1962. Il sig. Focárdi Mario (Roma).
» » » Il sig. Pancrazi Vittorio (Roma)
30 » » Il sig. Ravaioli Giuliano (Forlì).
» » » Il sig. Gianni Giuseppe (Roma).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Gran Croce dell'Ordine Piano :

28 dicembre 1962. A S. E. il Dott. Peralta Páez Benjamín, Ministro degli Affari Esteri dell'Ecuador.
26 febbraio 1963. A S. E. il Dott. Vitetti Leonardo, Ambasciatore d'Italia, Presidente del Comitato Italiano per il Concilio Ecumenico Vaticano II.
12 marzo » A S. E. il sig. Erkin Feridun Cemal, Ministro degli Affari Esteri della Turchia.

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa :

4 settembre 1962. A S. E. il Gen. Romulo Carlo, Presidente della Università delle Filippine.
4 febbraio 1963. Al Prof. Della Porta Glauco, Sindaco di Roma.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

11 marzo 1963. A S. E. il sig. Shaikh Shakhbut bin Sultan *(Aralia).*
» » » A S. E. il sig. Shaikh Isa bin Sulman al Khalifa *(Arabia).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

20 ottobre 1962. Al sig. Cudahy Francesco (Sioux City).
» » » Al sig. Fitzgibbons Leone (Sioux City).
» » Al sig. Gill Franklin (Sioux City).
» » » Al sig. Gleason Enrico (Sioux City).
» » » Al sig. Kennedy Francesco (Sioux City).
» » Al sig. Meinhardt Giuseppe (Sioux City).
» Al sig. Meyer Vincenzo (Sioux City).
» Al sig. Murphy Cornelio (Sioux City).
» » Al sig. Stil will C. Federico (Sioux City).
» » » Al sig. Thielen Giuseppe (Sioux City).
» » » Al sig. Tierney Edmondo (Sioux City).
» » » Al sig. Vitt Federico Edoardo (Sioux City).
29 » Al sig. Pifferi Ermanno (Grosseto).

29 ottobre 1962. Al sig. Sirna G-aetano (Grosseto).
» » Al sig. Nardi Arcangelo (Gubbio).
10 novembre Al sig. Maitre Stefano (Besançon).
» » Al sig. Pourchet Luigi (Besançon).
Al sig. Daleggio d'Alessio Eugenio (Esarcato Ap. di Grecia).
» Al sig. de Waele Giuseppe *(Olanda).*
30 Al sig. Garavaglia Luigi (Porto e Santa Rufina).
Al sig. Gleason Giuseppe L. *(Stati Uniti di A.).*
8 dicembre » Al sig. Bernardo Silvio (Crotone).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

15 maggio 1959. Al sig. Klaus Giuseppe (Salzburg).
» » » Al sig. Tschiggfrey Giovanni (Salzburg).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa

15 maggio 1959. Al sig. Baeck Alfredo (Salzburg).
» » » Al sig. Donnenberg Giovanni (Salzburg).
» » » Al sig. Obermoser Giovanni (Salzburg).
2 ottobre 1962. Al sig. Fall Cheikh *(Sénégal).*
» » » Al Cap. Fall Idrissa *(Sénégal).*
» » » Al sig. Thiam Habib *(Sénégal).*
6 » » Al sig. Farbmacher Giovanni (Salzburg).
20 » » Al sig. Ballerini Giovanni *(Italia).*
» Al sig. Giunchi Giuseppe *(Italia).*
» Al sig. Marottoli Giuseppe *(Italia).*
» Al sig. Masarich Alfredo *(Italia).*
» Al sig. Pellegrini David *(Italia).*
» Al Ten. Col. Tassoni Bruno *(Italia).*
» » » Al sig. Viola Giovanni *(Italia).*
29 » » Al sig. Agresti Vito (Roma).
15 dicembre » Al sig. Douglas-Scotti Paolo (Roma).

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

20 ottobre 1962. Al sig. Costa Mario *(Italia).*
» » » Al sig. Nevóla Saturno *(Italia).*
29 » » Al sig. Ponzi Domenico (Roma).
10 novembre » Al sig. Ferri Plinio (Ancona).
12 gennaio 1963. Al sig. Lazzaro Ermilio (Roma).

An. et vol. LV 31 Maii 1963 (Ser. HI, v. V) - N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PP. XXIII

LITTERAE DECRETALES

Beato Petro Iuliano Eymard, Confessori, summi Sanctorum honores decernuntur.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sanctitatis corona fulgentissima, qua a se conditam Ecclesiam voluit Christus decorari, eo vel magis splendescere videtur, cum Sanctorum caelitum honores eiusdem filiis tribuuntur. Quod cum feliciter de beato Petro Iuliano Eymard hodie factum sit, universa fidelium societas merito laetificatur ad divinumque simul inducitur Sacramentum altaris celebrandum, *cibum nutrientem ad immortalitatem et vitam aeternam* (S. Cyr., *in loann., P. Gr.* 73, col. 582), in quem sacerdos iste sanctus incensiore in dies animo intendit, curavitque impense ut sive singulorum hominum erga Eucharistiam amorem foveret, sive religiosorum coetuum studium excitaret, ut nempe nullo intermisso diei noctisque spatio, Christum Iesum e sublimi solio propositum proni omnes adorarent.

Revera sacrum Convivium Petrus Iulianus animo considerans, ad affectum continenter adduci divinas Christi promissiones intellegebat, hisce factas verbis : *Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in illo (Io.,* VI, 57) et *ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi (Matth.* XXVII, 20) ;

atque huius tactus ineffabilis mysterii ardore, ex eo didicit contumelias et criminationes constanter ferre, moderatores maximo semper obsequio colere, corporis mentisque afflictationes patienter sustinere, erga omnes, sed praecipue erga populares et egenos, quam humanissime agere. Igne praeterea ignem incendens, suum erga sacrosanctum Christi Corpus summopere aluit amorem, quo etiam fideles cunctos, in primisque sacerdotes, inflammari cupiebat; sacerdotes dicimus, quorum praesertim esse censebat christianorum fidelium agmini Angelorum Panem, aeternae salutis pignus, sumendum proponere.

Totius igitur vitae suae instituto morumque disciplina significavit ille quam sit virtutum ferax sincera in Deum, sub Eucharisticis velis latentem, pietas, quamque potissimum valida ad efformandos *veros adoratores, qui adorabunt Patrem in spiritu et veritate* **(cf.** *Io.,* **IV, 23).**

Quod ut clarius pateat, satis erit de eius rebus gestis breviter exponere.

Petrus Iulianus Eymard, natione Gallus, in Gratianopolitanae dioecesis oppido, quod La Mure d'Isère nuncupant, die quarto mensis Februarii, anno millesimo octingentesimo undecimo, piis parentibus ortus est. Postridie sacris Baptismi aquis est ablutus. Cuius salutaris lavacri fontem mirum qua animi religione ad aetatem usque provectam invisere studuit. Iam a puero, pientissimae matris sororisque natu maioris ope, ad Sacramenti Augusti sacrarium precibus adhibendis est initiatus secumque reputandis acerbissimis hominum Redemptoris cruciatibus. Factum propterea est ut, superno quodam instinctu, a prima usque aetate perspexerit quam arto coniungerentur foedere a Christo hominibus caeleste Convivium paratum eiusque extremae vitae dolorum perpessio.

Petrus Iulianus, puer acris ingenii atque vivacis, natura bonus ac mitis itemque constans et aequus, ne levi quidem offensione a divinis praeceptis discessit, ad morum in primis castimoniam quod attineret, integre ab eo usque servatam. Nihil igitur mirum si, post exactam, ut pro eo tempore, pueritiam, ad Eucharisticum Convivium participandum incensa pietate se paravit, Sanctaque de altari quam saepissime posset dehinc libare contendit. Nam, optimae adulescens spei, etsi perdiligentem operam patri navabat, non tamen sacra olim capessere munia exoptare cessabat. Quinimmo, haec in sacerdotium veniendi voluntas eo propensior fiebat, quo magis adversum patris consilium obstabat. Novitiorum demum tirocinio Massiliae instituto apud Oblatos B. M. V. Immaculatae, cum duodeviginti iam esset annorum, post paucos menses subito

eodemque gravissimo morbo affectus est, domumque redire coactus. Ad salutem non sine singulari Dei auxilio reductus, cum tamen ob imbecillam valetudinem Massiliam redire nequiret, Gratianopolitanum adivit sacrum Seminarium, sacerdotio initiandus.

Die vicesimo mensis Iulii, anno millesimo octingentesimo tricesimo quarto, Christi minister sacratus, vicarii primum deinde curionis officium vehementi incitatoque studio exsecutus est ; in quo munere tuendo suum esse profecto duxit fidelium sibi commissorum animos evangelica lege imbuere, pueris vigili sedulitate consulere, aegrotos visere, egenis subvenire, a recta aberrantes vitae via ad virtutem revocare. Inter tot tamen christianorum causa susceptos labores, sibimetipsi non parum studebat, utpote qui tum in sacris praesertim disciplinis se collocaret, tum adsidue, diu noctuque orationi instando corpusque verberationibus afflictando, veterem, ad Pauli Apostoli hortamenta, hominem deponere curaret novumque induere *qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis (Eph.* **IV, 24).**

Ad perfectius autem Deo serviendum, a sacrorum Gratianopolitano Antistite veniam impetravit Societati Mariae Lugduni se addicendi. Perfacile omnibus intellectu est qua animi alacritate, in eam Societatem cooptatus, sacra vota nuncupaverit totusque dehinc incubuerit recepta a moderatoribus officia obire. Quae munia, in dies graviora, eo submissiore accipiebat animo quo altiora erant. Hoc praeterea mirandum opera eum operibus augere, quippe qui sacerdotales partes fidelium saluti omnimodis quaerendae parato semper animo sustineret. Eius pro christiano populo sollicitudinis caput ac veluti cardo in eo, uti par erat, vertebatur ut ab omnibus, cum a fidelibus tum praecipue a sacerdotibus, religiose Iesus Christus coleretur, in Sacramento Augusto delitescens. Quod ut quam latissime toto orbe terrarum fieret, divinitus cognovit. In principe enim Lugdunensi templo B . M . V , dicato dum precaretur, ipsi a Christo Iesu ea mens iniecta est, ut et altaris Sacramentum publico ac perpetuo cultui latius latiusque adorandum proponeret, et Sodalitatem Sacerdotum conderet, qui ad suam ipsorum fideliumque sanctitatem per Eucharistiam peculiariter inflammarentur. Sed eius consilium extra Societatem Mariae id ad exitum perducendi cum moderatorum suorum consilio non congruebat, qui nullo pacto tantae spei sodalem abscedere volebant. Iisdem tandem sinentibus, Lutetiam Parisiorum profectus est initiumque fecit Congregationis Presbyterorum a Ssmo Sacramento, die sexto mensis Ianuarii, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo septimo. Atque in primis ea quae Parisiensi Archiepiscopo se facturum

pollicitus erat, sibi exsequenda censuit, adultae videlicet iam aetatis pueros, egenos plerumque rectoque deerrantes, ad se allicere, ut non solum eorundem subveniret corporis necessitatibus, sed eos quoque christianae doctrinae elementa doceret caelestique Convivio primum enutriri curaret.

Quamquam maxima laborabat sive aedium sive sodalium egestate, paulatim tamen Congregatio augescebat, ita quidem ut decreto, anulo Piscatoris signato, rite ab Apostolica Sede probata sit; quod die decimo mensis Martii factum est, anno millesimo octingentesimo sexagesimo tertio. Quo autem maior in dies fieret eorum numerus qui Sacramentum Augustum adorarent, Congregationem Ancillarum a Ssmo Sacramento, ope Margaritae Guillot, condidit itemque coetum, quem Aggregationem ab eodem Ssmo Sacramento appellavit. Summa ergo iam cupiditate expetens ut ad Christi solium Eucharisticum quod sibi reliquum esset vitae tempus precibus fundendis tribueret, ratusque a se conditum opus suo iam ipsius non indigere regimine, consilium inivit se summi moderatoris munere abdicandi. Sed Congregationis sodales, in primum sollemnemque coetum hac de causa convocati, Petrum Iulianum summum atque perpetuum praepositum communi omnium suffragio designarunt. Quod cum tamquam a Deo sibi iniunctum officium ille intellexisset, pari animi modestia ac firmitate accepit eodemque fideliter functus est.

Extremis autem vitae annis incommoda exceperunt incommoda ob continentes corporis animique aegritudines, ob condendas religiosis viris additicias domus, ob nummarias difficultates, ob quasdam denique ab utraque Congregatione defectiones. Quae quidem singulari patientia tulit, omnia pro Christo pati contentus. Nonne enim Iesus Christus dixerat : *nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert (Io.* XII, 24)? Ea igitur divini Magistri verba secum animo reputans, ad vitae usque discrimen sibi instandum operi censebat, ut Christi regnum in universum terrarum orbem proferretur.

Deficientibus denique corporis viribus, suum adire, in quo primam lucem aspexerat, solum coactus, ut valetudinem suam reficeret, sanctissime ibi e vita Sacramentis munitus excessit, die primo mensis Augusti, anno millesimo octingentesimo sexagesimo octavo, aetatis quinquagesimo septimo.

Statim post mortem, cum eius sanctitatis fama in omnium ore magis magisque versaretur, de Beatorum Caelitum honoribus eidem decer-

nendis agi coeptum est, canonicisque de more peractis processibus, commissionem introducendae causae S. Pius X, Decessor Noster, sua manu signavit die duodecimo mensis Augusti, anno millesimo nongentesimo octavo. Porro, post habitas antepraeparatoriam et praeparatoriam, quae dicuntur, in congregatione tandem generali disceptatum est de Servi Dei Petri Iuliani Eymard virtutibus, quas heroicum attigisse gradum Pius XI, Decessor Noster, sollemniter declaravit die undecimo mensis Iunii, anno millesimo nongentesimo vicesimo altero. His confectis, exercita est quaestio de duobus miraculis, quae, eodem deprecante famulo Dei, operatus Deus esse dicebatur. Post acres ideo Sacrae Congregationis Rituum investigationes, idem Decessor Noster, die nono mensis Maii, anno millesimo nongentesimo vicesimo quinto, constare decrevit de duobus miraculis a Deo, venerabili Petro Iuliano Eymard intercedente, patratis, scilicet de instantánea perfectaque sanatione Lucindae Cifuentes a cancro in stomacho, et puellae Renatae Foucherau a gonarthritide seu arthrosinovite in laevo genu, naturae tubercularis. Die autem altero mensis Iunii, eodem anno, statutum est tuto procedi posse ad Petri Iuliani Eymard beatificationem, sollemnesque hac de causa celebrationes die duodecimo mensis Iulii, anno millesimo nongentesimo vicesimo quinto, in Petriana Basilica sueto ritu habitae sunt.

Cum deinde, novensilis Beati deprecatione, iterum dicerentur a Deo patrata miracula, causa ad canonizationem consequendam resumpta fuit, et super duabus miris sanationibus, quae eo intercedente sunt impetratae, apostolici denuo instituti sunt processus. De utraque sanatione, postquam in praeparatoriis Sacrae Rituum Congregationis comitiis est disputatum, actum est sive coram Pio XII, proximo Decessore Nostro, sive coram Nobis, die nempe decimo mensis Iulii, hoc ipso anno. Quo in generali conventu, venerabilis Frater Noster Benedictus S. R. E. Cardinalis Aloisi Masella, Episcopus Praenestinus huiusque causae Relator, dubium posuit an et de quibus miraculis, post indultam beato Petro Iuliano Eymard venerationem, constaret in casu et ad effectum de quo ageretur, omnesque qui affuerant, tum Cardinales tum Praelati Officiales Patresque Consultores, sanationes propositas vera esse habenda miracula affirmarunt. Nos autem, antequam de tanti momenti negotio Nostram aperiremus sententiam, supernum Dei lumen adhuc implorandum censuimus, ac tandem die quintodecimo eiusdem mensis et anni ediximus constare de subita perfectaque sanatione, beato Petro Iuliano intercedente, Caroli Eugenii Verdier ab osteitide tuberculari fistulosa chronica in pede laevo, atque Mariadorae Christinae Bartels

ab angina pectoris myocardiosclerotica. Duobus autem miraculis ita probatis, unum expendendum erat dubium, utrum scilicet eidem Beato sanctorum Caelitum honores decerni possent necne. Qua super re, post preces Deo adhibitas, per decretum, die altero et vicesimo superioris mensis Septembris datum, ediximus tuto procedi posse ad beati Petri Iuliani Eymard sollemnem canonizationem. Sacrum deinde, quod indiximus, Consistorium, die quintodecimo superioris mensis Novembris in Basilica Vaticana habitum est, in quo dilectus Filius Noster Arcadius S. R. E. Cardinalis Larraona, Sacrae Rituum Congregationis Praefectus, aequum esse ostendit ut Beati illius memoria summis consecraretur honoribus, enixeque postulavit ut quam primum ad id deveniretur. Receptis ideo omnium qui aderant S. R. E. Cardinalium et sacrorum Praesulum suffragiis, plane comperimus Beatum illum concordi sententia ab iis talem aestimari qui fulgido honestaretur Sanctorum diademate, ad eiusque canonizationem diem statuimus nonum proximi mensis Decembris.

Quo magnae sollemnitatis die in Petrianum templum descendimus, magno fidelium atque sacrorum Antistitum, ex universo terrarum orbe Concilii Oecumenici Vaticani II celebrandi causa Romae astantium, numero frequentissimum. Tunc dilectus Filius Noster Arcadius S. R. E. Cardinalis Larraona, perorante dilecto filio Camillo Corsanego, Consistorialis Aulae Advocato, instanter de more, instantius, instantissime postulavit ut Petrus Iulianus Eymard, una cum Antonio Maria Pucci et Francisco Maria a Camporubeo, Sanctus declararetur. Cui consistoriali Advocato per dilectum Filium Hamletum Tondini, ab epistulis Nostris ad Principes, respondimus iam in eo esse ut huiusmodi postulationi concederemus. Itaque, a divino Paraclito superni luminis copia implorata, in divi Petri cathedra, utpote supremi catholicae Ecclesiae magistri munere fungentes, haec sollemniter pronuntiavimus : *Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exarationem fidei catholicae et christianae religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra : matura deliberatione praehabita, et divina ope saepius implorata, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. B. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum, in Urbe exsistentium, consilio, Beatos Petrum Iulianum Eymard, Antonium Mariam Pucci et Franciscum a Camporubeo, Confessores, Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo adscribimus: statuentes illorum memoriam quolibet anno die eorum natali, prima nempe Augusti pro Petro Iuliano, duodecima Ianuarii pro*


Antonio Maria, et decima septima Septembris pro Francisco, inter Sanctos Confessores pia devotione recoli debere. In nomine Pa **£& ins** *et Fi* **£B** *Hi et Spiritus Q$ Sancti. Amen.*

Deinde post grates omnipotenti Deo ana cum astantibus aetas, Sanctorum illorum patrocinium primi invocavimus, de eorumque miris virtutibus sermonem habuimus.

Omnibus itaque, quae inspicienda erant, bene perpensis, certa scientia ac de Nostra apostolica auctoritate, quae supra memoravimus confirmamus, mandantes ut harum Litterarum exemplis vel locis, etiam typis impressis, manu tamen alicuius apostolici tabellionis subscriptis sigilloque munitis, eadem tribuatur fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die nono mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quinto.

Ego IOANNES Catholicae Ecclesiae Episcopus



£B Ego EUGENIUS Episcopus Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae Card. TISSERANT, Sacri Collegii Decanus.

•B Ego CLEMENS Episcopus Veliternus Card. MICARA.

£8 Ego IOSEPHUS Episcopus Albanensis Card. PIZZARDO.

£8 Ego BENEDICTUS Episcopus Praenestinus Card. ALOISI MASELLA, S. R. E. Camerarius.

£8 Ego HAMLETUS IOANNES Episcopus titulo Tusculanus Card. Cicognani.

£& Ego IOSEPHUS Episcopus titulo Sabinensis et Mandelensis Card, FERRETTO.

Ego IACOBUS ALOISIUS titulo S. Laurentii in Damaso Presbyter Card. COPELLO.

Ego GREGORIUS PETRUS titulo S. Bartholomaei in Insula Presbyter Card. AGAGIÂNIAN.

Ego VALERIUS titulo S. Silvestri in Capite Presbyter Card. VALERI.

Ego PETRUS titulo S. Praxedis Presbyter Card. CIRIACI.

Ego PAULUS titulo S. Mariae in Vallicella Presbyter Card. GIOBBE, S. R. E. Datarius.

Ego FERDINANDUS titulo S. Eustachii Presbyter Card. CENTO.

Ego CAROLUS titulo S. Mariae in Porticu Presbyter Card. CHIARLO.

Ego CAROLUS titulo S. Agnetis extra moenia Presbyter Card. CONFALONIERI.

Ego PAULUS titulo S. Andreae Apostoli de Hortis Presbyter Card. MARELLA.

Ego GUSTAVUS titulo S. Hieronymi Illiricorum Presbyter Card. TESTA.

Ego ALOISIUS titulo S. Andreae de Valle Presbyter Card. TRAGLIA.

Ego IOSEPHUS titulo S. Priscae Presbyter Card. da COSTA NUNES.

Ego HILDEBRANDUS titulo S. Sebastiani ad Catacumbas Presbyter Card. ANTONIUTTI.

Ego EPHRAEM titulo S. Crucis in Jerusalem Presbyter Card. FORNI.

Ego ALAPRIDUS S. Mariae in Domnica Diaconus Card. OTTAVIANI.

Ego ALBERTUS S. Pudentianae Diaconus Card. Di IORIO.

Ego FRANCISCUS S. Caesarii in Palatio Diaconus Card. BRACCI.

Ego FRANCISCUS S. Mariae in Cosmedin Diaconus Card. ROBERTI.

Ego ANDREAS S. Georgii in Velabro Diaconus Card. JULLIEN.

Ego ARCADIUS MARIA SS. Blasii et Caroli ad Catinarios Diaconus Card. LARRAONA.

Ego FRANCISCUS SS. Cosmae et Damiani Diaconus Card. MORANO.

Ego VILLELMUS THEODORUS S. Theodori in Palatio Diaconus Card. HEARD.

Ego AUGUSTINUS S. Sabae Diaconus Card. BEA.

Ego ANTONIUS S. Eugenii Papae Diaconus Card. B ACCI.

Ego IOACHIMUS ANSELMUS S. Apollinaris Diaconus Card. ALBAREDA.

Ego MICHAEL S. Pauli in Harenula Diaconus Card. BROWNE.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

ARCADIUS Card. LARRAONA
S. R. C. Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CX, n. lk.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ANTEQUERENSIS - ANGELORUM
(TEHUACANIENSIS)

Ab Ecclesiis Antequerensi et Angelorum quaedam territoria detrahuntur, quibus nova dioecesis conditur, « Tehuacaniensis » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quem ad modum redeunte vere patularum arborum comae et gemmarum et florum et ramorum splendore vestiuntur, ita Ecclesia sancta, fiante Dei numine, usque renovatur, novarumqué dioecesium ortu, quasi de fronde, laetatur. Cum ergo venerabilis Frater Aloisius Raimondi, Archiepiscopus titulo Tarsensis et in Ditione Mexicana Apostolicus Delegatus, id proposuerit ut divisis archidioecesibus Antequerensi et Angelorum, sane amplissimis, nova ibi loci conderetur ecclesiastica circumscriptio, Nos hoc censentes christiani Nominis propagationi conferre posse, aequo animo consilium eius probantes, de sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum, haec statuimus atque iubemus. Ab archidioecesi Antequerensi districtum, quem dicunt, Tehuacan separamus, qui haec municipia complectitur : Chapulco, Tepango de López, Santiago Miahuatlán, Nicolas Bravo (San Felipe), Tehuacán, San Antonio Canada, Vicente Guerrero (Santa Maria del Monte), Zapotitlán (Salinas), San Gabriel Chilac, Altepexi, Ajalpán, Zinacatepec, Eloxochitlán, Zoquitlàn (San Pablo), Tlacotepec de Diaz, Caltepec, San José Miahuatlán, Coxcatlán et Coyomeapan Santa Maria ; ab archidioecesi vero Angelorum municipia quae sequuntur : Talcotepec (Santa Cruz), Atexcal (San Martin), Yehuaìtepec, Xochitlan (Todos Santos), Coyotepec (San Vicente), Ixcaquixtla (San Juan Bautista), Atenayuca (Juan N. Méndez), Cañada Morelos et Palmar de Bravo. His autem omnibus territoriis novam dioecesim Condimus, cui erit nomen *Tehuacaniensis,* cuiusque erunt fines iidem atque municipiorum quibus efficitur. Nova Ecclesia confinis erit : ad septem-

trionem, archidioecesi Angelorum, ad orientem solem, archidioecesi Verae Crucis seu Ialapensi, ad meridiem, archidioecesi Antequerensi et dioecesi Huajuapanensi, ad occidentem denique solem, archidioecesi Angelorum. Sedem episcopalem sacrique Praesulis domicilium in urbe Tehuacán statuimus; cathedram in templo B. M. V. Immaculatae poni censemus, quod est in eadem civitate, quodque debitis iuribus cathedralium templorum augemus. Volumus praeterea ut nova dioecesis sit Sedi metropolitanae Angelorum suffraganea; item eius Episcopus illi sacro Antistiti obnoxius erit. Collegium Canonicorum constituatur : id enim multum confert ad Dei honorem augendum sacrarum caerimoniarum splendore, praeterquamquod affert Episcopo utilitates, cui virorum prudentium coetus praesto erit. Quamdiu vero his carebit, idem Consultores eligat a munere cessaturos, Canonicis electis. Mensam efficient : Curiae proventus, populi collationes, congrua bonorum pars quae divisis bonis ad canonem 1500 C. I. C. Sedi Tehuacaniensi obveniet. Iubemus praeterea ut Seminarium minus Episcopus quam primum construat, iuxta regulas iuris communis et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus; cum autem iuvenes quos Deus ad sacerdotium vocaverit philosophiae atque theologiae vacare debeant, qui optimi fuerint Romam mittantur ut in Pontificio Collegio Piano Latino Americano sane erudiantur. Ad clerum quod attinet, statuimus ut dioecesi constituta Sacerdotes ei Ecclesiae addicantur, in qua beneficium vel officium habeant; ceteri clerici atque Seminarii tirones, ei, in qua legitime degant. Acta denique ac documenta quae ad dioecesim modo conditam ad eiusve personas respiciant, cito ad eius Curiam mittantur, in tabulario rerum religiosarum magna cura asservanda. Censemus postremo ut has Litteras Nostras venerabilis Frater Aloisius Raimondi exsequatur, vel quem ille delegaverit, factis necessariis potestatibus. Re autem acta, idem documenta exarari faciet, eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis

impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio decimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CX, n. 28.

II

BELLOHORIZONTINAE ET ALIARUM

(IUDICIFORENSIS, DE POUSO ALEGRE, UBERABENSIS)

Ab ecclesiasticis provinciis Bellohorizontina, Adamantina, Marianensi quaedam sedes dividuntur, quibus novae tres provinciae ecclesiasticae conduntur: *ludiciforensis, de Pouso Alegre, et Uberabensis.*

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Qui tamquam Petrus, Apostolorum princeps, ad summa Ecclesiae sanctae elati sumus fastigia, in Nosque christiani gregis pascendi onus paterna caritate suscepimus, nihil hoc sanctius agitamus in mente quam ut omnibus populis sacratissimam Christi religionem ceu thesaurum tradamus vigentemque faciamus, cum Nobis unum insideat et haereat in animo ut nempe ea flamma, id lumen quod in terras Dei Filius tulerit, et

accendatur in hominibus vehementer, et vivacissime splendeat. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi et in Brasilia Apostolicus Nuntius, ad populi bonum aptius procurandum atque ad ecclesiasticam disciplinam promovendam id petierit ut, divisis provinciis ecclesiasticis Bellohorizontina, Adamantina et Marianensi, novae archidioeceses et provinciae constituerentur, Nos re bene reputata consilioque petito a venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Negotiis Consistorialibus praepositis, de sententia Ordinariorum Praesulum quorum interesset, haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. A provincia ecclesiastica Bellohorizontina has dioeceses separamus : Uberabensem, Patensem, Fertiliensem, Guaxupensem ; a provincia vero Marianensi, has, quae sequuntur : Iudiciforensem, Leopoldinensem, S. Ioannis a Rege, de Pouso Alegre, Campaniensem in Brasilia; tandem a provincia Adamantina, Praelaturam nullius Paracatuensem, hodie ad dignitatem dioecesis elatam. Quibus omnibus dioecesibus tres novas provincias ecclesiasticas condimus, nempe : *Iudiciforensem, de Pouso Alegre, Uberabensem,* Ecclesiis iisdem in ordinem archiepiscopalium Sedium redactis, scilicet cum omnibus iuribus et privilegiis debitis. His autem metropolitanis Ecclesiis erunt ordine suffraganeae : Leopoldinensis et S. Ioannis a Rege, Iudiciforensi ; Campaniensis in Brasilia et Guaxupensis, de Pouso Alegre; Patensis, Fertiliensis et Paracatuensis, Uberabensi. Censemus praeterea ut dioecesis Valadarensis a provincia Adamantina subtrahatur, et Marianensi in omne tempus addicatur suffraganea. Fines ergo provinciarum Marianensis, Adamantinae et Bellohorizontinae iidem erunt atque Ecclesiarum quibus unaquaeque constat, nempe : primae, Ecclesiarum Marianensis, Caratingensis et Valadarensis; alterae, Adamantinae, Montisclarensis, Arassuhayensis, Ianuariensis et Otonopolitanae ; tertiae, Bellohorizontinae, Luceatinae, Oliveirensis, Septemlacunensis et Divinopolitanae. Porro per has litteras Nostras statuimus ut cathedralia templa et Collegia Canonicorum ad gradum et dignitatem archiepiscopalium ac metropolitanorum perferantur cum iustis iuribus et privilegiis. Volumus ut Sedi Iudicif orensi venerabilis Frater Geraldus Maria de Moráis Penedo praefiniatur Archiepiscopus Metropolita, qui fuit hactenus eiusdem Ecclesiae Episcopus; Sedi de Pouso Alegre, venerabilis Frater Iosephus d'Angelo Neto, hactenus sacer eiusdem dioecesis Episcopus ; Sedi Uberabensi, venerabilis Frater Alexander Gonçalves do Amaral, adhuc eiusdem Ecclesiae Episcopus. Qui omnes iuribus frui poterunt quibus ceteri per orbem terrarum Metropolitae, ut pallium gestandi et ante se Crucem ferendi in

sacris caeremoniis, postquam tamen in publico Consistorio a Nobis impetraverint. Ceterum, haec omnia, quae iussimus, venerabilis Frater Armandus Lombardi exsequi studebit vel quem ille delegaverit, factis ad hoc necessariis potestatibus. Rebus vero actis, idem documenta exarari faciet, eademque sinceris exemplis ad S. Congregationem Consistorialem mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto decimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nangentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regem

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco **C¡** Plumbi

In Ap. Cane, tal., vol. CX, n. 22.

ni

PARACATUENSIS

Praelatura « nullius » Paracatuensis ad gradum et dignitatem dioecesis tollitur, eodem nomine et finibus.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Illius navis gubernationi praepositi, cuius est munus mortales omnes, quotquot in Christum crediderint, ex huius fragilis vitae portibus ad immortales caelorum regiones reducere, et tempestates cognovimus peragrandi maris, et fulgidissimos dies, quibus Christi navigium per undas exsultat. Quibus sane hic videtur esse dies annumerandus, in quo datur novam dioecesim constituere : petiit enim venerabilis Prater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi et in Foederatis Brasiliae Civitatibus Apostolicus Nuntius, ut, ad magna incrementa respicientes quae sive in religioso campo sive in civili regio cepit, quam populus Minas Gérais cognominai, praelaturam «nullius)) Paracatuensem in ordinem dioecesium redigeremus ; quod et civiles auctoritates exoptare, de bono civium sollicitas. Quae cum ita sint, venerabilibus Fratribus Nostris sententiam rogatis S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi Consistoriali praepositis, de Nostra summa auctoritate haec statuimus. Paracatuensem praelaturam «nullius)) in dioecesim redigimus *eodem nomine* **iisdemque finibus. Cuius erit sedes in civitate Paracatu, in qua Praesul domicilium collocabit ; cathedram vero ponet idem in templo S. Antonii Patavini, ibidem exstante, quod ad dignitatem aedis cathedralis, cum iustis honoribus et privilegiis, tollimus. Novam dioecesim suffraganeam facimus Sedis metropolitanae Uberabensis, hac ipsa die ad metropolitanae Ecclesiae gradum evectae, cuius Metropolitae sacer etiam Paracatuensis Antistes obnoxius erit. Qui profecto curabit ut Canonicorum Collegium in sua dioecesi condatur caerimoniarum splendori augendo consilioque lectorum virorum praesto habendo. Si tamen id statim fieri nequeat, Consultores dioecesanos ad tempus constituet, qui ope atque consilio sibi praesto sint. Mensam episcopalem, quae dicitur, efficient : Curiae proventus, fidelium collationes, bona quae ad praelaturam hucusque pertinuerunt. Seminarium saltem minus Episcopus construat, idque**

gravi obligatione, ad normam iuris communis et iuxta regulas quae Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus tulerit. Cum vero iuvenes adoleverint, qui optimi fuerint Romam mittantur, in Pontificio Collegio Piano Brasiliano philosophia atque sacra theologia erudiendi. Dioecesi, postremo, per has Litteras constituta, eo ipso Sacerdotes in territorio eius degentes legitimo domicilio, dioecesi addicentur tamquam proprius clerus. Ceterum, venerabilis Frater Armandus Lombardi has Litteras Nostras ad exitum adducet, vel per se ipse, vel per legatum, factis ad hoc necessariis facultatibus. Re autem acta, idem documenta exarari faciet, eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo quarto mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALpNIERI
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CX, n. 19.

S ••••

IV

AREQUIPENSIS - CARAVELIENSIS
(CHUQUIBAMBENSIS)

Detractis quibusdam territoriis ab archidioecesi Arequipensi et a praelatura « nullius » Caraveliensi, nova praelatura « nullius » conditur, « Chuquibambensis » nomine.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi caritas, qua una agendi norma Apostolica haec Sedes utitur, nihil unquam intentatum relinquit ut salutifer ((sermo Dei currat et clarificetur » *(2 Thess.,* 3,1) **in terris, iis omnibus vel terreni ordini subsidiis adhibitis quae nonnihil ad id conducere videantur. Libenter igitur preces accepimus quibus venerabilis Frater Romulus Carboni, Archiepiscopus titulo Sidoniensis et in Republica Peruviana Apostolicus Nuntius, auditis nempe venerabili Fratre Leonardo Iosepho Rodriguez Ballon, Archiepiscopo Arequipensi, et dilecto Filio Friderico Kaiser, Praelato ((nullius » Caraveliensi, a Nobis expostulavit ut divisis territoriis Ecclesiarum Arequipensis et Caraveliensis, nova constitueretur ex iis Praelatura « nullius ». Suprema igitur Nostra potestate usi, eorumque consensu suppleto qui in hoc negotio aliquid iuris habeant vel se putent habere, ea quae sequuntur decernimus. Ab archidioecesi Arequipensi territoria separamus civilium provinciarum quae Castilla et Camanà cognominantur ; a praelatura autem « nullius » Caraveliensi, quae Unión et Condesuyo vocantur ; ex iisque novam praelaturam « nullius » constituimus** *Ghuquibambensem* **appellandam, iisdemque finibus circumscribendam quibus civiles provinciae, simul sumptae, terminantur. Nova igitur praelatura « nullius » confinis erit : ad septentrionem, praelaturae « nullius » Caraveliensi ; ad orientem solem, dioecesi Abancaiensi et praelaturae « nullius » Sicuanensi ; ad meridiem, archidioecesi Arequipensi; ad occidentem denique solem, Oceano Pacifico. Sedem praelaturae in urbe Chuquibamba cognominata Praelatus collocabit, cathedram vero in templo curiali ibidem exstante Deo in honorem S. Annae, J3. M. V. Matris dicato, quod ad dignitatem praelaticii templi attollimus,**

cum iuribus et honoribus. Etiam sacer Antistes, ut aequum, iis omnibus iuribus et privilegiis utetur, quibus sui gradus Praelati per terrarum orbem fruuntur, oneraque congrua subibit. Cum praelatura « nullius » Chuquibambensis praeterea tum eius Antistes metropolitanae Sedi Arequipensi eiusque Ordinario subicientur suffraganei. In nova Ecclesia Seminarium saltem minus exstruatur, pueris excipiendis qui ad sacerdotium Dei gratia invitentur ; quod ad normas iuris communis fiat atque secundum regulas Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus. Cum vero iuvenes eo adoleverint ut philosophiae sacraeque theologiae operam dare debeant, qui meliores fuerint Eomam mittantur, Collegio Piano Latino Americano excipiendi. Mensam praelaticiam, quam dicunt, constituent : Curiae emolumenta, fidelium collationes, dos a civili Gubernio danda, atque ea bonorum pars quae Praelaturae advenient iuxta canonem 1500 C. I. C. De clero autem haec decernimus : ut videlicet sacerdotes Ecclesiae illi accenseantur in qua beneficium aut officium habeant ; ceteri vero clerici Seminariique tirones, ei in qua legitimum habeant domicilium. Regimen Ecclesiae, administratio, electio Vicarii capitularis, Sede vacante, cetera eiusmodi iure canonico omnino temperentur. Documenta denique et acta, quae ad novam praelaturam respiciant, statim ad eius Curiam praelaticiam mittantur, in tabulario rerum religiosarum magna cura custodienda. Ceterum ea quae per has Litteras Nostras mandavimus venerabilis Frater Romulus Carboni, quem diximus, exsequi studebit, vel per se ipse, vel per alium, factis ad id necessariis facultatibus ; re autem peracta, idem documenta exarari studebit eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet. Quod si alius eo tempore in Peruviana Republica Nuntii munere fungatur, hic quae iussimus faciet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efiicacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si

ostender ent»r. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quinto mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. B. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
. **Iosephus Rossi,** *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CX, n. 15.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Sanctus Ioseph, Sponsus Beatae Mariae Virginis, praecipuus Patronus caelestis archidioecesis Hartfortiensis constituitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Insidet in animis cleri et Christifidelium archidioecesis Hartfortiensis, quemadmodum accepimus, iamdiu peculiaris pietas erga Sanctum Ioseph, almae Deiparae Sponsum. Quod, missis aliis, testantur XI templa paroecialia atque ipsa ecclesia cathedralis, eleganti manu recens exstructa, quae Sancto Iesu Christi Nutricio sunt dicata. Volens autem hoc alacre religionis studium .firmare auctibusque provehere, Venerabilis Frater Henricus Iosephus 0'Brien, Hartfortiensis Archiepiscopus, Nos rogavit, ut praeclarum illum Caelitem, Salvatori et Beatae Mariae Virgini coniunctissimum, archidioecesis suae praecipuum apud Deum Patronum renuntiaremus. Quibus precibus libenter admissis, Nos e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Ioseph, Beatae Mariae Virginis Sponsum, totius Hartfortien-

sis archidioecesis principalem caelestem *Patronum* **constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis dioecesium seu locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Augusti, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Beata Maria Virgo, ab Immaculata Conceptione appellata, praecipua Civitatis Mariae dioecesis Patrona, atque Sancti Ioseph Opifex et Pius Pp. X secundarii Patroni, renuntiantur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Civitas Mariae, ad sacrae caput iurisdictionis in Argentinorum republica aliquot ante annos evecta, dulcissimo pietatis amorisque vinculo cum Alma Deipara coniungitur, quemadmodum ex ipso loci colligitur nomine. Huius etiam dioecesis maximum templum praeclaro Immaculatae Conceptionis titulo decoratur atque frequentes fidelium multitudines ad caelestem Matrem honorandam excolendamque allicit, quasi quaedam palaestra germanae religionis. His de causis, quandoquidem sancta Ecclesiae instituta, recentia praesertim, superno obtegi patrocinio maxime decet, peropportunum sane probabileque est iudicandum consilium Virginem, primae labis expertem, Patronam totius dioecesis eligendi. Porro, quo amplior quodammodo Caelitum corona reddatur, duo etiam compatroni expetuntur Sanctus Ioseph Opifex ac Sanctus Pius Pp. X, quibus quippe nullus sit in eadem regione Christianus quin studio voluntateque confidat. His autem votis, a Venerabili Fratre Alberto Deane, Civitatis Mariae Episcopo, suo omniumque sacerdotum piarumque sodalitatum nomine ad Apostolicam

Sedem aliati^ libenti animo statuimus obsecundare, pro certo habentes ex praesenti illorum Sanctorum tutela innumerabilia in rem catholicam beneficia redundare. Itaque, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatissimam Virginem Mariam, ab Immaculata Conceptione appellatam, *principalem* **Civitatis Mariae dioecesis apud Deum** *Patronam,* **ac Sanctos Ioseph Opificem, eiusdem Virginis Sponsum, et Pium Pp. X** *secundarios* **eiusdem dioecesis** *Patronos* **constituimus atque declaramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae dioeceseon Patronis sive principalibus sive secundariis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Octobris, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quarto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Sancta Gemma Galgani, Virgo, in praecipuam caelestem Patronam pro Iota dioecesi Dodomaënsi in Tanganyika eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — « Pios Dominicae Passionis » a Pio Pp. XII, Decessore Nostro, fel. rec, cum Sanctorum Caelitum honores ei decernens Homiliam, anno MCMXXXX, haberet, est appellata Gemma Galgani, Virgo Lucensis, vere « gemma » illius religiosae Familiae, cui animo addicta erat, Clericorum nempe excalceatorum Sanctissimae Crucis et Passionis D. N. Iesu Christi. Hi, biennio post eius Beatificationem, a rec. mem. Pio Pp. XI, anno MCMXXXIII, peractam-, in Africae Orientalis regione, « Dodoma » nuncupata, christianae Fidei propagatores effecti, pietatem cultumque Beatae Gemmae continenter inter fide-

les foverunt, quin immo recentis illius ((missionis» territorium tunc Praefecturam Apostolicam, postea Vicariatum, nunc vero, decem fere abhinc annos, ad dignitatem dioeceseos evectum, in eiusdem Sanctae Virginis patrocinium ac tutelam tradiderunt. Ne tamen haec pia Religiosorum fideliumque voluntas Apostolica careret auctoritate atque sanC' tione, Venerabilis Frater Antonius Ieremias Pesce, Episcopus Dodomaeri-' sis, enixis Nos adiit precibus, ut eadem Sancta Virgo totius illius dioecesis Patrona per Nosmet ipsos renuntiaretur. Nos autem, de spirituali bono vitaeque christianae incremento solliciti, huiusmodi precibus annuendum perlibenter censuimus. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scienta ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Sanctam Gemmam Galgani, Virginem, totius dioecesis Dodomaënsis praecipuam apud Deum *Patronam,* **omnibus adiectis honoribus, quae principalibus locorum Patronis rite competunt, confirmamus, seu denuo declaramus, constituimus, renuntiamus. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque ad quos pertinent seu pertinere poterunt, nunc et in posterum, plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter' sive ignoranter contigerit attentari.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxix mensis Octobris, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Beata Maria Virgo « ab Angelo salutata » totius dioecesis Sanctae Mariae Angelorum praecipua Patrona eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Ab Archangelo Dei verbis humanissimis salutata, Beata Maria Virgo pietate vere singulari excolitur in dioecesi Sanctae Mariae Angelorum, quam per Apostolicam Constitutionem haud pridem in Chilia condidimus. Nuntius ille supernus,

quo caelum ß«m terra visum est coniungi, magno viget honore suavique recordatione apud fidelem industriumque populum, qui eam incolit regionem, quique, naturali veluti propensioni obsecutus, caelestem Matrem, liberorum more, diligit, eiusque praesidio confisus, Eandem suam Patronam habet. His de causis Venerabilis Frater Emmanuel Sánchez Beguiristain, eiusdem dioecesis Episcopus, officiosissimas dedit ad Nos litteras, id petens ut, mariali patrocinio publice decreto, diem tanti eventus memoriae in Ecclesiae liturgia sacrum pro tota sua dioecesi festum renuntiaremus, sollemnibus ritibus celebrandum. Nos vero, quippe qui cultui Ssmae Virginis omnimode propagando studeamus, sacrasque iurisdictiones caelesti tutela firmandas curemus, huiusmodi votum, cleri universique populi nomine ad Nostrani Sedem delatum, benigne admittere statuimus. Itaque ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatissimam Mariam Virginem, ab Angelo salutatam, principalem apud Deum totius dioecesis Sanctae Mariae Angelorum *Patronam* **confirmamus, constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae principalibus locorum Patronis rite competunt, additaque facultate quotannis, die xxv mensis Martii, in festo Annuntiationis eiusdem patrocinii festum celebrandi. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIX mensis Octobris, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

V

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris Cathedrali ecclesiae Mindoniensi conferuntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Sanctum religione et opere nobile perhibetur esse templum princeps Mindoniense, quod, Almae Deiparae sideribus receptae sacrum, ad egregiae artis Gothicae rationem saeculo XIII inito exstructum est, molis amplitudine commendatur, picturis saeculo xv summa colorum venustate expressis et aliis ornamentis lautissimis excellit. Quas ob laudes ecclesia haec, Episcoporum a vetusta aetate sedes praeclara, publicis nationis Hispanicae monumentis merito est annumerata. Multum etiam probatur ei continens sacrarium, tabulis pictis decoratum, et porticus quadrilatera, eo structurae genere insignis, quae optimum veterum aedificandi modum f abre imitatur. Praeterea asservatur ibidem pieque excolitur effigies Beatae Mariae Virginis, cui adiecta appellatio « Virgo Anglica », siquidem, ut annalium memoria traditur, simulacrum e cathedrali templo urbis Londinii, quo tempore Henricus VIII nomini catholico adversabatur, eo advectum est. Haec omnia reputans cum animo cupiensque augustum hoc pietatis domicilium dignitate augere, Venerabilis Frater Hyacinthus Argaya Goicoechea, Mindoniensis-Ferrolensis Episcopus, preces ad Nos admovit, ut templum praedictum Basilicae Minoris nomine ac iure donar emus. Quae vota libenti animo implentes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Cathedralem ecclesiam Mindoniensem, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis in caelum Assumptae consecratam, ad gradum *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae sacris aedibus eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Novembris, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

ALLOCUTIONES

I

Ad Exc.morum Legatorum Coetum apud Sedem Apostolicam, feria quinta Maioris Hebdomadae in « Cena Domini », post Eucharisticum sacrificium in Aede Sixtina a Summo Pontifice peractum. *

Excellences et chers Messieurs,

La cérémonie du Jeudi-Saint est, dans sa simplicité, une des plus touchantes de toute la liturgie de l'Eglise. L'heure même à laquelle elle se déroule la rend plus suggestive encore : c'est le soir venu, nous disent les évangélistes — *vespere autem facto* **— que le Christ, arrivé à la veille de sa mort, se mit à table avec ses disciples :** *discumbebat cum duodecim discipulis suis.*[1] i

Moment solennel entre tous dans le culte catholique, cet anniversaire du premier Jeudi-Saint, célébré chaque année avec ferveur par les chrétiens du monde entier, et toujours riche de répercussions bienfaisantes pour l'ensemble des peuples de la terre.

De tous les enseignements renfermés dans le mystère de cette célébration, Nous voudrions en signaler trois principaux.

Le Jeudi-Saint, c'est d'abord le jour où fut rendue à Dieu l'adoration la plus parfaite, grâce à l'institution par le Christ du sacrifice définitif. Les holocaustes de l'ancienne alliance sont accomplis désormais dans la victime sans tache qui s'offrira demain sur la Croix, et qui se place dès ce soir sous les symboles anciennement prédits du pain et du vin: *Melchisedech, sacerdos Dei summi, obviavit Abrahae ... proferens panem et vinum.*[2] **C'est le pain et le vin qui fournissent au Souverain Prêtre selon l'ordre de Melchisedech**[3] **la matière du merveilleux Sacrement qu'il institue en ce jour : l'Eucharistie, le vrai sacrifice, dans lequel tous les autres trouvent leur accomplissement. En la personne du Christ, le premier devoir de l'homme, qui est l'adoration, est rempli de la façon la plus eminente: c'est le Verbe incarné, l'Homme-Dieu,**

* Die U Aprilis mensis a. 1963.

[1] ***Matth.*** 26, 20.

[2] Cfr. ***Hebr.*** 7, 1 et ***Gen.*** 14, 18.

[8] Cfr. ***Ps.*** 109, 4.

qui rend l'hommage le plus parfait au Roi tout-puissant et immortel des siècles.

Le Jeudi-Saint, c'est encore le jour où, sur le point de mourir, le Christ laisse à son Eglise ses suprêmes consignes. Le repas est achevé, les Apôtres ont communié au sacrement nouvellement institué par leur Maître. Celui-ci leur ouvre alors son cœur, et dans un émouvant discours, dont l'Evangéliste Saint Jean nous a conservé la substance, il les prépare à leur future mission.[4] Trois pensées surtout, trois traits de lumière, qui vont illuminer leur route quand il les aura quittés : charité, unité, promptitude au sacrifice. De là va découler une nouvelle méthode de diffusion de la vérité: méthode toute spéciale à l'Eglise, et qui n'aura d'égale dans aucune société terrestre.

C'est en effet avec des moyens purement spirituels que les Apôtres vont affronter tous les périls et répandre dans le monde entier, au prix de leur sang, le message de vérité et de vie dont ils sont les dépositaires.

Ce message, l'Eglise continue à le répandre au cours des âges, et par les mêmes méthodes. Aujourd'hui comme hier, elle appelle sans se lasser les hommes à l'unité dans la charité. Et c'est encore ce qu'a voulu redire — dans un langage qui, Nous l'espérons, sera entendu et compris de tous — l'encyclique *Pacem in terris.* **Il Nous plaît qu'elle paraisse en ce jour où sont tombées des lèvres du Christ les divines paroles : « Aimez-vous les uns les autres ».[5] C'est en effet avant tout un grand appel à l'amour que Nous avons voulu lancer aux hommes de ce temps. Qu'ils reconnaissent de bon gré leur commune origine, qui les rend tous frères, et qu'ils s'unissent ! Que, grâce à la charité qui pénétrera les cœurs, une énergie nouvelle vienne animer les Gouvernants ; qu'elle les aide à croire à la présence de Dieu dans l'histoire, et à accepter sa loi, jusqu'aux conséquences logiques, jusqu'aux applications concrètes qu'elle comporte! Qu'ils soient amenés ainsi à tout faire, absolument tout, en esprit d'obéissance à un devoir qui les dépasse, qui transcende la vie des individus ! Et que, dans cet esprit, ils ne négligent rien de ce qui peut favo^ riser le développement de la personne humaine et assurer ici-bas une vie en société ayant pour solides fondements la vérité, la justice, la paix et la liberté ! Nous n'avons pas eu d'autre désir, d'autre dessein, dans ce document solennel de Notre magistère, que de Nous faire l'humble écho**

[4] Cfr. ***Io.*** 13, 16.
[5] ***Io.*** 13, 34.

du testament du Christ, l'interprète des divines et émouvantes confidences du Jeudi-Saifit.

Troisième leçon : l'exemple donné par le Christ. La liturgie à laquelle vous venez d'assister, lorsqu'elle est célébrée solennellement par l'Evêque dans sa cathédrale, comporte une cérémonie supplémentaire, particulièrement suggestive et riche, elle aussi, d'un très haut enseignement : c'est celle du lavement des pieds : la mise en pratique de l'exemple donné par le Maître divin — *Exemplum dedi vobis* **— et rapporté par l'Evangéliste Saint Jean en des termes d'une simplicité et d'une beauté inégalables.**

« Le repas achevé, Jésus, sachant que le Père avait tout remis en ses mains et qu'il était venu de Dieu et retournait à Dieu, se leva de table, quitta son manteau et prenant un linge, l'attacha à sa ceinture. Puis il versa de l'eau dans un bassin et il se mit à laver les pieds des disciples et à les essuyer ».[6]

Quel spectacle, chers Messieurs, et quel exemple : le Christ à genoux aux pieds de ses disciples, leur rendant le plus humble des services !

L'Eglise a recueilli cette précieuse leçon : elle est répétée aujourd'hui même dans toutes les cathédrales du monde, où l'on peut voir les successeurs des Apôtres, revêtus des ornements liturgiques, renouveler le geste de leur Maître.

Mais plus que le geste, c'est l'esprit qui compte, et la leçon n'est pas seulement pour les chefs religieux : tout commandement, tout exercice de l'autorité est un service. Le Pape aime à s'appeler *Servus servorum Dei* **: il se sent et s'efforce d'être le serviteur de tous. Dieu veuille que ceux sur qui pèse la responsabilité de la communauté humaine accueillent, eux aussi, de bon cœur, cette dernière et grande leçon du Jeudi-Saint, et sachent reconnaître que leur autorité sera d'autant mieux acceptée par leurs peuples qu'ils l'exerceront dans un esprit d'humble service et de total dévouement au bien de tous.**

Telles sont, Excellences et chers Messieurs, les pensées que Nous suggère cette réunion de ce soir. S'il Nous est toujours agréable de voir réunis autour de Nous les distingués Représentants des nations, cette rencontre dans la lumière de la célébration liturgique du Jeudi-Saint Nous semble revêtir un caractère d'intimité et de confiance plus touchant encore que de coutume. Votre présence rend toutes proches de Nous les innombrables multitudes d'hommes auxquelles le Christ répète en ce

* ***Io.*** 13, 3-5.

jour, par Notre voix, son appel à l'amour et à l'humble service de leurs frères. Et Nous n'avons pas de plus cher désir, vous le savez, que de voir toute la grande famille humaine, docile à cet appel, enfin rassemblée dans l'union et dans la paix.

A vous, Excellences et chers Messieurs, Nos meilleurs vœux de joyeuses et saintes fêtes de Pâques, enrichies des grâces que Nous appelons de grand cœur sur vos personnes, sur ceux qui vous sont chers, et sur tous les peuples que vous représentez si dignement auprès de Nous.

Ainsi soit-il!

Il

Habita die festo Resurrectionis Domini Iesu Christi, civibus Romanis et peregrinis in Petriano adstantibus foro, antequam Summus Pontifex Urbi et Orbi Apostolicam impertiret Benedictionem. *

Diletti fiffli.

Questa è l'ora del saluto affettuoso e della grande benedizione, che voi, Romani e pellegrini di ogni lingua e provenienza, siete venuti a chiedere all'umile successore di San Pietro, nell'atto di scambiare con lui, figli col Padre, l'augurio lietissimo.

Occhi luminosi e cuori palpitanti esprimono slancio di amore e fiducia, che si innalzano da questa incomparabile piazza, come da tutte le cattedrali del mondo, in eco festosa *all'alleluia* **pasquale. Ma lo sguardo si dilata a più vasti orizzonti attraverso i collegamenti radio-televisivi, che simultaneamente adunano popoli vicini e genti lontane.**

Surrexit Christus, spes nostra! Non est in alio aliquo salus **: Cristo, nostra speranza, è risorto; in nessun altro c'è salvezza.**[1] **Siamo con Gesù risorto ; rimaniamo con lui. Da questa certezza saldissima, che si irradia dal mistero della Risurrezione, scaturiscono indicazioni di grande incoraggiamento.**

I popoli cristiani scambiano oggi lo stesso annuncio, che da quasi duemila anni è principio di fede, dono di grazia celeste, stimolo di attività coerente.

II Cristo è risorto : tutto e tutti devono riflettere la luce di lui : l'uomo e la famiglia, le leggi e il costume, e le varie forme di vita cornu-

* Die 14 Aprilis mensis a. 1963.

[1] Cfr. *Act.* 4, 12.

nitaria delle nazioni. Poiché Cristo ha vinto il peccato e la morte, instaurando>iuovo ordine nei rapporti dell'uomo con Dio, nulla può ormai esimersi dal suo divino imperio : « come Cristo risuscitò da morte per la gloria del Padre, così noi camminiamo in novità di vita)).[2]

Surrexit Christus, alleluia! **Il saluto dice radioso programma: non morte, ma vita; non divisioni, ma pace; non egoismi, ma carità; non menzogna, ma verità; non quel che deprime, ma il trionfo della luce, della purezza, del mutuo rispetto. E poiché ciò costituisce la salvezza, il servizio, l'onore del cristiano, questa sia la vostra testimonianza, ora e sempre, diletti figli !**

In questo giorno di Pasqua la parola si arresta sul canto della grande Benedizione, che Ci sentiamo indotti a dare con grande amore.

Innanzitutto essa scende su di voi, fedeli della diocesi di Roma. Avete ben meritato la presenza del vostro Vescovo nelle diverse parrocchie durante le domeniche della Quaresima. Quegli incontri spontanei, toccanti, hanno diffuso serenità, hanno rianimato propositi, fortificato buone volontà. Che spettacolo indimenticabile quando voi, giovani padri di famiglia, sollevando i vostri figlioletti, sembravate dire : — Ecco la Roma di domani —. In quegli istanti le Nostre braccia si aprivano, ma la voce non sapeva esprimere appieno la tenerezza del cuore.

Diletti figli di Roma, e di tutto il mondo. *Haec dies quam fecit Dominus!* **La Pasqua esalta la gloria dei Divino Risorto : Oh ! sì, voi continuate a sollevare in alto i vostri piccoli ; ed insieme a volgere al cielo le vostre speranze, gli intenti, le fatiche e le consolazioni, di cui si intreccia la quotidiana esistenza.**

Risuonano e si diffondono nell'aria e nei cuori le parole dell'apostolo Paolo, scandite questa notte nella Messa della vigilia pasquale : Se siete risuscitati con Cristo, cercate le cose di lassù, non quelle della terra. Poiché siete morti (al passato), e la vostra vita è nascosta con Cristo in Dio.[3]

Diletti figli ! Perseverate nella fede in Gesù. Nulla fate mai, che sia in contrasto col suo Vangelo ; che addolori i fratelli, ne turbi la coscienza, ne respinga le giuste aspirazioni.

La letizia di Pasqua irraggi dalle vostre parole e opere, sì che la forza animatrice del Cristianesimo si propaghi in tutti gli stadi della vita, e vi rechi fermento rinnovatore di giustizia e di carità.

[2] ***Rom.*** 6, 4.

[3] Cfr. ***Col.*** 3, .1-3.

Su tutto e tutti, sopra le moltitudini di questa piazza ed a quanti nelle chiese, nelle case, negli ospedali, o pellegrini per via come i discepoli di Emmaus, sono spiritualmente presenti a questo pacifico convegno di anime, scenda ora, accesa dall'immenso affetto del Nostro cuore, la benedizione augurale di pace, che amiamo ripetere nelle diverse lingue a voi familiari : *benedictio et pax, alleluia!* **

ni

***Iis qui interfuerunt Conventui primo Romae habito a Sodalitate quae vulgo « Association Internationale de Médecine des accidents et du trafic » appellatur.* ***

Chers Messieurs.

Dans la liturgie romaine, ce deuxième dimanche après Pâques porte nom très suggestif : c'est le dimanche du « Bon Pasteur ». Vous connaissez assurément le passage où l'évangéliste Saint Jean rapporte les paroles touchantes par lesquelles Jésus se définit ainsi le Berger des âmes. Ce récit n'a cessé au cours des siècles de guider l'action pastorale des prêtres ; il a inspiré bien des artistes, leur donnant d'exprimer par leur talent comme un reflet des choses célestes ; enfin et surtout, depuis bientôt deux mille ans, un nombre incalculable d'hommes et de femmes de tous pays y ont puisé le courage et l'amour nécessaires pour se mettre au service de leurs frères.

L'objet même qui vous a amenés à vous grouper en une « Association Internationale de Médecine des accidents et du trafic », chers Messieurs, peut à bon droit se réclamer de la parabole du Bon Pasteur. A l'exemple' du Bon Pasteur, vous vous penchez sur la brebis blessée par les dangers du chemin, et c'est votre zèle charitable qui vous a conduits à Rome, pour votre premier Congrès, de tous les horizons : en vérité, d'un bout du monde à l'autre. Vous avez voulu mettre en commun vos expériences cliniques, et faire progresser ainsi la médecine des accidents, dont la nécessité apparaît de nos jours d'une importance sans cesse croissante.

Laissez-Nous, avant toute autre chose, profiter de votre présence

** Tunc Beatissimus Pater ex ordine bene precantia verba ob redeuntia Paschalia festa italico, gallico, anglico, hispanico, lusitano, germanico, hollandico, polono, hellenico, russico, arabico, albanensi, bohemo, croato, sloveno, slovacho, hungarico, romenico, aethiopico, turcico, japónico, sinensi, ac tandem latino sermone fecit.

* Die 28 Aprilis mensis a. 1963.

autour de Nous, pour réaffirmer avec vous le caractère sacré de toute vie humaine^Le véritable médecin se fait toujours un devoir et un honneur de la protéger, de la conserver et de la développer à tous les stades de son existence. En agissant ainsi, il reconnaît la valeur imprescriptible d'un ordre moral qui le dépasse et exprime la grandeur de l'homme lui-même. C'est cette noble attitude, — Nous le savons, et Nous vous en félicitons —, qui anime votre conduite et fait tant honneur à vos labeurs.

C'est aussi la même conception de la dignité de la personne humaine qui Nous inspirait, quand Nous avons publié, voici bientôt deux ans, l'Encyclique *Mater et Magistra.* **Lorsque, au long des pages de ce document, Nous encourageons les syndicats à améliorer le sort matériel et moral des travailleurs, lorsque Nous exprimons Notre satisfaction que des régimes de sécurité sociale permettent aux hommes de regarder l'avenir avec plus de tranquillité, lorsque Nous demandons l'amélioration des soins médicaux et de l'habitat dans les zones rurales, lorsqu'enfin Nous soulignons le droit de l'homme à toutes les formes de l'assistance, Notre pensée est guidée comme la vôtre, par la conviction de la grandeur et de la dignité de la vie humaine.**

Mais Nos soucis recouvraient d'encore plus près les vôtres, Chers Messieurs, chaque fois que Nous avons dû rappeler aux usagers de la circulation routière les lois de la prudence, et mettre en garde contre les conséquences désastreuses résultant de leur transgression. Nous encouragions en particulier, le 9 août 1961, la campagne menée par les organismes italiens compétents en faveur de la protection du trafic. Nous rappelions que ((jamais on n'était arrivé, comme en notre époque, à une telle perfection de moyens efficaces et rapides pour voyager sur les voies de la terre, de la mer et des cieux. Mais il est aussi pareillement fréquent et douloureux, ajoutions-Nous, de devoir constater que le drame du voyage se termine trop souvent en tragédie de mort et de larmes ».[1]

Ces tragédies, vous en êtes, plus souvent que d'autres, les témoins et les spectateurs attristés. Vous ne serez pas étonnés que Nous estimions de Notre devoir de rappeler à tous, quand l'occasion s'en présente, la valeur du « Code de la Route » et de toutes les dispositions prises par les Autorités responsables de la sécurité des déplacements. Il est trop évident que, sans les contrôles et les limitations nécessaires, la mécanisation progressive qui caractérise la vie moderne entraînerait des troubles de plus en plus graves dans le bon ordre de la vie en société.

[1] ***Discorsi, Messaggi, Colloqui del Santo Padre Giovanni XXIII,*** **III** vol., p. 381 ss.

»	»	»	**Monsig. Weier Erberto (Detroit).**
1	settembre	»	**Monsig. Griffe Elia (Carcassonne).**
8	»	»	**Monsig. Conway Giuseppe (Albany).**
»	»	»	**Monsig. Hart Giacomo (Albany).**
»	»	»	**Monsig. Jones Giovanni (Albany).**
»	»	»	**Monsig. Manny Howard (Albany).**
»	»	»	**Monsig. O'Malley Edoardo (Albany).**
»	»	»	**Monsig. Bowe Tommaso Giuseppe (San Francisco in California).**
»	»	»	**Monsig. Cantwell Guglielmo Giuseppe (San Francisco in California).**
»	»	»	**Monsig. Carroll Vincenzo Ignazio (San Francisco in California).**
»	»	»	**Monsig. Clasby Guglielmo Giovanni (San Francisco in California).**
»	»	»	**Monsig. Foudy Giovanni Tommaso (San Francisco in California).**

8	settembre	1962.	Monsig. Healy Giovanni Giuseppe (San Francisco in California).
»	»	»	Monsig. McAlister Daniele (San Francisco in California).
	»	»	Monsig. Munier Giuseppe Davide (San Francisco in California).
»			Monsig. Murray Giacomo Michele (San Francisco in California).
6	ottobre	»	Monsig. Arteaga Malfavón Lorenzo (San Andrés Tuxtla).
»	»	»	Monsig. Castillo Estrada Pietro (San Andrés Tuxtla).
20	»	»	Monsig. Chess Ed vino Raffaele (Chicago).
»	»		Monsig. Saunders Edoardo Giuseppe (Chicago).
	»	»	Monsig. Balbo Albino (Rockville Centre).
»	»	»	Monsig. Brennan Giovanni (Rockville Centre).
»	»		Monsig. Cass Giovanni (Rockville Centre).
»		»	Monsig. Code Tommaso Francesco (Rockville Centre).
»			Monsig. Conerty Tommaso Ignazio (Rockville Centre).
»	»	»	Monsig. Crawford Eugenio Francesco (Rockville Centre).
	»	»	Monsig. Delaney Guglielmo Luigi (Rockville Centre).
»	»	»	Monsig. Flanagan Francesco (Rockville Centre).
»	»	»	Monsig. Flinn Dermod Cristoforo (Rockville Centre).
»		»	Monsig. Gillick Luigi (Rockville Centre).
»	»	»	Monsig. Clamkowski Edoardo Francesco (Rockville Centre).
»	»		Monsig. Glueckert Giuseppe (Rockville Centre).
»	»	»	Monsig. Hack Giuseppe (Rockville Centre).
		»	Monsig. Heinlein Michele (Rockville Centre).
»	»	»	Monsig. Xubec Gervasio (Rockville Centre).
	»	»	Monsig. Margiotta Vincenzo Salvatore (Rockville Centre).
	»		Monsig. McGowan Giovanni Francesco (Rockville Centre).
»	»	»	Monsig. Nolan Pietro Lorenzo (Rockville Centre).
»	»	»	Monsig. O'Brien Tommaso Francesco (Rockville Centre).
»	»	»	Monsig. O'Dea Martino (Rockville Centre).
»	»	»	Monsig. Pfundstein Adamo Giuseppe (Rockville Centre).
»	»	»	Monsig. Réel Enrico (Rockville Centre).
	»	»	Monsig. Smulski Stanislao Alessandro (Rockville Centre).
	»	»	Monsig. Walsh Guglielmo Giuseppe (Rockville Centre).
»	»	»	Monsig. Walsh Riccardo Augusto (Rockville Centre).
»	»	»	Monsig. Zebrowski Giuliano Vincenzo (Rockville Centre).
»	»	»	Monsig. Holtz Arturo (Wichita).
»	»	»	Monsig. Malone Quintino (Wichita).
»	»	»	Monsig. Knott Giovanni Cristoforo (Hartford).
29	»	»	Monsig. Hoehle Giorgio (Limburg).
»	»	»	Monsig. Karell Enrico (Limburg).
»		»	Monsig. Hayden Ambrogio (Saint Paul).
»	»		Monsig. Sankovitz Giovanni (Saint Paul).
10	novembre	»	Monsig. Seidl Pietro (Joliet).
»	»	»	Monsig. Stutzke Andrea (Joliet).
24	»	»	Monsig. Me Donnell Dionigi (Liverpool).
»	»	»	Monsig. Lewis Guglielmo (Mangalore).
»	»	»	Monsig. Hughes Edoardo (Philadelphia).

21	**settembre**	**1692.**	**Monsig.**	**Stevenson Federico (Philadelphia).**
30	»	»	**Monsig.**	**Eichard Wayne Raimondo (Lafayette).**
15	**dicembre**	»	**Monsig.**	**Delavet Gabriele (Olermont).**
20	»	»	**Monsig.**	**Funes Ramires Antonio (León).**
»		»	**Monsig.**	**Mercadillo Miranda Giuseppe (León).**
»	»	»	**Monsig.**	**Riös Armas Timoteo (León).**
»	»		**Monsig.**	**Velásquez Rodríguez Stanislao (León).**
»	»	»	**Monsig.**	**Simeoni Agapito (Palestrina).**
»	»		**^lonsig.**	**Águila González Marziale (Tlaxcala).**
»	»	»	**Monsig.**	**Meneses González Adolfo (Tlaxcala).**
19	**gennaio**	**1963.**	**Monsig.**	**Gogolinski-Elston Alessandro Raffaele (Luck).**
»	»		**Monsig.**	**Addivinola Carmine (Salerno).**
26		»	**Monsig.**	**Sarnelli Raffaele (Amalfi).**
2	**febbraio**		**Monsig.**	**Pellico Silvio (Assisi).**
»	»	»	**Monsig.**	**Mullally Patrizio (Down and Connor).**
»	»		**Monsig.**	**Ziwa Michele (Fort Portai).**
»	»		**Monsig.**	**Wandera Emanuele (Fort Portai).**
9	»		**Monsig.**	**Mancuso Francesco (Crotone).**
	»		**Monsig.**	**Castaldo Vincenzo (Napoli)**
»	»	»	**Monsig.**	**Maiorano Andrea (Napoli).**
	»	»	**Monsig.**	**Scarpelli Luigi (Napoli).**
16	»	»	**Monsig.**	**Ukeç Gabriele (Bunia).**
»			**Monsig.**	**Ferrara Luigi (Venosa).**

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità :

14	**ottobre**	**1961.**	**Monsig.**	**Siegel Carlo Augusto (Osnabrück).**
9	**febbraio**	**1962.**	**Monsig.**	**Lemos Barroco Traiano (Guaxupé).**
17	**marzo**	»	**Monsig.**	**Naz Salvatore (Cáceres).**
»	»	»	**Monsig.**	**Ravanera Dominatore (Cáceres).**
31	»		**Monsig.**	**Braun Giovanni Giorgio (Paderborn).**
25	**maggio**	»	**Monsig.**	**Rumph Enrico (Fulda).**
8	**giugno**	»	**Monsig.**	**Herre Antonio (Rottenburg).**
11	**agosto**	»	**Monsig.**	**Bradley Giovanni (Detroit).**
»	»		**Monsig.**	**Burkhardt Edoardo (Detroit).**
»	»	»	**Monsig.**	**Fournier Edmondo (Detroit).**
»	»	»	**Monsig.**	**Howard Vincenzo (Detroit).**
8	**settembre**	»	**Monsig.**	**Cahill Daniele Raimondo (San Francisco in California).**
		»	**Monsig.**	**Gallagher Eugenio Antonio (San Francisco in California) .**
»	»	»	**Monsig.**	**Quinn Francesco Antonio (San Francisco in California).**
»	»	»	**Monsig.**	**Thompson Chester Giuseppe (San Francisco in California).**
»	»	»	**Monsig.**	**Walsh Donnell Antonio (San Francisco in California).**
21	»	»	**Monsig.**	**Schmidt Egone (Münster).**
»	»	»	**Monsig.**	**Lorscheiter Giuseppe Ivo (Porto Alegre).**
»	»		**Monsig.**	**Orth Enrico Giacobbe (Porto Alegre).**

21 settembre 1962. Monsig. Pereira De Azevedo Elio (Pòrto Alegre).
» » » Monsig. Skrzypczak Otto (Pòrto Alegre).
» » » Monsig. Steger Ludovico (Rottenburg).
28 » » Monsig. Rodríguez Plata Carlo Alberto (Bogotá).
6 ottobre Monsig. Phillips Velázquez Vittorio (San Andrés Tuxtla).
20 » » Monsig. Dever Daniele (Honolulu).
» » Monsig. Marzen Francesco (Honolulu).
» » Monsig. Concannon Francesco Bernardo (Rockville Centre).
» Monsig. Griffin Giacomo (Rockville Centre).
» » Monsig. Lawlor Giuseppe Francesco (Rockville Centre).
» Monsig. McLaughlin Michele Giuseppe (Rockville Centre).
» Monsig. Ryan Geraldo Agostino (Rockville Centre).
» Monsig. Stegmann Raimondo Vincenzo (Rockville Centre).
29 » Monsig. Moudry Riccardo Paolo (Saint Paul).
10 novembre Monsig. Rotondi Armando (Joliet).
24 ». » Monsig. Barry Tommaso (Liverpool).
» » » Monsig. Fernandes Sabbas (Mangalore).
» » » Monsig. Pinto Alessandro (Mangalore).
» » » Monsig. Statkus Francesco (Philadelphia).
20 dicembre » Monsig. Castillo Cabrero Daniele (León).
26 gennaio 1963. Monsig. Allegra Antonino (Roma).
30 » » Monsig. Catalano Donato (Otranto).
» » » Monsig. Podo Salvatore (Otranto).
9 febbraio » Monsig. Poladian Emanuele (Ispahan degli Armeni).
Monsig. Esposti Pietro (Lodi).
» » Monsig. Felini Franco (Lodi).
» Monsig. Chmielewski Ceslao (Lomza).
Monsig. Caporello Egidio (Padova).
» Monsig. Minotti Luigi (Veroli-Frosinone).
16 » Monsig. Watson Riccardo Merrick (Kingston - *Jamaica).*

Cameriere segreto soprannumerario di Spada e Cappa di Sua Santità:

2 febbraio 1963. Il sig. Egano d'Arzignano Mario (Roma).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di Sua Santità:

16 giugno 1962. Monsig. Bigenwald Riccardo (Aachen).
26 gennaio 1963. Monsig. Croce Vincenzo (Castellammare di Stabia).
9 febbraio » Monsig. Giannecchini Mario (Lucca).
» » » Monsig. Ganzini Angelo (Udine).

Cameriere d'onore soprannumerario di Spada e Cappa di Sua Santità:

19 gennaio 1963. Il sig. della Sudda Stefano (Paris).

Cappellano d'onore **extra Urbem** *di Sua Santità:*

4 febbraio 1963. Monsig. Vianello Gino (Venezia).

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile.

23 novembre 1962. A S. E. il sig. Alvarado Garrido Luis ***(Perù),***

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa :

23 novembre 1962. A S. E. il sig. Martinelli Tizón ***(Perù).***
» » » A S. E. il sig. Arosemena Garland Geraldo ***(Perù).***
» » » A S. E. il sig. De la Fior Valle Armando ***(Perù).***
» » » All'On. sig. Arca Parro Alberto ***(Perù).***
11 marzo 1963. Al sig. Marschall Rodolfo (Wien).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

10 novembre 1962. Al sig. Bauer Francesco ***(Austria).***
» » » Al sig. Baumgartner Francesco ***(Austria).***
» » » Al sig. Frcek Nicola ***(Austria).***
» » » Al sig. Lakowitsch Carlo ***(Austria).***
2 febbraio 1963. Al sig. Signorello Nicola (Roma).
9 » » Al sig. Fabbri Riccardo (Grosseto).
24 » » Al sig. Müllner Vittorio ***(Austria).***
» » Al sig. Bogaerts Theo (Malines-Bruxelles).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile :

8 dicembre 1962. Al sig. Houtart Francesco (Malines-Bruxelles).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

9 giugno 1961. Al sig. Micara Gaetano (Roma).
» » » Al sig. Micara Luigi (Roma).
3 febbraio 1962. Al sig. Langendörfer Giovanni (Köln).
25 maggio » Al sig. Büttner Giuseppe (Essen).
5 ottobre » Al sig. Van Lamsweerde Herluf C. (Haarlem).
» » Al sig. Dobbelmann Raniero A. ('s-Hertogenbosch).
10 novembre » Al sig. Edmonds Carlo B. (Los Angeles).
8 dicembre » Al sig. Fernández Delgado Mucio (Tucson).
19 gennaio 1963. Al sig. Orsini Giovanni (Monaco - ***Principato).***
» » » Al sig. Sforzi Francesco (Siena).
26 » » Al sig. Voria Francesco (Parma).
2 febbraio » Al sig. Lupetti Cesare (Chieti).
» » » Al sig. Vazzoler Camillo (Vittorio Veneto).

9	febbraio	1963.	Al sig. Costantini Mario (Porto e Santa Rufina).
16	»	»	Al sig. Gavuzzo Gino (Roma).
»	»	»	Al sig. Ginesi Silvio (Soyana-Pitigliano).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

23	giugno	1961.	Al sig. Norpoth Leone (Essen).
3	febbraio	1962.	Al sig. Niel Giuliano (Avignon).
6	aprile	»	Al sig. Ayme Felice (Avignon).
»	»	»	Al sig. Lastelle Arturo (Avignon).
8	giugno	»	Al sig. Kruttge Eigei (Köln).
	»	»	Al sig. Richartz Guglielmo (München und Freising)
»		»	Al sig. Bayer Oddone (Würzburg).
16			Al sig. Avelino Maia Francesco (Guaxupé).
»		»	Al sig. Renson D'Herculais Engelberto (Reims).
4	agosto	»	Al sig. Adolfs Eugenio Cristiano M. (Haarlem).
»		»	Al sig. Ten Horn Carlo Enrico ('s-Hertogenbosch).
8	settembre		Al sig. Berthon Raul (Avignon).
		»	Al sig. Dame Giuseppe (Avignon).
»		»	Al sig. Jacquey Paolo (Avignon).
•21		»	Al sig. Van Ginkel Gerardo Nicola (Breda).
28	»	»	Al sig. Vercauteren Paolo V. M. (Breda).
»		»	Al sig. Boelens Francesco J. M. (Haarlem).
»	»	»	Al sig. Gribling Teodoro Cornelio (Haarlem).
6	ottobre	»	Al sig. Van Agt Antonio M. C. ('s-Hertogenbosch).
»	»	»	Al sig. Zegers Giuseppe Marino ('s-Hertogenbosch).
.29			Al sig. Skiba Riccardo (Hildesheim).
		»	Al sig. Florian Lodovico (Limburg).
		»	Al sig. Butler Patrizio (Saint Paul).
		»	Al sig. Fleming Francesco Filippo (Saint Paul).
			Al sig. Moore Tommaso Giuseppe (Saint Paul).
			Al sig. Sprockel Giovanni (Willemstad).
30	novembre		Al sig. Jaubert Carlo Clerc (Lafayette).
»	»	»	Al sig. Sonnier Guglielmo Giuseppe (Lafayette).
8	dicembre		Al sig. De Groot Edoardo (Malines-Bruxelles).
»	»	»	Al sig. Dewilde Daniele (Malines-Bruxelles).
20		»	Al sig. Sch warer Aroldo (Johannesburg).
2	febbraio	1963.	Al sig. Li vin Pietro (Malines-Bruxelles).
[illegible]	»	»	Al sig. Putzekian Ivan (Ispahan degli Armeni).
»		»	Al sig. Van den Berghe Alberto (Malines-Bruxelles)

La *Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa :*

17	ottobre	1962.	Al sig. Stravinsky Igor *(Stati Uniti d'America).*
10	novembre	»	Al sig. Guggenberger Sigismondo *(Austria).*
»	»	»	Al sig. Machunze Ervino *(Austria).*
»			Al sig. Merkl Adolfo Giulio *(Austria).*
»		»	Al sig. Sturminger Gualtiero *(Austria).*
16	febbraio	1963.	Al sig. Pallottino Carlo (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

25	novembre	1961.	**Al sig. Ayala Viguera Felice (Zaragoza).**
	»	»	**Al sig. Monforte Estremiana Isaia (Zaragoza).**
»	»	»	**Al sig. Eomero Aguirre Francesco (Zaragoza).**
»	»		**Al sig. Solans Pallas Bamiro (Zaragoza).**
8	gennaio	1962.	**Al sig. Eeuter Eodolfo (Köln).**
10	maggio	»	**Al sig. G-ögler Ermanno (Eottenburg).**
30	giugno	»	**Al sig. Ippoliti Mario (Brescia).**
11	agosto	»	**Al sig. Boonen Pietro (Malines-Bruxelles).**
»	»		**Al /»ig. Jacobs Domenico (Malines-Bruxelles).**
28	settembre	»	**Al sig. Sánchez Armando Cesare (Córdoba, *Argentina*).**
»		»	**Al sig. Cep Giovanni (Paris).**
»	»	»	**Al sig. Krämers Corrado (Eotterdam).**
6	ottobre		**Al sig. März Adolfo *(Austria)*.**
	»	»	**Al sig. Burelli Giulio (Alba).**
»			**Al sig. Eibola Bruno (Brescia).**
»		»	**Al sig. Gardini Luigi (Eoma).**
20		»	**Al sig. Piacitelli Mario *(Italia)*.**
»	»	»	**Al sig. Scammacca Emanuele *(Italia)*.**
	»	»	**Al sig. Lhoest Tommaso (Namur).**
»		»	**Al sig. Bicchetti Umberto (Santiago de Chile).**
29	»	»	**Al sig. Nelli Venanzio (Grosseto).**
»	»	»	**Al sig. De Franciscis Alessandro (Napoli).**
	»	»	**Al sig. Bellone Adriano (Pompei).**
»	»	»	**Al sig. Cipriano Pasquale (Pompei).**
»	»	»	**Al sig. Martinetto Domenico (Torino).**
»	»	»	**Al sig. Min cotto Giuseppe (Torino).**
10	novembre	»	**Al sig. Nocentini Renato (Firenze).**
»		»	**Al sig. Patrón Costas Edoardo (Oran).**
»		»	**Al sig. Carmignani Lorenzo (Roma).**
	»		**Al sig. Colesanti Cosimo (Viterbo).**
	»	»	**Al sig. Christel Erico *(Austria)*.**
			Al sig. Hanslik Eodolfo *(Austria)*.
	»	»	**Al sig. Kavalszky Giuseppe *(Austria)*.**
»			**Al sig. Kermer Luigi *(Austria)*.**
»	»	»	**Al sig. Kövesi Leone *(Austria)*.**
			Al sig. Möhr Lodovico *(Austria)*.
			Al sig. Schimetschek Bruno *(Austria)*.
	»		**Al sig. Schöndorf er Udalrico *(Austria)*.**
			Al sig. Wiesinger Michele *(Austria)*.
	»	»	**Al sig. Zykan Giuseppe *(Austria)*.**
24	»	»	**Al sig. Sbragia Dante (Lucca).**
	»	»	**Al sig. Moretti Paolo (Milano).**
»	»		**Al sig. Correa Cintra Teodoro (Taubaté).**
6	dicembre	»	**Al sig. Fiozzo Attilio (Venezia).**
8	»	»	**Al sig. Mezotten Guglielmo (Malines-Bruxelles).**
20	»		**Al sig. Mareschi Mario (Bologna).**
29	»	»	**Al sig. Jannotta Gennaro (Caserta).**
»	»		**Al sig. Peruzzi Mario (Pistoia).**

19	**gennaio**	**1963.**	**Al sig. Ciarlanti Alfredo (Roma).**
»		»	**Al sig. De Rossi Attilio (Roma).**
»		»	**Al sig. Bozzini Giovanni Francesco (Siena).**
»	»	»	**Al sig. Cesaris Demel Venceslao (Siena).**
26	»		**Al sig. Oddi Davide (Rieti).**
2'	**febbraio**	»	**Al sig. D'Alessio Pasquale (Acerenza).**
»	»	»	**Al sig. Leijnen Uberto (Liége).**
	»	»	**Al sig. Grasso Angelo (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Lawson Riccardo** *(Gran Bretagna).*
so	»	»	**Al sig. Villata Giovanni (Torino).**
16	»	»	**Al sig. Benso Enrico (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Mezzano Vittorio Emiliano (Vercelli).**
24	»	»	**Al sig. Cappa Carlo (Lagos).**
»	»	»	**Al sig. Cappa Grato (Lagos).**

II Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

15	**maggio"**	**1959.**	**Al sig. Hoppe Teodoro (Salzburg).**
»	»	»	**Al sig. Kommar Francesco (Salzburg).**
»	»	»	**Al sig. Reiter Mattia (Salzburg).**
»		»	**Al sig. Schneider-Manzell Antonio (Salzburg).**
»	»		**Al sig. Wiser Giovanni (Salzburg).**
»	»	»	**Al sig. Zacherl Pietro (Salzburg).**
22	»	»	**Al sig. Porenta Antonio (Salzburg).**
25	**novembre**	**1961.**	**Al sig. Rubio Herrero Pietro (Zaragoza).**
21	**luglio**	**1962.**	**Al sig. Gille Giovanni (Liége).**
4	**agosto**	»	**Al sig. Gouvel Bernardo (Nîmes).**
»	»	»	**Al sig. Questiaux Renato (Tournai).**
»	»	»	**Al sig. Wallemacq Edmondo (Tournai).**
11	»	»	**Al sig. Cools Giuseppe (Malines-Bruxelles).**
»	»		**Al sig. Marchandise Pietro (Malines-Bruxelles).**
»	»	»	**Al sig. Persoons Gustavo (Malines-Bruxelles).**
	»	»	**Al sig. van Breda Giuseppe (Malines-Bruxelles).**
21	**settembre**		**Al sig. Artale Angelo (Palermo).**
»	»	»	**Al sig. Barraco Antonino (Palermo).**
»	»	»	**Al sig. Dell'Oglio Camillo (Palermo).**
so	**ottobre**		**Al sig. Rizzi Amedeo (Bologna).**
»	»		**Al sig. Walcher Giacomo (Innsbruck-Feldkirch).**
»			**Al sig. Saels Omer (Liége).**
	»	»	**Al sig. Caccia Marcello (Roma).**
))	»	»	**Al sig. De Angelis Luigi (Roma).**
»	»	»	**Al sig. Fabrizi Luigi (Roma).**
,))	»		**Al sig. Maccaroni Angelo (Roma).**
»			**Al sig. Tamagnini Guido (Roma).**
»	»		**Al sig. Lenk Andrea (Salzburg).**
»	»		**Al sig. Lattanzi Carlo (Tripoli).**
»	»	»	**Al sig. Sciò Domenico (Tripoli).**
	»		**Al sig. Tassinari Arnaldo (Tripoli).**
29	y>	»	**Al sig. Landuzzi Ettore (Bologna).**
	»	»	**Al sig. De Vecchi Ambrogio (Casale Monferrato).**

29	**ottobre**	**1962.**	**Al**	**sig. Sórino Amedeo (Oastellaneta).**
»			**Al**	**sig. Ceccherini Cornino (Grosseto).**
	»	»	**Al**	**sig. Ginolfi Matteo (Grosseto).**
»	»	»	**Al**	**sig. Bellana Emilio (Lucca).**
»			**Al**	**sig. Pagliarulo /Rlario (Napoli).**
»			**Al**	**sig. Rossi Angelo (Pompei).**
»			**Al**	**sig. D'Erme Benedetto (Roma).**
»	»	»	**Al**	**sig. Gentili Ezio (Roma).**
			Al	**sig. Novelli Marco (Roma).**
			Al	**sig. de Goes-Saura u Carlo Antonio Cesare (Seckau).**
	»	»	**Al**	**sig. Baldo vini Tobia (Torino).**
	»	»	**Al**	**sig. Brunetti Giacomo (Torino).**
»			**Al**	**sig. Bues Nicola (Torino).**
»	»	»	**Al**	**sig. Ra vizza Pietro (Torino).**
10	**novembre**	»	**Al**	**sig. Pascucci Antonio (Nocera).**
			Al	**sig. Nebbia Roberto (Roma).**
»			**Al**	**sig. Pangallo Roberto (Roma).**
»			**Al**	**sig. Pulcioni Vittorio (Roma).**
24	»	»	**Al**	**sig. Perotti Luigi (Roma).**
30	»	»	**Al**	**sig. Ubaldi Carlo (Porto e Santa Rufina).**
»			**Al**	**sig. Ficola Tullio (Roma).**
			Al	**sig. Sestini Oreste (Roma).**
	»	»	**Al**	**sig. Pascucci Mario (Valva e Sulmona).**
»	»	»	**Al**	**sig. Pelino Olindo (Valva e Sulmona).**
15	**dicembre**	»	**Al**	**sig. Stecchele "Walter (Padova).**
26	**gennaio**	**1963.**	**Al**	**sig. Primiero Mariano (Roma).**

NECROLOGIO

6	**febbraio**	**1963.**	**Monsig. Caldarola Oronzo, Vescovo tit. di Utica.**
11	**aprile**	»	**Monsig. Freundorfer Joseph, Vescovo di Augsburg.**
18	»	»	**Monsig. De Giuli Raffaele, Vescovo di Albenga.**
24	»	»	**Monsig. Remond Paul, Arcivescovo-Vescovo di Nice.**
26	»	»	**Monsig. Lesinski John V., Vescovo di Tingchow.**
2	**maggio**	»	**Monsig. Vittoz Jean, Vescovo tit. di Bitilio.**
13	»	»	**Monsig. Hudal Luigi, Vescovo tit. di Eia.**
14	»	»	**Monsig. Tkotsch Paul, Vescovo tit. di Eleuterna.**
19	»	»	**Monsig. Freitas Silveira Pio, Vescovo tit. di Voncaria.**
24		»	**Monsig. Cuccarono Cornelio Sebastiano, Arcivescovo tit. di Procorineso.**

An. et vol. LV 5 Iunii 1963 (Ser. m, v. V) - N. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

SUMMUS PONTIFEX

IOANNES PP. XXIII

DIE 3 IUNII HORA 19,49

SANCTISSIME OBDORMIVIT IN DOMINO

VIVIT IN CHRISTO

ACTA IOANNIS PP. XXIII

EPISTULA APOSTOLICA

Ad Venerabiles Fratres Slavicarum Nationum Antistites, pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes: undecimo exeunte saeculo ab adventu Ss. Cyrilli et Methodii in Magnam Moraviam.

IOANNES PP. XXIII

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Magnifici eventus saecularis memoria, arcano providentis Dei disponente consilio, huius incidit in temporis adiuncta, quo Oecumenicum Concilium Vaticanum Secundum celebratur, atque cum optatis, ad quae generalis synodus spectat, arcte cohaerere videtur : undecim enim revoluta hoc anno complentur saecula, ex quo Ss. Cyrillus et Methodius, Apostolorum par nobilissimum, Costantinopoli profecti, in Magnam Moraviam pervenerunt.

Nihil sane singulis nationibus salubrius, nihil beneficii granditate spectabilius evenire potest, quam cum, radiante sole iustitiae, populis fulget illuminatio Evangelii,[1] et ideo christianae reipublicae nova fit accessio. Hoc profecto, insigni recordatione dignum, Moravis et Slovachis ac postea bene multis Slavicis populis ob providum tantorum virorum adventum contingere coepit.

Cum numquam fas est benefacta sileri caelestia, tum maxime id congruit, cum sollemniter recolendum est familias gentium a Deo, qui dives est in misericordia,[2] translatione in regnum Filii dilectionis suae[3] et christianae nobilitatis ornamento dignatas esse.

Quapropter visum est Nobis ad vos, Venerabiles Fratres, Slavicarum Nationum Antistites, hasce mittere Litteras, per quas tam praeclare factum collustremus, et ad id concelebrandum digno pietatis obsequio una cum clero et populo, quibus consulitis, vos paterno amantique eloquio compellemus. Vestrum erit in praesens Ss. Cyrilli et Methodii, merito cum laudis praeconio, vestratibus singulatim proponi iubere

[1] Cfr. ***2 Cor.*** 4, 6.
[2] Cfr. ***Eph.*** 2, 4.
[3] Cfr. ***Colos.*** 1, 13.

vitam, dotes animi, itinera, res gestas, labores et sudores, hoc consilio suscepta, ut eos ad Christum converterent et ad humanum civilemque cultum magis magisque deducerent. Infitiandum non est eandem ob causam alia ab aliis antea ibi temptata esse. Quae tenues tardosque exitus assecuta, magis propitium aevum et aptiores exspectabant conatus, cum ob effusas caelestis gratiae divitias oriturum erat tempus acceptabile et dies salutis.[4]

Quodsi quis inquirat, quibusnam praecipuis ex causis tam ferax fructuum Ss. Cyrilli et Methodii apostolica opera exstiterit, facile intelleget hoc quam maxime contigisse, propterea quod ii fuerunt « pauperes in hoc mundo, divites in fide »[5] **((homines divites in virtute, pulchritudinis studium habentes »,**[6] **Petri Sedi astricti et deditissimi et omni, qua patet, nominis significatione plane pleneque catholici et apostolici. Quas quidem laudes fel. rec. Decessor Noster Pius XI hisce verbis dilucide expressit : « Quare ... miremur, si Cyrillus ac Methodius — quos Orientis filios, patria Byzantinos, gente Graecos, missione Romanos, apostolatus fructibus Slavos appellare licet — omnia omnibus facti sunt, ut catholicae Ecclesiae unitati omnes lucrarentur? ».**[7]

Iuvat Nos saltem breviter strictimque annales, qui eorum enarrant historiam, decurrere. Thessalonicae ii orti sunt, fratres germani, studio fidei pares, ingenii dotibus impares : alter magistratu, alter philosophiae cultu clarus, utrique postquam varia per discrimina rerum laboriosas sacras expeditiones apud Arabes et Chazaros sunt aggressi, in solitudinem Montis Olympi in Bithynia secesserunt. A Michaele III imperatore Byzantino ad Ratislaum, principem Magnae Moraviae, qui ab eo idoneos Evangelii praecones poposcerat, missi, celebri excepti sunt laetitia, nec ulla intermissa mora, in evangelicum munus, cui se devoverant, incubuerunt. Brevi magna messis splendide crevit. Evenit ut apostolicus insumptus labor facilior expediretur, quod novis conformatis litteris Slavorum expressus fuit sermo et in eorundem sermonem Sacrae utriusque Testamenti Litterae et liturgici libri tum Romani, tum Byzantini ritus conversa.

Romam cum venissent ambo fratres, ut Romano Pontifici de actis rebus rationes redderent et de agendis mandata exciperent, ab Hadriano II omni honore affecti sunt. Summus hic Antistes, cum duorum Evan-

[4] ***2*** *Cor.* 6, 2.

[5] *Iac.* ***2,*** 5.

[6] *Eocli.* 44, 6.

[7] Litt. Ap. ad Archiepiscopos et Episcopos tum Regni Serborum-Croatarum-Slovenorum, tum Reipublicae Cecho-Slovachae, *A. A. S.* v. XIX (1927), p. 95.

gelii praeconum orthodoxam fidem illibatam recognovisset, Methodio et nonnullis eorum discipulis sacros Ordines conferendos curavit. Cum autem paulo post Cyrilli, virtute magis quam aetate maturus, Romae supremum diem obiisset, sollemni funebri pompa eius corpus elatum, in urbana aede Sancti Clementis summo cum pietatis obsequio conditum est. Methodius vero Archiepiscopus Pannoniensis et Magnae Moraviae creatus est, hoc etiam munus nactus, ut, qua Pontificius Legatus, Slavicarum gentium spirituali emolumento consideret.

Novum opus firmo erectoque animo aggressus, sanctissimus vir cumprimis in suae dicionis provincia apta temperatione ecclesiasticam disciplinam constituit vel solidavit, ac lata per spatia arduis itineribus susceptis, praeter Moravos, Slovachos et Slovenos, etiam Bohemos, Polonos, Croatas, et, per suae disciplinae alumnos, Serbos, Macedones, Búlgaros, horumque ope etiam Ucrainos, Russos et Alboruthenos ad christianam fidem erudivit.

Praetereundum non esse sentimus Methodium Romam reversum, ut apud Ioannem VIII de invecta Slavica lingua sacris peragendis satis sese purgaret, omni accusatione liberatum, munera ab Hadriano II sibi concredita, nominatim Slavicam expeditionem, confirmata retinuisse et sollertius persolvisse. Sanctum namque semper et sollemne ei fuit cum Ecclesia Romana arctissimo caritatis fideique vinculo devinciri, et cum oboedientiae obsequio erga Apostolicam Sedem, quae quidem firmamentum veritatis et unitatis christianae est, sacro ministerio defungi.

Postquam pro Christi nomine et gloria multa peregit et passus est, terrestri est vita functus, die sexta mensis Aprilis anno DCCCLXXXV **et in aede sacra principe Magnae Moraviae conditus est.**

Religiosa reverentia, bona existimatio, inclita fama, quibus longe lateque omni tempore et ubique terrarum gliscente auctu Ss. Cyrillus et Methodius florebant, Leoni XIII id suaserunt, ut per Encyclicas Litteras ((Grande munus » praeclaris laudibus Apostolorum par extollere!; isque Romanus Pontifex, ut in candelabro templi Dei rutilantiorem lucem funderent, ipsorum sollemnitatem et cultum ad universam Ecclesiam pertinere decrevit. Cuius Decessoris Nostri eadem observantia moti, praesentis temporis adiunctis et ipsa saeculari memoria, quae recolitur, probe poscentibus, optamus et cupimus, ut iustissimo pietatis debito studio ad Sanctos hos Caelites opiferos, quasi ad sidera amica, vos et ii universi e nationibus vestris, qui christiano nomine censentur, oculos animosque convertatis. Quo magis apud vos opus est non humano, sed divino praesentique auxilio, eo magis eorum deprecatione fidendum

est, quia in caelestibus sedibus valida propitiatione pergunt adesse necessitatibus et inceptis, quibus vacarunt, neque exstincta, sed potentior eorum provida invigilat caritas.

Novistis, Venerabiles Fratres, flagrantibus votis Nos eniti et contendere, ut orientales qui christiano nomine decorantur, ab Apostolicae Sedis communione seiuncti, eandem redintegrare studeant et ut, gradatim in Christi implendum votum, unius ovilis et pastoris unitas consummetur.

In id etiam conspirant vota Oecumenici Concilii Vaticani Secundi, cui — haud parva cum animi oblectatione et spei bonae auspicio —• etiam a seiunctis Ecclesiis missi spectatores adfuerunt.

Vox temporis vox Dei est; eaque non uno indicio, non paucis et parvis argumentis huiusmodi auspicandam restaurationem communionis et pacis suadere et incitare videtur.

Praeter modum maiora ea sunt, quae utrimque iungunt quam ea quae seiungunt in hac nobilissima et utilissima causa restaurandi in illibatae unitate fidei concordiae nexus, ex quo procul dubio christiano orbi novus nascetur felicitatis ordo. Oportet nunc utrimque parentur viae, quae quidem solide munientur et ad optabilem rei effectum ducent, si mutua erit bona existimatio et fraterna caritas : haec cupida Dei voluntatis implendae ad omnia valet, omnia sperat, omnia sustinet.

In id quantopere conferebat inceptum, ab Antonio Martino Slomsek, Episcopo Lavantino, conditum et ab Antonio Cyrillo Stojan, Archiepiscopo Olomucensi, provectum, cui nomen inditum est ((Apostolatus Ss. Cyrilli et Methodii », itemque conventus, qui apud sacras memorias S. Methodii Velehradi celebrabantur. Spectabiles gratique fructus, qui in commune emolumentum inde maturuerunt, valde acuunt flagrantia desideria meliorum temporis adiunctorum, quae facultatem impertiant feliciter incohata resumendi et promovendi.

Subit recordatio Nos, cum anno MCMXXVII **in Bulgaria Apostolici Delegati munere fungebamur, Conventus Velehradensis Praesidi haec scripsisse : ((Id cupio, ut a Bulgaria profecta vox laetitiae, ad te perveniat et per te universis Velehradi congregatis resonet hanc ob causam, quod sollemnes coetus apud sacras memorias Ss. Cyrilli et Methodii aguntur. Haec vox testimonium profert catholicos fideles, qui hic sunt, participes esse precum, studiorum, deliberationum, votorum, quae catholici Slavici pro coniunctione ecclesiarum fundunt et explicant ... Vere nobis esse videmur grana frumenti, in montibus sparsa secundum perveteris christianae precationis venustam imaginem, quae quidem**

grana ad sapidum panem conficiendum coalescunt. Deprecantibus Ss. Cyrillo et Methodio, benedicat Deus vestrae animorum fraternitati, et gratia superna eam quasi applicito signo communiât ».[8]

Ex eo tempore in consuetudinem quandam venire coepimus orandi Deum non solum pro dilecta Bulgarorum gente, sed etiam pro universis populis, qui effecerunt, ut in media Europa nomen Christi splendesceret. Vehementius saluit tunc Nobis cor ; huiusque impulsio Nos incitavit, ut cotidie pro iis per subsequentis aetatis decursum fiduciae plenas precationes Deo funderemus, tenero cum pietatis affectu. His in precibus consociare solemus beatissimae Matri Iesu Ss. Cyrillum et Methodium itemque omnes sanctos caelites Orientis et Occidentis, ut praevalido patrocinio suo ab Altissimo fraternitatis et pacis tam exspectatam completionem votorum impetrent.

Ut in hoc sacrosanctae unitatis conamine perficiendo consudetur alacriter, hortatores, instinctores, patroni exsistunt Ss. Cyrillus et Methodius, qui susceptum iter quasi duo poli lumina collustrando indicant. Ii profecto, sanctae columnae unitatis, multum orant pro universa sancta civitate, quae est Ecclesia, et pro populis tutelae suae concreditis : Cyrillus et Methodius, duae olivae, duo candelabra, duo filii olei qui adsistunt Dominatori universae terrae.[9]

Quam opportuna, quam amans et praesentibus rerum adiunctis congruens est precatio, quam S. Cyrillus ad magna et caelestia deposcenda genti sibi commissae Romae moriens effudit : « Domine Deus, qui omnes angélicos ordines et incorpóreas vires creasti, caelum autem extendisti et terram firmasti ... auge Ecclesiam tuam multitudine et omnes in unitate collige, et electos homines constitue concordes in vera fide tua et recta confessione, et inspira in corda eorum verbum tui auditus ... ut accingant se ad bona opera et ad quae tibi sunt placita ».[10]

Hac sollemni occurrente fausti eventus memoria, summo religionis obsequio exsolvendae sunt Deo grates pro inenarrabili beneficio, quod, auspicato adventu Ss. Cyrilli et Methodii christianae rei publicae conferebatur. Per hos enim sive directo, sive per eorum alumnos Slavicis gentibus christiana fides et civilis humanitatis cultus advecta sunt. Ac propterea naturae feliciter insertae dotes, Evangelii delabente gratia, effloruerunt, quae hosce populos décorant : vividus divinarum rerum sensus, generosa indoles, versatilis ingenii ubertas, ad politiorem humanitatem

[8] Acta V. Conv. Velehr., p. 61.

[9] Cfr. *2 Mach.* 15, 14; *Apoc.* 11, 4; *Zach.* 4, 11-14.

[10] *Vita Constantini slavica,* cap. XVIII.

inclinatio, bonarum artium dives vena, hospitalis liberalitas, quae quidem omnia de ipsis bene sperandi haud labiles causas suppeditant.

Pro dolor, in compluribus eorum regionibus tam celsa superna benefacta et accepta a maioribus decora et christiani nominis nobilitas contemnuntur misere. Utinam pigeat demum id proterere quod oportet magni pendere et diligere, ac, moderatorum in melius mutato consilio, quod quidem fore confidimus, in auram lenem se vertat procella. Ut gentibus vestris christianae religionis indemnis servetur a maioribus traditus inaestimabilis pretii thesaurus, id hortamur ut, hoc anno maiore cum certatione Deo supplicationes, postulationes, oblationes sanctas, lacrimas, fructum bonorum operum deferatis, habentes mysterium fidei in conscientia pura.[11] Rerum omnium et temporum moderator et rector, propitiatus, ut spes confovet vota, vertet adflictiones et maestitiam in melius, et Eius auxilio et praesidio confisis solacium parabitur, quod eo laetius evadet, quo minus in exspectatione fuerit.

Compertum Nobis est huiusmodi saecularem eventus memoriam claris quibusdam inceptis nobilitari, ita ut perpetuitate donetur haud sine rei religiosae ornamento et profectu. Haec ad rerum gestarum indagationes, ad doctrinae studia Ss. Cyrillum et Methodium spectantia, ad pias peregrinationes praesertim attinebunt.

His alias addite inceptiones, ut aemulis nisibus Apostolorum par honorabile quodam modo ad vestrates redeat, et facem, quam attulit, vividiorem accendat et sublime attollat. Hanc etiam ob rem cereos, quibus in festo Purificationis Beatae Mariae Virginis rite benediximus, nonnullis templis principibus vestris destinavimus, ad significandum Christum datum in illuminationem vestrarum gentium et communis effectorem salutis, qui vobis per duos evangelicae lucis satores apparuit.

Quam plurimum igitur optantes, ut Ss. Cyrilli et Methodii saecularis recolenda memoria perquam digne et fructuose concelebretur et post se vestigia spiritualis incrementi et durabilis rei effectus linquat, huius rei causa praesentissima Dei auxilia invocamus, atque supernorum munerum auspicem et pignus Apostolicam Benedictionem vobis, Venerabiles Fratres, atque clero et christifidelibus moderationi vestrae commissis, peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xi mensis Maii, in festo ritus Byzantino-slavici Ss. Cyrilli et Methodii, anno MCMLXIII, **Pontificatus Nostri quinto.**

IOANNES PP. XXIII

[11] Cfr. ***1 Tim.*** 3, 9.

ADHORTATIO APOSTOLICA

Ad universos Episcopos pacem et communionem cum Apostolica Sede habentes: de proximis Pentecostes novendialibus pie celebrandis.

IOANNES PP. XXIII

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Novem per dies, qui sacratissimo festo Pentecostes praeeunt, Mater Ecclesia supplex coalescit, ut Sancti Spiritus Paracliti praestoletur adventum. Hoc autem sponte sua commemorari iubet trepidas Hierosolymitani Cenaculi vigilias, ubi congregati Apostoli, magnis precibus se totos asserentes, Deiparam Virginem Mariam circumsaepiebant : *hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum... Maria matre Iesu.*[1]

Manifestior huius mysterii consideratio quodam modo nunc oculis nostris iterum proponitur, cum Concilium Oecumenicum Vaticanum secundum ulterius progreditur, et ad parandam alteram eius Sessionem, quae proximo mense Septembri incipiet, alacris opera instat. Quapropter magnum solatium infunditur animo Nostro, cogitanti ac secum reputanti per novendiales supplicationes catholicam familiam, per terrarum orbem diffusam *ut grana frumenti in montibus sparsa,*[2] **orandi Deum causa circa Dei Genetricem esse conventuram, ut in Episcoporum suorum amplissimum consessum Sancti Spiritus adfluentia dona devocet et impetret.**

Prompte igitur supernis gratiae impulsionibus sueto more obsecundans, hoc quoque anno humilis Christi Vicarius, qui ad vos scribit, et qui grata recolit memoria annuas spirituales exercitationes, una cum Episcopis Ecclesiasticae Venetorum Provinciae olim peractas, per hos novendialium dies sacram pii recessus solitudinem ingredietur. Divi r nus enim Paraclitus, ut munerum suorum copiam in nos effundat, postulat a nobis, ut ad ipsius invitationes animi nostri liberi atque expediti pateant, ut alacriore usque studio in perfectionem evangelicam inardescant, atque divinae voluntatis consiliis serena pace acquiescant. Quam ob causam, illorum dierum spatio parumper curas atque negotia

[1] ***Act.*** 1, 14.
[2] ***Didaché*** IX, 4.

apostolici officii intermittemus, ut *in silentio et in spe*[3] **mysticum Divini Paracliti opperiamur adventum, qui in Ecclesiam illabetur, ut in ea renovet Pentecostes mirabilia.**

Dum vos certiores facere volumus de hoc humili proposito Nostro, Venerabiles Fratres, minime dubitamus quin vos etiam, utpote Episcopi et Pastores Ecclesiae Dei, cum Petri Successore animo arte coniuncti, precando meditandoque pias Nostras exercitationes prosequi velitis. Quin etiam iucunda Nos delectat spes, fore ut exinde vires reficiantur vestrae ad continuandos labores Concilii Oecumenici, cuius alteram Sessionem fidenti animo exspectamus.

Quam ob rem ita fiet, ut universi sacrorum Antistites, simul cum Petro supplicanti studio coniuncti, significantius instantiusque edant exemplum, quod omnium dioecesium in terrarum orbe sacerdotes atque fideles intueantur, indeque ad *unum necessarium* **adipiscendum magis magisque vocentur: illam dicimus vitae sanctimoniam, morum emendationem, apostolatus alacritatem, pro Iesu Christi eiusque Ecclesiae honore diligentissime impendendam, ad quae omnia Oecumenicum Concilium, ob ipsam sui pastoralem naturam, re vera intendit.**

Utinam communes preces ad Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem, fundendae, in fidelium universitate exoptatam approperent mentium morumque renovationem, cuius causa Oecumenica Synodus potissimum indicta est; idem autem Spiritus promptiores firmioresque omnes efficiat ad Deo inserviendum animorumque bonum provehendum, ea utique vivendi ratione, quae veritate fulgeat, iustitia informetur, caritatis operibus ditetur, ad maiora usque assequenda contendat illo impulsa libertatis afflatu, *qua Christus nos liberavit.*[4]

Haec ominati atque huiusmodi certissima spe freti, Apostolicam Benedictionem, supernorum munerum auspicem, vobis, Venerabiles Fratres, peramanter dilargimur, eamque ad singulas dioeceses pertinere cupimus, vigilantiae vestrae commissas, ut *gratia Domini Nostri Iesu Christi et caritas Dei et communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis.*[5]

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xx mensis Maii, anno MCMLXiii, Pontificatus Nostri quinto.

IOANNES PP. XXIII

[3] ***Is.*** 30, 15.
[4] *Cal.* 4, 31.
[5] ***2 Cor.*** 13, 13.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris cathedrali ecclesiae Moronensi conferuntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Terrena in peregrinatione constituti cives Moronenses honori Beatae Mariae Virginis, a prima labe immunis, quam a « felici itinere » vulgo appellant ac ducem habent ad caelestem, quo contendimus, patriam, monumentum praeclarum atque spectabile in urbe sua erexerunt, templum dicimus, quod anno MDCCCLXVIII **excitatum, non ante multum tempus cathedralis ecclesiae auctum est dignitate. Religio et ars felici nexu ibidem inter se coniungi videntur, siquidem vetusta Imago almae Deiparae, nomine illo adiecto insignis, quae eiusdem sacrae aedis decus est nobilissimum, Christianorum animos haud intermissa quadam impulsione ad se convertit. Quo pietatis studio permoti, id simulacrum aureo diademate sivimus, Nostra auctoritate, redimiri, Apostolicis Litteris die xix mensis Decembris anno** MCMLX **sub Piscatoris anulo datis. Divini etiam ritus eodem in templo peragi perhibentur ea, qua par est, cum diligentia f estoque apparatu. Aedificium vero ipsum merito dilaudatur ob molis amplitudinem, structurae genus, quod Urbis basilicarum maiestatem referre videtur, sacras turres et porticum, quibus ornatur. Admirationem etiam habere dicitur ara maxima, quippe quae sit singularis elegantiae specimen. Haec perpendens cupiensque gregem sibi commissum ad impensiorem pietatem marialem accendere, Venerabilis Frater Michael Raspanti, Moronensis Episcopus, preces Nobis adhibuit, ut princeps templum, quod diximus, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus postulationibus libenti animo obsecundantes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae dignitatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum ecclesiam cathedralem Moronensem, Immaculatae Conceptioni Beatae Mariae Virginis, a « felici itinere » seu, ut vulgo dicitur, « del Buen Viaje » appellatae, sacram, ad honorem ac dignitatem** *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis hoc titulo insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas**

atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Decembris, anno MCMLXII, **Pontificatus Nostri quinto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

S. Patricius, Ep. et Conf., caelestis Patronus dioecesis Harrisburgensis declaratur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Antistitem virtutibus illustrem, studiosum Evangelii nuntium, Sanctum Patricium, clerus et Christifideles dioecesis Harrisburgensis, ex quo, anno MCMLXVIII, **est constituta, peculiaribus obsequiis excolunt eiusque tutelae se fidentes commendant. Cui praeclaro Caeliti princeps eiusdem dioecesis templum dicatum esse cognoscitur. Ad hanc vero pietatem fovendam provehendamque et uberem inde spiritualium fructuum copiam eliciendam, Venerabilis Prater Georgius Leo Leech, Harrisburgensis Episcopus, Nos rogavit, ut Sanctum Patricium dioecesis suae caelestem Patronum renuntiaremus. Quae vota libenti animo implere statuimus, fore confisi, ut, Sancto illo animarum Pastore caelitus tuente, res catholica ea in regione laetis auctibus crescat. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Patricium, Episcopum et Confessorem, universae Harrisburgensis dioecesis caelestem apud Deum** *Patronum* **constituimus ac declaramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum pie-**

nissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die iv mensis Decembris, anno MCMLXII, **Pontificatus Nostri quinto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Nova Statuta Ordinis Equestris Sancti Sepulchri Hierosolymitani approbantur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Religiosissimo a monumento victoriae, qua Christus Salvator, a mortuis resurgens, mortem superavit, vitam nobis tribuit, salutem impendit perpetuam, appellationem et vim traxit Ordo Equester Sancti Sepulchri Hierosolymitani, quem Apostolica Sedes curis peculiaribus numquam desiit fovere. Iamvero, quae Romani Pontifices per saecula praeterita eidem benigne praebuerant, quasi hereditate accepta servare studens incrementisque augere, proximus Decessor Noster, fel. rec, Pius Pp. XII eiusdem Ordinis Statuta, Apostolicis Litteris sub anulo Piscatoris die xix mensis Septembris anno MCMXLIX **datis, auctoritate sua approbavit confirmavitque. Nos autem, quibus in vitae satis longo curriculo saepius datum est Equestris huius Ordinis sodales convenire et opera ab eodem patrata cognoscere, iuvat testatam hanc Summorum Pontificum benevolentiam consectari. Qua propensa in lectissimum hunc Equitum coetum voluntate permoti, Venerabilem Fratrem Nostrum Eugenium Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Tisserant, Episcopum Ostiensem ac Portuensem et Sanctae Rufinae, Sacri Patrum Purpuratorum Collegii Decanum, ei praefecimus, postquam Nicolaus Cardinalis Canali, primus Ordinis Istius Magnus Magister, Romana Purpura honestatus, e vivis ereptus est. Quo annitente, idem laetis auctibus crevit, scilicet ob meritorum laudem dignus est habitus, qui singulari Apostolicae Sedis gratia frueretur eiusque obtegeretur praesidio. Est enim prae Nobis ferendum in plures nationes eum tunc esse propagatum et opera Patriarchatus Latini Hierosolymitani**

plurimum ab eo accepisse incrementi. In praesenti vero, optatis Nostris obsecundans, praedictus Ordo caritatis officiis et studio missionali prosequitur quotquot, sive ritus Latini sive Orientalis, sunt in Terra Christi incolatu sacra atque allaborant, ut Eides ibi servetur, defendatur, amplificetur. Egregii autem hi conatus suscepti et munera ipsi praestituta, quibus Ordo, Deo opitulante, sine dubio nitetur satisfacere, suaserunt, ut eiusdem leges, a Pio Pp. XII, ut supra dictum est, approbatae, ad novas necessitates vitae et apostolatus formas, Ordini nunc proprias, accommodarentur atque adeo prudenter immutarentur. Re quidem vera, ut quaevis sodalitas recte constituta atque praedita vigore, ita hic etiam Equitum coetus perspectum habet oportere, ut, qui praesint, ductu Cardinalis Magni Magistri, cunctis viribus ad praeclara et alta Ordini ipsi proposita contendant, eo scilicet, ut sodales christiana pietate excolant animos atque in patria Divini Redemptoris Fidem tueantur, provehant et homines ad amandum Salvatorem suum accendant. Quibus omnibus perpensis, Venerabilis Frater Noster Eugenius Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Tisserant, quem supra laudavimus, Nos rogavit, ut huiusmodi Statuta ad ea, quae haec tempora postularent, Nostra auctoritate accommodari sineremus. Nos vero, precibus eius libenti animo admissis, decrevimus, ut Purpuratus Pater a publicis Ecclesiae negotiis Statuta retractata et recognita experimenti causa ad tempus probaret; quod quidem ab eo Litteris die xn mensis Iunii anno MCMLXII **datis factum esse cognoscitur. Cum vero hoc experimentum felices habuerit exitus, expedire iam arbitramur, ut Statuta quibus priora, anno videlicet MCMXLIX edita, perficiuntur et renovantur, legitime agnoscamus atque probemus. Quae cum ita sint, Nos, motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum,** *Nova Statuta Ordinis Equestris Sancti Sepulchri Hierosolymitani,* **iuxta exemplar, quod Italico sermone conscriptum et xxxvi articulis constans, in Tabulario Officii Nostri Brevibus expediendis asservatur, cuiusque priora verba sunt : ((Articolo I° : Fondazione : l'Ordine Equestre del S. Sepolcro di Gerusalemme, di antica origine, costituito » ; postrema vero : ((le luogotenenze pqsson disporre di un Regolamento particolare, reso valido dall'approvazione del Cardinale Gran Maestro »,** *approbamus, confirmamus* **iisque Apostolicae sanctionis robur adicimus. Praeterea, quandoquidem Pius Pp. XII, Decessor Noster, Ordinem Equestrem Sancti Sepulchri in personam iuridicam, ut appellatur, erexit, Nos hanc condicionem iure constitutam eidem Ordini confirmamus, omnibus cum privilegiis,**

facultatibus, honoribus, quae personae iuridicae legitime competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VIII **mensis Decembris, in festo Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis, anno** MCMLXII, **Pontificatus Nostri quinto.**

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

EPISTULA

Ad E.mum P. D. Hamletum Ioannem S. R. E. Card. Cicognani, Episcopum titulo Tusculanum, ob sollemnia Faventiae celebrata Francisci Lanzoni, sacerdotis clarissimique historici, honorandi causa.

Signor Gardinale,

Con intimo compiacimento abbiamo appreso che la diocesi di Faenza si prepara a rendere solenni onoranze ad un suo illustre figlio, l'insigne, storico sacerdote Francesco Lanzoni, di cui ricorre il centenario della nascita, con un Congresso di studi che ha per oggetto l'opera di lui e che sarà coronato da pubblica commemorazione che Ella, Signor Cardinale, terrà nel teatro cittadino, sabato 18 maggio.

Esprimiamo cordiale soddisfazione e letizia per la opportuna celebrazione, che esalta lo studioso di alti meriti e nello stesso tempo addita al Clero e agli alunni del santuario la figura dell'ecclesiastico che, esemplarmente fedele alla sua vocazione, servì la Chiesa nel campo, arduo e fecondo, della ricerca scientifica e dell'insegnamento. Fin dai primi anni del Nostro Sacerdozio, mentre attendevamo in Bergamo al servizio del Vescovo e all'ufficio di insegnante, fummo attratti dal nome del Seminario di Faenza : Ci era divenuto noto per la distinzione dei suoi docenti,

e soprattutto per la personalità del Bettore, Monsignor Lanzoni, che veniva celebrato per gli studi storici volti ad illustrare la diocesi e la regione emiliano-romagnola e in seguito le diocesi e regioni d'Italia, nelle loro origini, negli splendori dei loro Martiri e Santi, e nel patrimonio di vetuste ed ammirate istituzioni e tradizioni.

L'esempio luminoso che da Faenza si irradiava Ci fu esso pure con fortante stimolo a dedicare parte del Nostro tempo all'indagine storica di illustri figure/rilevanti ordinamenti e memorie della Nostra terra natia.

Fu nel 1908 che ci avvinse l'attrattiva di un lungo studio sulla Visita di S. Carlo Borromeo a Bergamo ; soave impegno, lieta fatica, che Ci accompagnò e confortò per cinquantanni, sia pure con prolungate intermittenze, fino alla immediata vigilia della Nostra elevazione al Pontificato.

Emus Pater Hamletus I. Cicognani statim preces post exspirationem iuxta formulam Ritualis Romani recita vit, quibus hymni *Magnificat* **atque** *Te, Deum* **a R. D. Laurentio Capovilla additi sunt.**

Statim post Summi Pontificis obitum, antequam de eo divulgaretur nuntius, certiores facti Emi Patres Cardinales Sacri Collegii Decanus et Sanctae Romanae Ecclesiae Camerarius, Beatissimi Patris cubiculum ingressi sunt, sacro corpore pie a familiaribus composito, cum stola, cruce pectorali et anulo digito immisso.

Media nocte in sacello privatarum Pontificis aedium R. D. Laurentius Capovilla Missam pro Beatissimi Patris anima celebravit coram eius propinquis vir isque de Pontificis familia, qui ad sacram synaxim omnes accesserunt.

Emus Cardinalis in Urbe Vicarius, accepto de obitu Summi Pontificis nuntio, statim hanc edidit ad clerum populumque romanum notificationem :

Con l'animo profondamente commosso partecipo a voi, fedeli di Roma, il tristissimo annuncio pervenutomi dall'Em.mo Cardinale Camerlengo di Santa Romana Chiesa :

« Il Lunedì di Pentecoste, 3 giugno 1963, alle ore 19,49 è spirato nella pace del Signore il Santo Padre Giovanni XXIII, Vescovo di Roma, Vicario di Gesù Cristo in terra, Successore del Principe degli Apostoli, Sommo Pontefice della Chiesa universale».

Tutto il mondo è in lutto per la perdita del Pastore amabilissimo. Ma il distacco doloroso più che da ogni altro è sentito da voi, o Romani, cui era familiare e soave consuetudine stringervi affettuosamente attorno a Lui, amato e venerato Padre comune.

Lo ricordate, e Lo ricorderete sempre, nella sua evangelica semplicità, soffusa di bontà e di grazia : in mezzo al suo popolo, in preghiera, nelle venerande basiliche come nelle modeste chiese di periferia; tra i sofferenti degli ospedali, del carcere. Lo ricorderete nel solenne appello rivolto, durante il Sinodo Diocesano, alla sua Roma, «città santa, così amata da Dio », chiamata a corrispondere alla sua preclara vocazione in faccia al mondo ed alla Chiesa universale ; Lo ricorderete, infine, nella maestà e nella commozione del luminoso giorno inaugurale del Concilio Ecumenico, l'opera grande a cui Papa Giovanni XXIII ha consacrato tutto se stesso, con immensa fiducia nella Provvidenza, la quale attuerà certamente i disegni di Dio.

Recessit Pastor noster : **il Pastore nostro ci ha lasciato per rispóndere, con la serenità di sempre, all'ultima chiamata del Signore.**

Da San Giovanni in Laterano, la sua prediletta Cattedrale, il giorno stesso in cui vi faceva il primo ingresso come Vescovo di Roma, aveva preannunciato : « Non abbiamo diritto di guardare innanzi a Noi come ad un lungo cammino ... Per chi tiene sempre fisso lo sguardo confidente in Dio non ci sono sorprese, neppure le sorprese della morte, che è sacra, perchè avviamento alla gloria e alla gioia perenne ».

In questo confidente abbandono alla divina volontà, in obbedienza e in pace, il nostro Padre, come è vissuto, così è morto.

Prima del suo tramonto, illuminato dalla luce della santità, un pensiero paternamente affettuoso e benedicente ha rivolto ancora una volta alla sua diletta Diocesi di Roma ; ha offerto il sacrificio della vita e le sofferenze dell'agonia per la santa Chiesa, per il Concilio Ecumenico, per l'unità dei cristiani, per la pace tra gli uomini; e con l'abituale tenerezza del suo cuore ha detto : « Desidero che tutti ricevano il segno della mia comniossa gratitudine ».

Siamo ora noi, figli in lacrime, che sulle spoglie venerate del Padre e Pastore nostro, composte nella pace di una ((morte sacra, avviamento alla gloria ed alla gioia perenne », deponiamo il segno della nostra riconoscenza e della nostra devozione, implorando dalla divina misericordia, per l'Anima desideratissima, il premio eterno promesso dal Signore ai suoi servi buoni e fedeli.

Il Divino Spirito, invocato in questa Pentecoste, scenda — propiziatrice benigna la Madre celeste — sulla Chiesa santa, a confortarla nella certezza della sua indefettibile presenza, « in fletu solatium ».

1. Le campane di tutte le chiese di Roma suoneranno a rintocchi

funebri per la durata di dieci minuti, dopo *Y Ave Maria* dei giorni 4, 5 e 6 giugno.

2. In tutte le chiese di Roma, dopo che le venerate spoglie mortali del Sommo Pontefice saranno state esposte all'omaggio dei fedeli, ossia dal 5 giugno in poi, si celebrerà una solenne Messa esequiale, la quale è permessa anche durante l'Ottava di Pentecoste. Inoltre, domenica prossima, festa della Santissima Trinità, alla S. Messa del giorno potrà seguire — una volta — il sacro Rito dell'Assoluzione funebre.

3. I Sacerdoti sono invitati ad offrire la S. Messa in suffragio del Sommo Pontefice; con dispensa dalle norme rubricali, essi sono autorizzati a celebrare, per una volta, la Messa da *Requiem.*

4. Si fa particolare appello alle anime consacrate a Dio perchè vogliano generosamente offrire pii suffragi.

5. La presente notificazione sarà letta ai fedeli in tutte le chiese nella circostanza che i Revv. Parroci o Rettori riterranno più opportuna.

Dal Vicariato di Roma, 4 giugno 1963.

83 CLEMENTE Card. Vicario
G. GIAQTJINTA, *Segretario*

Praefectus autem Caeremoniarum Apostolicarum has instructiones ad luctum exteriore quoque habitu significandum pro suo officio vulgavit:

Variazioni e disposizioni da osservarsi circa il vestiario degli E.mi e Rev.mi Signori Cardinali in *Sede vacante.*

Muna distinzione tra i Cardinali creati dalle sa. me. di Pio XI, di Pio XII, e di Giovanni XXIII.

Sottana e mozzetta violacea di panno, fascia di seta con fiocchi d'oro, collare e calze violacee.

Rocchetto liscio con piccola frangia di merletto al bordo e alle maniche.

Cappa di panno violaceo.

Zucchetto e berretta di panno rosso.

Nessun cambiamento circa il cappello rosso o nero.

Scarpe nere con fibbia d'argento.

Gli Eminentissimi appartenenti ad Ordini religiosi monastici e mendicanti non faranno mutazione nel loro vestiario.

Tutti gli Eminentissimi Cardinali, durante la vacanza della Santa Sede, con l'abito Cardinalizio, eccettuate le sacre funzioni, incederanno in sola mozzetta sul rocchetto.

L'abito Piano non ammette variazioni, nemmeno nel cappello nero, che, secondo le circostanze, sarà usato o con la fascia o con il cordone rosso-oro.

Nelle Congregazioni generali precedenti il Conclave, gli Eminentissimi Cardinali useranno rocchetto e mozzetta e porteranno la berretta.

Nelle Cappelle useranno la cappa di panno violaceo.

Negli scrutini del Conclave vestiranno rocchetto e mozzetta.

I Cappellani Caudatari avranno la solita sottana paonazza con fascia simile e croccia, quando gli Emi indosseranno la cappa : nelle altre circostanze la sottana nera e ferraiolone simile.

Per mandato del Sacro Collegio

f ENRICO DANTE, Arciv. di Carpasia
Prefetto delle Cérémonie Apostoliche

Variazioni e disposizioni sulla forma dell'abito prelatizio da usarsi dai Vescovi e dalla Prelatura nelle sacre funzioni, durante la vacanza della Santa Sede.

I Vescovi ed i Prelati, tanto nelle Cappelle, quanto nelle altre sacre funzioni, useranno la sottana nera senz'alcun ornamento di altro colore.

Fascia nera di lana con i fiocchi simili.

Mantelletta di lana nera con le mostre simili.

Rocchetto liscio senza merletti con una piccola frangia nella sola estremità delle maniche.

Le calze saranno di lana nera e parimenti il collare.

Nel fiocco del cappello non vi è variazione.

Con l'abito Piano useranno le calze nere ed il ferraiolone nero di lana.

f ENRICO DANTE, Arciv. di Carpasia
Prefetto delle Cérémonie Apostoliche

Die 5 Iunii habitus est primus Cardinalium Coetus generalis, cui praefuit Emus Card. Eugenius Tisserant, S. Collegii Decanus: in eo Coetu fractus est anulus piscatorius defuncti Pontificis.

Die vero 7 Iunii Excmus P. D. Aloisius Centoz, S. R. E. Vicecamerarius, iussu Emi Cardinalis S. R. E. Camerarii, possessionem cepit in sede Praefecturae "Vaticanae Civitatis. Eodem die, post meridiem, Emus Card. Benedictus Aloisi Masella, S. R. E. Camerarius, comitantibus RR. DD. Praelatis Clericis R. C. A. et Guillelmo Felici, R: C. A. Notario, possessionem cepit in Aedibus Pontificiis in Arce Gandulfi.

RECOGNITIO ET EXPOSITIO EXANIMI CORPORIS

Post vicesimam horam eiusdem diei 3 Iunii Emus Card. Benedictus Aloisi Masella, S. R. E. Camerarius, cubiculum ubi defunctus iacebat Pontifex de more adiit, una cum Praelatis Clericis ac Notariis Rev. Camerae Apostolicae, et corpus examinatum rite recognovit. Actus vero recognitionis, quem R. C. A. Notarius legit iuxta suetam formam, hic transcribitur:

• IN DEI NOMINE. AMEN.

RECOGNITIO CADAVERIS SANCTAE MEMORIAE IOANNIS PAPAE XXÏII

OLIM ANGELI IOSEPHI RONCALLI

Die tertia Iunii anni Domini millesimi nongentesimi sexagesimi tertii.

Cum Sanctissimus Dominus Noster Divina Providentia Ioannes Papa XXIII, sicut Altissimo placuit, hodie hora septima cum quadraginta novem minutis post meridiem in Palatio Apostolico Vaticano debitum naturae persolvent, Eiñus ac Revnius Dominus Benedictus Aloisi Masella, Episcopus Praenestinus, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Camerarius, associatus Excfiris ac Revmis DMs Aloisio Centoz, Archiepiscopo titulari Edesseno in Oshroëne, ac Salvatore Natucci, Thesaurario generali Reverendae Camerae Apostolicae, necnon Illmis ac Revmis Reverendae Camerae Apostolicae Clericis, se contulit ad locum, vulgo *appartamento.* **Pontificium dicti Palatii et ingressus cum omnibus supradictis in cubiculum praefati Pontificis, ibi Ipsius corpus, adhuc in suo lecto existens, exanimatum invenit. Eique debitis reverentiis redditis, ac pro Eius anima precibus effusis, cadaveris sa. me.**

Ioannis Papae XXIII, olim Angeli Iosephi Roncalli, rite recognovit. Hac recognitione peracta, anulum piscatoriam praefati Pontificis sibi tradendum petiit ab Excmo ac Revmo Dno **Henrico Dante, Archiepiscopo Carpasien., et a R. P. D. Laurentio Capovilla, Papae cubiculario, qui anulum praedictum praelaudato Emo ac Revmo** Dno **Cardinali Sanctae Romanae Ecclesiae Camerario tradiderunt et consignaverunt, quem idem Emus ac Revmus Cardinalis accepit ad effectum illum deferendi in prima proxima Congregatione Emorum ac Revm or um DD. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, deque illo dictos Excmos Dños Henricum Dante atque Laurentium Capovilla quietavit in forma omni etc.**

Actum in quodam cubiculo Secretariae Status in Palatio Apostolico Vaticano, praesentibus infrascriptis testibus.

£B B. Card. Aloisi Masella, *S. R. E. Camerarius.*
f Angelus Dell'Acqua, Archiep. tit. Chalcedoniensis.
f Aloisius Centoz, *S. R. E. Vice-Camerarius*
Marius Nasali! Rocca di Corneliano, *Praefectus cubiculi Pontificis Ioannis XXIII.*
Salvator Natucci, *Thesaurarius generalis Rev. Camerae Apostolicae.*
Ernestus Camagni, *a Brevibus Apostolicis.*
Fridericus Sargolini, *Decanus Camerae Apostolicae.*
Ioannes Sessolo, *R. C. A. Praelatus Clericus.*
Hyginus Cardinale.
f Didacus Venini, Archiep. tit. Adanensis.
Laurentius Capovilla, *testis.*
Odo Tacoli, *testis.*
Aloisius del Gallo Roccagiovine, *testis.*
Marius Fontana, *testis.*
Ioannes Giovaiinini, *testis.*
Quirinus Paganuzzi, sacer d., *testis.*
Antonius Rinaldi, *substit. Secret, et Cancell. R. C. A.*
Guillelmus Felici, *Secretarius et Cancellarius R. C. A.*

Idoneis adhibitis cautionibus, ut Pontificis exuviae quantum poterat integrae manerent, die 4 Iunii, mane hora octava corpus Beatissimi Patris, pontificalibus rubri coloris vestibus indutum ac humili pompa in aulam-

bibliothecam privatarum aedium delatum, funebri in lecto expositum est, aulaeo ad caput pendente imaginemque Sanctorum Ioannis Baptistae atque Ioannis Evangelistae, Lateranensem .basilicam tegentium, exprimente. Ibi cultum est ab Emis Patribus, ab Antistitibus et Praelatis de Palatio et Curia, a Civitatum Legatis, Administris ac Magistratibus italicis, et a christifidelibus etiam quamplurimis, qui ad aulam praedictam confluxerunt.

Inter Primores atque Optimates, qui ad corpus defuncti Pontificis pie venerandum in aula adfuerunt, recensendus est Excmus Vir Antonius Segni, Reipublicae Italicae Praeses, cum suo comitatu debito exceptus honore.

Item adfuerunt Excmi Viri : Amyntor Fanfani, Supremi Consilii publicae rei moderandae in Italia Praeses ; Ambrosini, Praeses Italici Consilii Primariae Legi interpretandae ; Caesar Merzagora, Senatus Italicae Reipublicae Praeses; Ioannes Leone, Praeses Legumlatorum Coetus Reipublicae Italicae.

IUSTA FUNEBRIA

CORPUS AD PATRIARCHALEM BASILICAM VATICANAM EFFERTUR

Hora sexta post meridiem eiusdem diei iv Iunii, corpus Ioannis Papae XXIII, pontificalibus iam antea indutum vestibus rubri coloris cum pallio, fanone et aurea mitra, in Basilicam Sancti Petri funebri pompa delatum est. Incedebant Pontificii a publica tutela milites, Palatini milites honorarii et excubitores Helvetii, aliquot e Pontificia cohorte nobilium ; post cruciferum cum acolythis, cantores e Iuliano choro, Sacrorum alumni e Pont. Seminario Romano et Capranicensi Collegio, sellarii accensos cereos ferentes, bussolantes, Cubicularii tum intimi tum honoris ab ense et lacerna, et Exc. P. D. Petrus Canisius van Lierde, Sacrarii Apostolici Praefectus, nigro pluviali cum alba mitra indutus. Sequebantur: Excmi Domini Fridericus Callori di Vignale, Palatii Apostolici Praefectus, et Marius Nasalli Rocca di Corneliano, Cubiculi secreti Praefectus; Exc. P. D. Didacus Venini, Eleemosynarius secretus ; Cubicularii intimi participantes. Inde lectica, in qua corpus quiescebat Beatissimi Patris, procedebat, Protectoribus sacri lateris Pontificis et Paenitentiariis Basilicae Vaticanae cum cereis hinc inde gradientibus, sequentibus Summi Pontificis propinquis, R. D. Laurentio Capovilla, Cubiculario intimo, famulisque.

Post feretrum statim incedebant Emi Cardinales in Curia praesentes: Emi PP. DD. Tisserant, S. Collegii Decanus; Aloisi Masella, S. R. E. Camerarius ; Pizzardo, Cicognani, Ferretto, Copello, Agagianian, Valeri, Giob-

be, Cento, Confalonieri, Marella, Testa, Traglia, Antoniutti, Forni, Ottaviano di Jorio, Bracci, Roberti, Jullien, Larraona, Morano, Heard, Bea, Bacci, Browne, Albareda.

Hos sequebantur: Emus D. Angelus de Mojana di Cologna, militaris suique iuris Ordinis Melitensis Magnus Magister ; princeps Asprenus Colonna, Pontificio Solio adstans; princeps Alexander Torlonia, Concilii Oecumenici generalis Custos ; Exc. P. D. Franciscus Carpino, ab actis S. Collegii ; Exc. P. D. Angelus Dell'Acqua, alter a Cardinali publicis Ecclesiae negotiis praeposito ; Exc. P. D. Ianuarius Verolino, ab actis S. Consilii caerimoniis praepositi; marchio Iacobus Serlupi Crescenzi, Praefectus Stabuli Pontificis; princeps Leo Massimo, Praefectus tabellariorum ; princeps Aloisius Massimo Lancellotti et comes Iosephus Dalla Torre di Sanguinetto, aureae rosae gestatores; princeps Iulius Pacelli, exemptus Nobilis Cohortis Pontificiae tribunus; Robertus Nünlist, Pontificiae Helvetiorum cohortis Praefectus; comes Franciscus Cantuti Castelvetri, Palatinae cohortis honorariae Praefectus ; Exc. P. D. Aloisius Centoz, proximus a Praefecto aerarii Apostolicae Sedis per interregnum ; R. D. Salvator Natucci, R. C. A. Thesaurarius generalis ; itemque Praelati Clerici Rev. Camerae Apostolicae.

Sequebantur insuper quamplurimi Archiepiscopi, Episcopi, Romanae Curiae Praelati et Excmi Viri e Civitatum Legatorum Coetu, Comitantibus Exc. P. D. Antonio Saniore, Secretario S. Consilii extraordinariis expediendis Ecclesiae negotiis praepositi, R. D. Ernesto Camagni, a diplomatis Pontificis Max., aliisque Secretariae Status Praelatis.

Feretrum, per regias scalas ac portam aeneam in Petrianum forum praeter consuetudinem delatum, in Vaticanam Basilicam, circa obeliscum funebri ducta pompa, advectum est, christifidelibus maeste fundentibus preces et italicis militum copiis defuncto Pontifici honorem more militari deferentibus.

In foro S. Petri sistebant Excmi Viri publicae auctoritatis Italiae Delegati, qui postea exsequias comitati sunt, praeeunte Exc. D. Amyntore Fanfani, supremi Consilii publicae rei moderandae Praeside.

Ante atrium templi Capitulum Vaticanum, cum Exc. P. D. Pericle Felici, Emi Cardinalis Archipresbyteri Vicario, nigro pluviali induto, excepit Beatissimi Patris corpus, quod in Basilicam invectum in excelso funebri lecto ante Confessionem Beati Petri est collocatum, postquam idem Excmus Vicarius absolutionem Cadaveri impertivit, antiphonae *Libera me, Domine* **a Iuliano choro absoluto cantu.**

Per duos insequentes dies ingens fuit civium Romanorum et peregrinorum concursus, quos inter quamplurimi recensendi sunt Optimates ac rei publicae Moderatores, qui Summi Pontificis exuvias devote viserunt quique suam in bonum ac desideratissimum Pastorem et Patrem pietatem ostenderunt.

Die 7 Iunii exsequiae ad animam Pontificis iuvandam, per novem dies continuas de more persolvendae — intermittendae autem hac vice die dominica in festo SSmae Trinitatis et feria V in festo SSmi Corporis Christi — initium habuerunt in Vaticana Basilica. Missam sollemnem pontificalem celebravit Exc. P. D. Pericles Felici, Archiepiscopus tit. Samosatensis et Emi Cardinalis Archipresbyteri Vicarius.

TUMÜLATIO ET DEPOSITIO CORPORIS IN CRYPTIS PATRIARCHALIS BASILICAE VATICANAE

Die sexta mensis Iunii, feria quinta infra Octavam Pentecostes, ad horam quintam post meridiem clausis Basilicae ianuis, initium datum est tumulationi et depositioni corporis Summi Pontificis Ioannis XXIII in cryptis Petriani templi.

Idem corpus e funebri lecto, in quo duobus diebus iàcuerat, in lecticam depositum est ante Confessionem B. Petri ; deinde denuo translatum est per mediam Basilicam ante atrium templi, ut ingentis fidelium multitudinis pietas satiaretur. Postea iterum in templum illatum, ad paratum locum inter Confessionem et Cathedrae altare vectum pieque depositum est.

Ex Emis Patribus, qui funebri ritui intererant, singularia subsellia occupabant Cardinales Eugenius Tisserant, S. Collegii Decanus, Benedictus Aloisi Masella, S. R. E. Camerarius, Paulus Marella, Patriarchalis Basilicae Vaticanae Archipresbyter, Ceteri, qui aderant, Cardinales hic recensentur: Pizzardo, Cicognani, Ferretto, Liénart, Copello, Agagianian, Tienchensin, Valeri, Me Intyre, Lercaro, Léger, Giobbe,' Cento, Confalonieri, Castaldo, Döpfner, Testa, Meyer, Traglia, Ritter, da Costa Nunes, Antoniutti, Forni, Ottaviani, di Jorio, Bracci, Roberti, Jullien, Larraona, Morano, Heard, Bea, Sacci, Albareda.

Aderat Emus D. Angelus de Mojana di Cologna, militaris suique iuris Ordinis Melitensis Magnus Magister, eum Equitibus.

Aderant : Excmi Civitatum Legati apud Apostolicam Sedem, cum Excmis PP. DD. Antonio Saniore et Angelo Dell'Acqua, et R. D. Ernesto Camagni, Secretariae Status Moderatoribus.

Archiepiscopi et Episcopi quamplurimi ; S. R. E. Vice-Camerarius cum Thesaurario generali Praelatisque Clericis R. C. A. ; Revmum Capitulum Vaticanum; parochorum Urbis collegium cum Exc. P. D. Hectore Cunial, sacra in Urbe vices gerente, cumque Excmis PP. DD. Ioanne Canestri et Philippo Pocci, Emi Card. Vicarii Auxiliaribus ; defuncti Pontificis propinqui ;

reipublicae Italicae Administri ac Rectores ; Patricii Romani ; sodales Pontificii sophorum Collegii; Equités Ordinis equestris a sancto Sepulcro, Hierosolymitano, sua quisque loca tenebant.

Exc. P. D. Pericles Felici, Archiep. tit. Samosatensis et Emi Card. Archipresbyteri Basilicae Vaticanae Vicarius, cantato a Iuliano choro psalmo *Miserere* cum antiphona *In Paradisum deducant te Angeli,* lustrali aqua corpus Pontificis aspersit et orationem *Deus, qui fundasti* recitavit.

Postea, dum idem sacrum corpus in funebrem aream reverenter demittebatur, R. D. Nicolaus Metta, Vaticani Capituli Cancellarius, rogitum sepulturae legere coepit.

IN NOMINE DOMINI. AMEN

SEDE VACANTE

Obitus, depositio et tumulatio sanctae memoriae Ioannis Papae XXIII — Pro Revmo Capitulo SS. Patriarchalis Basilicae Principis Apostolorum de Urbe — Die vi, feria quinta, mensis Iunii, anno Dominicae Redemptionis MCMLXIII.

Ioannes XXIII P. M. — Angelus Iosephus Roncalli — cum toto sui Pontificatus tempore, in caritate Christi et sapientia cordis, multa et praeclara edidisset documenta, ad pietatem, ad religionem, ad iustitiam, ad pacem inter populos fovendam, diutino ac gravi morbo exhaustus, sanctissime obdormivit in Domino in Aedibus Vaticanis die tertia mensis Iunii, feria secunda, Anno Reparatae Salutis MCMLXIII, hora post meridiem septima cum momentis undequinquaginta, annum agens aetatis suae octogesimum primum, menses sex, diesque octo, quarto anno Pontificatus sui expleto.

In paterno rure, ad oppidum quod ((Sotto il Monte » appellant, intra fines dioeceseos Bergomensis, a piis parentibus natus die xxv mensis Novembris anno Domini MDCCCLXXXI, eodemque die aqua sacri Fontis lustratus est.

Ingenio mitis et ad discendum promptus, cum ad sacerdotium se vocatum agnosceret, primo Bergomi deinde Romae sacris profanisque disciplinis operam navavit et, ad amplissimos Doctoris gradus promotus, in Urbe die x mensis Augusti anno MCMIV ordinem sacerdotalem suscepit.

Ad titularem Ecclesiam « pro ttac vice » Archiepiscopalem Aëropolitanam promotus die tertia mensis Martii a. D. MCMXXV et, post novem fere annos, ad titularem Archiepiscopalem Ecclesiam Mesembrianam translatus, praecipuis muneribus et legationibus, primo in Bulgaria et Graecorum Republica, deinde in Gallia perfunctus est.

A Pio XII Pontifice Maximo die xn mensis Ianuarii anno MCMLIII S. R. E. Cardinalis renuntiatus, post quidem paucos dies Patriarchali Ecclesiae Venetiarum praepositus est.

Pio XII e vivis sublato, eius loco Angelus Iosephus Roncalli die XXVIII mensis Octobris anno MCMLVIII, Patrum Cardinalium suffragio, ad Summi Pontificatus apicem evectus, eodemque die de alto podio externo Basilicae Vaticanae, more antiquo instaurato, Urbi et Orbi proclamatus est, omnibus Christifidelibus ubique terrarum gratulantibus.

Paucis horis post obitum praeclari huius Pontificis, eius sacrum corpus, in privato cubiculo super lecto inanimatum iacens, ab Emis PP. DD. Benedicto Aloisi Masella, S. R. E. Camerario, et Eugenio S. R. E. Card. Tisserant, Decano S. Collegii, rite est recognitum.

Deinde, idem sacrum corpus, pie translatum in finitimum locum, qui ((Bibliotheca» appellatur, pontificalisque rubri coloris vestibus indutum, super aptum feretrum religiose compositum est.

Sequenti autem die, feria III, a primo mane, ad sacrum corpus Beatissimi Patris veneraturi accesserunt complures S. R. E. Cardinales, Praeses et primores moderatores Italicae Rei publicae, Archiepiscopi, Episcopi, Senatores, Legati exterarum Civitatum, plurimi inter cleros atque cuiusque Ordinis primores et optimates.

Eodem die, hora vi post meridiem, Beatissimi Patris corpus, sacris vestibus, iuxta consuetudinem, indutum palioque pontificali ornatum ac super gestatorio feretro positum, ab Excmo P. D. Petro Canisio van Bierde, Episcopo titulari Porphyriensi et Sacrarii Apostolici Praefecto, aqua lustrali rite aspersum, ab Aedibus Apostolicis Vaticanis, funebri piaque pompa, per Scalas Regias, ad Patriarchalem Basilicam Vaticanam translatum est, ut publicae venerationi exponeretur.

Dulcissima Patris sacrum corpus comitabantur S. R. E. Cardinalis Camerarius, complurimi S. R. E. Cardinales, Praesules Domus Pontificiae, Cubicularii aliique de Curia, Civitatis Vaticanae Praefecturae primores, Custodes Dominici lateris atque Excubiae Helvetiae Militiae et Excubiae Palatii Apostolici cum earum ducibus.

Statim post feretrum incedebant, orantes et maerentes, una cum IUmo ac Revmo D. Loris Capovilla, Summi Pontificis quidam arcta propinquitate coniuncti.

Funebris pompa Sancti Petri forum peragravit, quo turmae fidelium, quas nemo numerare poterat, orantes et flentes, Beatissimi Patris exuvias pie veneraturae undique confluxerant.

Cum autem sacrum corpus Summi Pontificis ad atrium Basilicae Vaticanae pervenisset, ab universo Canonicorum et Cleri eiusdem Basilicae Vaticanae coetu pie custodiendum receptum, ab Excmo P. D. Pericle Felici, Archiepiscopo tit. Samosatensi et Emi Pauli S. R. E. Card. Marella, Archipresbyteri eiusdem Basilicae Vaticanae Vicario, nigro pluviali induto, aqua lustrali est aspersum.

Eidem corpori vero, in Vaticanum Templum inlato et super funebri lecto religiose composito, post cantum « Sub venite, Sancti Dei » psalmique « De profundis » et « Libera me, Domine », memoratus Excmus P. D. Pericles Felici, compluribus S. R. E. Cardinalibus adstantibus, absolutionem, iuxta ritum, impertivit.

Demum sacrum corpus Beatissimi Patris a sediariis, sine ulla pompa, ante altare Confessionis Principis Apostolorum translatum, et super altum ornatumque feretrum compositum, publicae venerationi expositum exstitit, facibus hinc inde accensis atque Custodibus Dominici lateris vigilantibus.

Sequentibus diebus ingens illico populi multitudo in Vaticanum Templum ingressa, turmatim ante exanimatum corpus demortui Pontificis, qui ((Pastor Bonus » appellatus invocatusque erat, muta transivit ac sensus precesque pro dulcissimo desideratissimoque Patre religiose effudit.

Nocturnis vel horis adeo turmatim occurrerunt fideles vultum dulcissima Patris conspecturi, ut eorum vix posset impetus contineri, et, quod hominum memoria ignoratur, Patriarchales Vaticanas Aedes oportuit pervigiles esse totam noctem, quae feriam iv consecuta est.

Die autem sexta mensis Iunii, feria v, a. D. MCMLXIII, ad horam v post meridiem, omnes Basilicae Vaticanae cancelli atque portae et ingressus clausa sunt.

Cum vero in foro S. Petri magna adhuc conglobata esset maerens multitudo fidelium, qui, e dissitis regionibus venientes, nondum Beatissimo Patri extremos pietatis sensus ostendere potuissent, Summi Pontificis sacrum corpus, ducta pompa, ad externum atrium Basilicae

Vaticanae denuo translatum est et super colle Vaticano aliquantisper fidelium turmis orantibus et flentibus ostensum permansit.

Deinde sacrum corpus, eadem pia pompa in Vaticanum Templum denuo inlatum et ad paratum locum, inter altare Confessionis et altare Cathedrae, translatum super aptum feretrum pie depositum est.

Interim Canonici et universus Basilicae Vaticanae clericorum coetus una cum memorato Excmo Patre Domino Pericle Felici, nigro pluviali albaque mitra induto, processionali ordine cruciferum et acolithos prosequentes, musicis Nostrae ven. Cappellae Iuliae psalmum « Miserere » canentibus, ad sacrum feretrum, inter altare Confessionis et altare Cathedrae positum, accesserunt.

Ibi, psalmo « Miserere » expleto atque musicis concentibus dicta antiphona « In Paradisum deducant te Angeli », memoratus Excmus P. D. Pericles Felici, sacras exuvias aqua lustrali asper sit et demum orationem « Deus, qui fundasti » recitavit.

Aderant cum Emo Cardinali Benedicto Aloisi Masella, S. R. E. Camerario, complures S. R. E. Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Praelati de Curia, parochi, rectores ecclesiarum, plures Religiosae Congregationes necnon innumeri invitati, inter quos Italicae Rei publicae moderatores, multarum Civitatum Legati, Ordines Equestres, Nobiles Romani aliique plurimi cuiusque ordinis clarissimi viri.

Deinde, benedictionem peracta cupressinae capsae, in quam sacrae exuviae dulcissima Patris deponendae erant, gestatores sedis sacrum corpus suo loco exstulerunt atque in eadem benedicta cupressina capsa religiose condiderunt.

Ad quam accesserunt Excinus P. D. Fridericus Callori di Vignale Praefectus Palatii Apostolici, Excmus P. D. Marius Nasalli Rocca di Corneliano, Praefectus Cubiculi Secreti demortui Pontificis, et Illmus ac Revmus D. Loris Capovilla, eiusdem Pontificis Cubicularius intimus de numero participantium, qui sericum velum album supra faciem defuncti Pontificis pie straverunt.

Praeterea Excmus P. D. Henricus Dante, Archiepiscopus tit. Carpasiensis, Praefectus Ap. Caeremoniarum, et Illmus ac Revmus D. Salvator Capoferri, Vice-Praefectus earumdem Ap. Caerimoniarum, manticulum coccineum ad pedes sacri corporis deposuerunt, clara voce declarantes in eo numismata nummosque ex auro, argento, aere cusa tempore Pontificatus Ioannis XXIII contineri.

In eadem capsa pariter positum est volumen pergameneum, plumbea

custodia cylindricae formae inclusum, in quo scriptum fuerat sépulcrale Pontificis elogium, ab Illnio ac Revmo Domino Hamleto Tondini, ab Epistolis ad Principes, exaratum et hic recitatum :

IOANNES XXIII PONT. MAX.

Angelus Iosephus Roncalli, a. d. VII Calendas Décembres a. MDCCCLXXXI, in lucem editus est, in pago Bergomensis dioecesis, quem **Sub Monte** *appellant, eodemque die Baptismate sancto est rite ablutus.*

Cum iam inde a pueris divino quodam instinctu sacerdotalia perciperet munera, idque eximiae eius in Deum pietatis specimina conformarent, primum in Bergomensi Seminario, deinde in Romano totum se in liberalibus et sacris disciplinis abdidit. Quo studiorum curriculo peracto, Romae, a. d. IV Id. Augustas a. MDCCCCIV, sacerdotio auctus est.

In patriam reversus¿ tum praestantissimo viro Iacobo Radini Tedeschi, Bergomatium Episcopo, fuit ab actis, tum aliis quam diligentissime praefuit officiis.

Anno autem MDCCCCXXI, Summus Pontifex Benedictus XV eum Romam accivit, ubi sive sacro Consilio Fidei Propagandae egregiam navavit operam, sive in Seminarii Romani scholis ad sanctorum Patrum doctrinam adulescentes instituit.

Quem virum cum tantis decoratum animi ornamentis rerumque usu vidisset Pius XI Pontifex Maximus eum, a. MDCCCCXXV, ad Episcopi ordinem evexit, et primo in Bulgariam uti Visitatorem et subinde uti Delegatum Apostolicum, post autem, a. MDCCCCXXXIV, item uti Delegatum Apostolicum, ad Turcarum rempublicam et Graecorum nationem misit. Quibus locis Romanae Sedis Legatus eiusmodi praestitit ingenii lenitate et rerum prudentia, ut simul principum simul civium animis, licet catholicae fidei expertibus, observantiam existimationemque in Christi Ecclesiam iniecerit.

Sed haec clarissimi Praesulis dexteritas cum praeclara bonitate coniuncta per impeditum illud tempus eo vel magis eluxit, cum Apostolicum Nuntium egit in Gallia, quo, Pio XII iubente, anno MDCCCCXLV, profectus est. Fieri enim non poterat, quin in Apostolicam Sedem eiusque Legatos quodammodo reverteretur anceps ille rerum status, qui universale taeterrimumque bellum consecutus erat, recens compositum.

Atque tam recte gestam provinciam idem Summus Pontifex tam-

quam remuneraturus, eum anno MDGCCGLIII in Purpuratorum Patrum numerum ascripsit et Venetiarum Patriarcham dixit. Qua in perillustri sede eas profecto praebuit animi dotes, Patris et Pastoris proprias, quas, non multos post annos, e celsissimo Romani Pontificatus Solio ostensurus erat.

Re enim vera providentissime Dei consilio erat statutum, ut ipsi vicaria Christi in terris potestas permitteretur. Quod, post immortalis memoriae Pium XII rebus humanis ereptum, factum est a. d. V Cal. Novembres a MDCGCCLVIII, universo terrarum orbe lactante, plaudente.

Tametsi quattuor dumtaxat annos et septem circiter menses ad Ecclesiae gubernacula sedit, nemo tamen potest paucis adumbrare insignia quae Ioannes XXIII suscepit opera, non solum ad Christi Sponsae incrementum, sed etiam ad universae hominum consortionis utilitatem.

Rerum veluti summam qui complecti velit, illud videtur peropportune e sacris Litteris mutuari posse: pro aucto ad immensum filiorum eius numero, Deum cor illius dilatavisse; [1] *atque adeo eum homines, catholicos primum, deinde omnes universos incredibili caritate adamav4sse.*

Quod luce clarius testantur: sive Synodus Romana ab eo coacta et promulgata; sive variae eaeque gravissimi momenti Litterae Encyclicae in vulgus emissae, in quibus praecipua commemoratione dignae sunt: **Ad Petri Cathedram, Mater et Magistra,** *et* **Pacem in terris;** *sive maxime Concilium Oecumenicum Vaticanum II, ab eo indictum et partim celebratum, cuius praesertim causa eius nomen et gloria ad posteros propagabitur; sive postremo Consilium conditum Codici Iuris Canonici recognoscendo.*

Quibus quidem susceptis operibus eo in primis spectavit et contendit semper, ut Christi Ecclesia, ad novum quendam renata vigorem, efficaciore usque virtute salutiferum suum expleret munus; ut christianos homines ab Apostolica Sede seiunctos ad unum divini Redemptoris ovile [2] *revocaret; ut denique universa hominum communitas ad optatam diu pacem, in veritate, in iustitia, in caritate, in libertate constitutam, pervenire tandem posset.*

Ad quae efficienda proposita non modo nullis umquam pepercit

[1] Cfr. ***Is.*** 60, 4-5.
[2] Cfr. ***Ioan.*** 10, 16.

curis atque laboribus, sed etiam vitam suam totam, quasi hostiam Deo gratam, in confinio suae mortis immolavit.

Naturae concessit obitu sanctissimo a. d. III Nonas Iunias anno MDGGCGLXIII, cunctis cuiusvis gentis, cuiusvis stirpis hominibus complorantibus.

Christus Iesus, cuius ipse in lecto, in quo aegrotabat, ara pariter et cathedra facto, verba illa iterum iterumque professus est **Ego sum resurrectio et vita,**[3] *Patri et Pastori omnium gentium amantissimo ianuam superni regni sui quam primum patefaciat, eique praemia lucis, pacis, et felicitatis impertiat sempiternae.*

Quibus piis caeremoniis persolutis, exuviae Summi Pontificis per ianuam quam a ((Sancta Martha » appellant, in cryptas vaticanas inlatae sunt, prosequentibus dumtaxat Cardinalibus Ordinum Capitibus, Cardinali Hamleto Ioanne Cicognani, qui fuerat eiusdem Pontificis a publicis Ecclesiae negotiis, Eminentissimo Cardinali Basilicae Vaticanae Archipresbytero una cum quibusdam Canonicis Vaticanis.

Cum autem sacrum feretrum in cryptas Vaticanas inlatum esset, cupressina capsa suo cooperculo firmiter clausa est, ligata violaceis sericis fasciolis, super quibus Emus Cardinalis Benedictus Aloisi Masella, S. R. E. Camerarius, hispanica liquefacta cera sigillum impressit.

Item sigillum suum impressit Emus Cardinalis Archipresbyter Basilicae Vaticanae, Excmus P. D. Fridericus Callori di Vignale, Praefectus Palatii Apostolici, Excñius P. *D.* **Henricus Dante, Archiepiscopus tit. Carpasiensis et Praefectus Ap. Caeremoniarum, et Illmus ac Revmus D. Aloisius Campa, Canonicus Vaticanus.**

Capsa ipsa cupressina insuper in aliam plumbeam capsam immissa est, cuius tectorium undequaque, longo labore, stamno firmatum est sigillisque munitum per manus eorum qui supra capsam cupressinam sigilla impresser ant.

Plumbo tectorio vero attexta erant, aere confiata, imago Crucis, Summi Pontificis generis insigne et ea quae sequitur inscriptio :

IOANNIS CORPUS XXIII P. M.
VIXIT ANNOS LXXXI MENSES VI DIES VIII
ECCLESIAE UNIV. PRAEFUIT
ANNOS IV MENSES VII DIES VII
DECESSIT DIE III IUNII
A. D. MCMLXIII

[3] ***Ioan.*** 11, 25.

. Denique plumbea capsa inclusa est in aliam robuream, quae pariter primo clausa, suoque deinde cooperculo est firmata.

Super huius postremae robureae capsae tectorium eadem inscriptio una cum cruce et generis insigne, aere conflata, insculpta erat.

Demum sacrae exuviae dulcissimi desideratissimique Ioannis Pp. XXIII, ritualibus precibus expletis in cryptis Vaticanis veteribus, piae sepulturae traditae sunt.

Haec omnia vidi ego et de speciali mandato Capituli Vaticani scripsi et publica vi, adstantibus, ut specialibus testibus, Illrnis ac Revmis DD. Aloisio Campa et Dionysio Francisco McDaid, Canonicis Vaticanis.

Actum Romae, in Patriarchali Basilica Vaticana, die vi mensis Iunii a. D. MCMLXIH, Sede vacante.

Signati :

Aloisius Campa, *Canonicus Vaticanus*
Dionysius Franciscus McDaid, *Canonicus Vaticanus*
Nicolaus Metta, *Cancellarius Capituli Vaticani*

EXSEQUIAE SOLLEMNIORES IN BASILICA VATICANA

A die septima mensis Iunii per sex dies novendialibus exsequiis in Basilica Vaticana peractis, haec pro tribus extremis exsequiarum diebus a Caerimoniarum Praefecto edita est

INTIMATIO PER CURSORES FACIENDA, DOMI DIMISSO EXEMPLARI

Sabbato, die 15 Iunii 1963, hora decima, in Vaticana Basilica, in exsequiis pro anima sa. me. Ioannis Pp. XXIII Missam cantabit Emus ac Revmus D. Card. Iosephus Ferretto, tituli Ecclesiae Suburbicariae Sabinensis et Mandelensis.

Post Missam fiet solemnis Absolutio circa castrum doloris cum assistentia Emorum et Revmorum DD. Cardinalium :

Leonis Iosephi Suenens
Hildebrandi Antoniutti
Iosephi Elmer Ritter
Bernardi Ioannis Alfrink.

Dominica, die 16 Iunii, eadem hora et in eadem Basilica, Missam cantabit Emus ac Revmus D. Card. Ioannes Urbani, tituli S. Marci, Patriarcha Venetiarum, et in solemni Absolutione assistent Emi et Revmi DD. Cardinales : -

Ferdinandus Quiroya y Palacios
Aloisius Traglia
Iulius Doepfner
Alfonsus Castaldo.

Feria II, die 17 Iunii, loco et hora praedictis, Missa celebrabitur ab Emo et Revmo D. Card. Eugenio Tisserant, Episcopo Ostiensi, Portuensi et S. Rufinae. Expleta Missa, recitabitur oratio in laudem defuncti Summi Pontificis, et postea fiet Absolutio solemnis cum assistentia Emorum et Revmorum DD. Cardinalium :

Francisci Spellman
Pauli Giobbe
Stephani WyszynsM
Achillis Liénart.

End et Revmi DD., qui in actu Absolutionis induere debent Pluviale cum Stola, deferre faciant Amictum et Mitram simplicem ex serico damasceno.

Pro Cappellanis vero Superpelliceum et Velum pro sustinenda Mitra deferentur.

Intimentur omnes et singuli Emi ac Revmi Domini S. R. E. Cardinales qui, vestibus laneis, rocheto simplici et cappis laneis violaceis induti, intererunt.

Cappas assument in Aula Canonicorum prope Sacrarium Basilicae Vaticanae.

Cappellani induent croceas super consuetas vestes séricas.

Intimentur quoque Vice-Camerarius, Auditor et Thesaurarius generalis R. C. A., Archiepiscopi, Episcopi, Adsessores et Secretarii SS. RR. Congregationum, Protonotarii, Abbates et Generales Ordinum, Auditores Rotae, Clerici Camerae Apostolicae, Votantes Signaturae (qui cappas non induent, sed mantelletum et vestem nigri coloris cum rocheto simplici assument), Advocati Consistoriales et Procuratores Ordinum Regularium.

De mandato Emi et Revmi D. Card. Decani.

f Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *Gaerem. Apost. Praefectus*

Quae omnia, diebus et horis statutis, rite religioseque peracta sunt, R. D. Dominico Bartolucci Magistro concentum chori ducente.

Ultima novendialium exsequiarum die funebris ritus peculiarem praebuit magnificentiam, tum apparatu tum clarissimorum hominum ex ecclesiastico laicoque coetu frequentia.

Dignum sane est memoratu, quod huic novissimo funeri Excellentissimi Viri adfuerint ex octoginta quinque extra ordinem Legationibus quae, ex universo orbe a Civitatibus vel a Consiliis Internationalibus missae, infra recensentur.

E Sacro Cardinalium Collegio aderant Emi PP. DD. : Pizzardo, Aloisi Masella, Cicognani, Ferretto, Gonçalves Cerejeira, Liénart, Fossati, Tappouni, Copello, Gerlier, Agagianian, McGuigan, Roques, Gilroy, Spellman, de Barros Cámara, Pia y Deniel, Frings, Ruffini, Caggiano, Tienchensin, Valeri, Ciriaci, Feltin, Mclntyre, Lercaro, Wyszynski, de Arriba y Castro, Quiroga y Palacios, Léger, Gracias, Montini, Urbani, Giobbe, Cento, Garibi y Rivera, Confalonieri, Cushing, Castaldo, Richaud, Bueno y Monreal, König, Döpfner,. Marella, Testa, Meyer, Traglia, Doi, Lefebvre, Alfrink, Santos, Rugambwa, Ritter, Quintero, Concha, da Costa Nunes, Antoniutti, Forni, Landázuri Ricketts, Silva Henriquez, Suenens, Ottaviani, di Jorio, Bracci, Roberti, Jullien, Larraona, Morano, Heard, Bea, Bacci, Browne, Albareda.

Aderant praeterea defuncti Summi Pontificis propinqui, Emus D. militaris suique iuris Ordinis Melitensis Magnus Magister, Moderatores Sacri Consilii publicis expediendis Ecclesiae negotiis, quamplurimi Praelati de Curia et Palatio, Venetiarum urbis Rectores, viri ex ecclesiastico et laico ordine e Bergomensi dioecesi, omnes e tribus Venetiae regionibus Excmi Ordinarii, aliique Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Religiosorum Ordinum supremi Moderatores, Legati Civitatum apud Sedem Apostolicam cum adiutoribus, Romanae Civitatis Rector cum aliquot Administratoribus, Patricii Nobilesque Romani, RR. Viri Delegati a quibusdam Ecclesiis a catholica Ecclesia seiunctis, civium denique ex Urbe multitudo.

Ad tumuli basim quattuor defuncti Pontificis elogia legebantur, ab Illmo ac Revmo D. Hamleto Tondini, ab Epistulis ad Principes, conscripta:

EPISCOPVS ROMANAE SEDIS
QVAM CETERIS CVNCTIS EXEMPLO ESSE VOLVIT
VT EAM MAGIS EXCOLERET MAGISQVE
SYNODO CELEBRATA CVRIS OMNE GENVS ADHIBITIS
OPERAM DEDIT INSIGNEM

II

HVMANAE SPES COMMVNITATIS
VIAS TRADIDIT AD QVAS SOCIALES RES ET POLITICAE
ESSENT COMPONENDAE
VT FIRMA TANDEM ET OPTATISSIMA PACE
OMNES FRVERENTVR POPVLI

III

SANCTAE ECCLESIAE LVMEN ET COLVMEN
IN PRIMIS CONCILIO OECUMENICO VATICANO II INDICTO
CONSTANTISSIME SPECTAVIT ET EGIT
VT EAM ILLVSTRARET CORROBORARET AD EAMQVE FILIOS SEIVNCTOS
TAMQVAM AD VNVM OVILE REDVCERET

IV

IMAGO IPSA BONITATIS
HOMINES SINGVLOS VNIVERSOS VELVTI FILIOS
INCREDIBILITER DILEXIT
AB IISQVE VIVENS MORITVRVS MORTVVS
REDAMATVS EST MIRIFICE

H. TONDINI

Post Missam Pontificalem, ab Illmo ac Revmo D. Iosepho Del Ton, ab epistulis latinis, haec habita est

IOANNIS XXIII PONTIFICIS MAXIMI

FUNEBRIS LAUDATIO

Eminentissimi Ecclesiae Principes,

Recessit pastor bonus, qui nos ad pascua salutis et ad fontem aquae vivae ducebat; longo itinere et labore defessus consedit; e conspectu nostro abiit : nosque desiderio eius affectos, immo confectos quasi palantes sine magistro oves reliquit.

Ad parentalia Ioannis XXIII Pontificis Summi, quem a nobis ereptum deflemus, ut vetus inferiarum poscit officium, rite exornanda, laudationis mihi onus imposuistis. Ingenio et moribus magis audire quam audiri, magis tacere quam loqui semper assuevi; hisce quoque in rerum adiunctis fateor vobis me hoc maluisse. Quapropter in hoc ornatissimo et amplissimo consessu de tanto argumento tractare ausus non essem, nisi vestri, quorum imperium detrectare non poteram, me impulisset auctoritas.

Incepturus tanti Antistitis laudes, sermonem meum in elegos et in threnodias sponte ac vi ipsa sua se flectere sentio. Quoquoversus enim intento oculorum obtutu, augustum hoc Vaticanum templum, quod, eo litante vel adstante, iucundis rutilabat splendoribus, festisque resonabat cantibus, nunc atratis altaribus et pullis vestibus, sepulcralibus ignibus,. moestarum modulamine precum, ingredientes inducit ad lamen tationem. Profecto huius Urbis et totius christiani populi insolabilis doloris proferuntur indicia, dum paterno funeri iusta persolvimus.

Quin etiam cum ploratu Ecclesiae — mirandum quidem et plane singulare — miscentur acerbi luctus significationes, undique ex terrarum orbe profectae, a catholici nominis gentibus et ab Apostolica Sede seiunctis fratribus, a primoribus itemque ab humili loco natis, a cuiuslibet aetatis, linguae et nationis hominibus : qui quidem unanima consensione, gratissima memoria recolunt et verbis extollunt terrestri vita defuncti Pontificis bene facta atque virtutes.

Quare instauratum funus probe vereque videtur delatus esse triumphus, cum omnes sentiamus multa et magna bona cum Pontifice nostro nobis periisse.

De summo pontificatu ipsius praesertim disserturus, cum perbrevis

temporis mensura mihi iniuncta sit, carptim tantum eminentiora et prompta collustrare queo. Ceterum res ab eo gestae tam angusto annorum curriculo insignes quidem et pervulgatae adeo sua splendescunt luce, ut non exornantis, sed, quod fieri potest, tantum indicantis munus exquirant.

Tam parvo annorum spatio incredibile dictu est, quot et quanta is cogitaverit et perfecerit. Illud Plinii iunioris recte ei accommodari licet : « Si computes annos exiguum tempus ; si vices rerum, aevum pûtes x».[1]

Cum a. d. v Calendas Novembres anno millesimo nongentesimo quinquagesimo octavo Angelus Iosephus Roncalli, Venetiarum Cardinalis Patriarcha, suffragiis vestris, divino quodam instinctu, ad Petri Cathedram evectus est, memores fasti aureis veluti litteris insculptum retinent, quanam et quanta Romae ovantis laetitia, quanto christiani orbis plausu ipse a vobis, Eminentissimi Patres, ad succedendum Pio XII in Romana Cathedra electus, salutatus sit. Neque is spem fefellit, quin etiam cumulate complevit. Ob sanctimoniam antea actae vitae, ob spectatam religionem ac pietatem, ob eximium usum et experientiam rerum, et ob nescio quid arcanum, quod ex humili itemque venerando habitu oris emicabat, nonnullis sagaci ore iudicio instructis conicere licebat, Angelum Iosephum Roncalli ad universale ministerium summi Ecclesiae navarchae multiplici et praevio itinere praeparatum atque dispositum esse.

Profecto ipse gravia sibi commissa munera praeclare gessit, in Bergomensi dioecesi variis diversisque sacri apostolatus muneribus intentus, Pontificiis Missionalibus Operibus in Italia praepositus, in Bulgaria ac postea in Turcarum regione et in Graecia Apostolica Delegatione functus, in Gallia Apostolicus Nuntius, ac denique Patriarcha Venetiarum creatus. Ubivis versatus est, etiam cum loci ac temporis adiuncta magnas exsolvendas afferebant difficultates, virum se praestitit placido, sed alacri ingenio, dexteritate rerum, circumspecta prudentia praeditum, atque multigenae navitatis fructus reliquit uberrimos.

Attamen dos animi, quae singularis et illustris in eo elucebat eiusque praecipuo decore suos mores exornabat, bonitas fuit, veri nominis sincera et mera bonitas, haud absimilis fonti, qui e patriae Alpis rupe illimi cursu et perlucida unda descendit ; inde hausit indefatigabile bene faciendi studium, sermonis affabilitatem, socialis amoris gaudia, se devovendi alienis utilitatibus impensissimam voluntatem. Iure merito

[1] Lib. IV, 24, C. Fabio Valenti.

felicis accepti doni memor asseverare de se poterat : « Sortitus sum animam bonam ».[2] Probe putandum esse censeo hanc euthymiam, hanc ad benigne sentiendum et agendum propensam et proclivem indolem, traduce ortus gratia, accepisse ab alumna ruris gente sua, quam semper habuit perquam sibi devinctam atque dilectam, ab oppidulo suo *Sotto il Monte* **prope Bergomum, priscis Italicis et christianis moribus decorum, ad quod, heu nimis remotum recordationum et memoriarum sacrarium, pacis nidum frustra suum reditum exspectantem, ferme cotidiano desiderio convolabat.**

Cum vero Summus Pontifex et christiadum omnium Pater creatus, Petri solium obtinuit, nativa et iam adaucta huiusmodi bonitas praeter modum ampliora incrementa suscepit, quasi matutinae aurorae meridiani ignes sequaces. A vero aberrare non opinor eos qui censeant Deum Ioanni XXIII dedisse latitudinem cordis quasi arenam quae est in litore maris.[3]

Quod voluit assecutus est; quod sibi faciendum proposuit, in rem et usum vitae, probantibus omnibus, deduxit. Die, quo sacra redimitus fuit Tiara, haerens obtutu in divino exemplari Eius, cuius vices in terris gerebat : « Novus, inquit, Pontifex imprimis evangelicam illam praeclarissimam imaginem in se refert, qua Bonus Pastor a Ioanne Evangelista iis verbis describitur, quae ex divino Servatoris ore profluxerunt».[4] ((... Quotquot estis per orbem terrarum pii et "spiritu ferventes " Deum, quaesumus, adsidua certatione orate pro Pontifice vestro, hoc proposito mentibus consilio, ut is evangelica lenitudine et humilitate magis magisque proficiat ».[5]

Impressa est mentibus nostris ac numquam facesset paterna eius imago, dulcis maiestas, quae tanto venerabilior videbatur, quanto blandioribus augustam dignitatem vestiebat radiis humilitas. Haec insueta fastigiis, in honore est honor, dignitas est dignitatum : nihil aufert, si adest ; multa perdit, si abest.

Sollertis boni Pastoris curas cumprimis ad Urbem Romam et ad Romanam dioecesim convertit. Quis non novit quanta nescia inertiae et quietis sollicitudine christianae vitae praesidio et profectui nostro consuluerit? Providentiae huiusmodi conspicuum et perenne exstant monumentum Romanae Synodi statae leges, quas cum accuratissime

[2] *Sap.* 8, 19.
[3] Cfr. ***III Reg.*** 4, 29.
[4] Cfr. ***Io.*** 10, 1-16.
[5] ***A. A. S.*** v. L (1958), pp. 885 et 887.

parari iuberet et sanciret,[5] eo nitebatur, ut apta aetati huic temperatione et disciplina, Urbs nostra utpote catholici orbis caput et princeps, sibi debita nobilitate praestaret et exemplis antecelleret.

Sacerdos et pontifex, virtutum opifex, pastor bonus in populo, hoc praestitit suae virtutis insigne, ut cum diligeret omnes, humiliores potissimum et egentiores solatio praeter ceteros diligeret. Quapropter quam saepe sua tulit vestigia ad pauperes paroecias et vicos, ad aegros praesertim pueros, ad infirmos amicos, etiam ad eos qui in carcerem coniecti erant, invisendos, sciens paterno arridenteque vultu proferre « verba bona, verba consolatoria)).[6]

Exspatians autem in universam Ecclesiam vigilanti cura, ut eam legibus et decretis salubribus communiret, doctrina erudiret, rari exempli pietate collustraret, persuasum sibi habuit Regno Christi tutando et amplificando nihil magis profuturum esse, quam si Oecumenicum Concilium cogeretur. Ingentis molis opus, quod vel fortissimos territasset, nequaquam autem Ioannem XXIII. Spiritus Sancti auxilio confisus, in solidissimam spem venit permagna bona inde accessura esse Ecclesiae, quae renovata quidem non dogmate — semper illaeso et indemni permansuro — sed evangelico afflatu et spiritu, aptis saeculo nostro externi habitus et actionis formis, praesentia sua mundo opes pacis et salutis uberius esset olim allatura.

Cum vero de generali Synodo loquebatur, quasi novam quandam sacram Pentecostem portendi iubebat. Cui quidem congruere videntur sacra huiusmodi dicta : effundam super vos thesaurum optimum, fontem aquae vivae, splendidum tamquam crystallum procedentem de sede Dei et Agni, ut simus ipsi primi Dei docibiles, deinde per nos instar maris exundantis terra repleatur scientia Dei.[7]

Grande sane inceptum incohatum et nondum perfectum, quod quidem cum rite persolutum fuerit, postumo erit imperituro monumento laudis Pontifici Summo, qui id validissime prosecutus est atque provexit.

Au nom du Conseil d'Etat de la République Populaire de Pologne je ¿presente à Votre Eminence l'expression de profond regret à la suite du décès du Pape Jean XXIII, Homme au grand cœur, eminent défenseur -de la coexistence pacifique, de l'amitié et de bonne intelligence entre les Peuples.

Aleksander Zawadzki
Président du Conseil d'Etat

E PORTU HBRCULIS MONOBCI :

Les décès du Souverain 'Pontife a été cruellement ressenti par la Princesse et moi-même qui conservons un souvenir ému de l'affectueuse bienveillance avec laquelle le Très Saint Père avait bien voulu nous ^accueillir lors de la visite que nous avons eu la joie de Lui faire ainsi que •des témoignages constants de Sa paternelle sollicitude. En cette douloureuse circonstance nous prions Votre Eminence Reverendissime de vouloir bien croire à la part très sincère qu'avec tous les habitants de la Principauté nous prenons au deuil qui atteint si cruellement l'Eglise '•Catholique.

Rainier

E REPUBLICA ARABA UNITA :

J'ai reçu avec une profonde émotion le message me faisant part du -décès de Sa Sainteté le Pape Jean XXIII. Devant cette perte cruelle je présente au Vatican et au monde catholique au nom de la République Arabe Unie et en mon nom personnel les condoléances les plus vives et les plus émues. Je prie pour le repos de l'âme du grand Disparu.

Gamal Abdel Nasser

Je prie Votre Excellence d'accepter mes sentiments de profonde sympathie pour la perte cruelle que vient d'éprouver le monde catholique par le décès de Sa Sainteté le Pape Jean XXIII et d'agréer avec mes sincères condoléances l'assurance de ma très haute considération.

Mahmoud Fawzi
Ministre des Affaires Etrangères de la R.A.U.

E RHODESIA ET NYASALANDIA :

I have been asked by the Acting Governor General of the Fédération of Rhodesia and Nyasaland to pass the following message.

On behalf of ali the people of the Fédération of Rhodesia and Nyasaland, I express my deep sorrow on the death of His Holiness Pope John XXIII, whose great services to the world will remain for ever an inspiration to ail mankind.

Peter Scarlett

E ROMANIA:

II Ministro di Romania in Italia ha visitato il Nunzio Apostolico, incaricato dal suo Governo di esprimere al Sacro Collegio le più vive condoglianze per la morte di Sua Santità Giovanni XXIII. A queste condoglianze egli ha aggiunto le sue personali. »

E RUSSIA:

Proshu priniat nashe glubokoe soboleznovanie po sluchaiu konchiny Papy Joanna XXIII. My sohranim dobruiu pamiat ob Ioanne XXIII, chia plodotvornaia deiatelnost na polzu podderjaniia i ukrepleniia mira poluchila shirokoe priznanie i sniskala emù uvajenie sredi miroliubivyh narodov.

M. Khrushchov

E RWANDA :

En mon nom personnel, au nom du Gouvernement et du peuple Rwandais, profondément affligés du décès de Jean XXIII, j'exprime condoléances au Collège de l'Episcopat chrétien. Souhaitons que Jean ait

un successeur digne de Lui qui continue son œuvre profonde de libération des moins nantis, de pacification et de contribution au renouvellement du monde.

Katibanda
Président du Rwanda

E SALVATORIANA REPUBLICA :

Con profundo dolor ante la irreparable pérdida que para la humanidad significa la desaparición del ilustre Pontífice Juan XXIII e interpretando el sentir del Gobierno y del pueblo de El Salvador me es honroso hacer llegar a Vuestra Excelencia las expresiones sinceras de condolencia y de pesar. Reitero a Vuestra Eminencia seguridades mi más alta consideración.

Julio Riveira
Presidente República El Salvador

En nombre Pueblo y Gobierno Salvadoreños y en el mío propio significo Vuestra Excelencia expresivas condolencias con motivo sensible fallecimiento Su Santidad Juan XXIII. Honróme expresarle Gobierno El Salvador ha decretado tres días duelo nacional. En penosa oportunidad renuevo Vuestra Excelencia sentimientos alta y distinguida consideración.

Héctor Escobar Serrano
Ministro de Relaciones Exteriores

E ((SENEGAL » :

J'ai été douloureusement ému en apprenant la mort de Sa Sainteté Jean XXIII l'illustre défunt a incarné les plus hautes valeurs spirituelles et morales et le peuple Sénégalais est pleinement conscient de la lourde perte que vient d'éprouver non seulement la Chrétienté mais l'humanité tout entière. Le Pape Jean XXIII a été le Pape du dialogue et de la paix plus qu'aucun autre. Il a manifesté une très grande sollicitude pour les Nations du tiers monde. A ces dernières II a toujours accordé une large place dans ses messages et Encycliques, fruits d'une intelligence qui avait su se hisser à la mesure des problèmes de ce siècle et d'un cœur débordant de foi, d'amour et de charité. En mon nom personnel, au nom du Gouvernement et du peuple Sénégalais, je Vous prie d'agréer nos bien vives condoléances.

Leopold Sedar Senghor

E ((SISERA LEONE » :

I have learned with deep sorrow of the death of Pope John XXIII. which sad event took place on Monday, June third. I take this opportunità to convey to you and all concerned my profound sympathy.

Henry Lightfoot Boston
Governor General, **Sierra Leone**

The sad news of the death of His Holiness the late Pope John XXIII has been received with profound sorrow. His contribution to world peace and his efforts towards unity of Churches will long be remembered with respect and admiration. On behalf of the Government and people of Sierra Leone, I take this opportunity to convey our condolences. I would be grateful if you submit our expression of sympathy to the College of Cardinais. Highest considération.

Milton Margai
Prime Minister, **Sierra Leone**

E SINGAPORE :

Please accept on my behalf and that of the people of Singapore our heartfelt sorrow over the passing of His Holiness Pope John XXIII. He was not only a devoted and distinguished son of the Holy Roman •Church, but also a man of peace devoted to the realization of the Christian ideal of peace on earth and goodwill to all men. Pope John brought to humanity's struggle for peace and justice a single-mindedness of purpose and also threw behind this effort the moral prestige and influence of his position. His death is therefore a loss not only to the word Avide **Church but also to all humanity.**

Yang di Pertuan Negara, *Singapore*

E SINIS : i !" jtfj

On behalf of the government and people of the Republic of China, I wish to extend to you my profound sympathy and condolence on the passing of His Holiness.

Chen Cheng
Vice President and concurrentia Prime Minister of the Republic of China

I am deeply grieved at learning the passing of His Holiness. The world has lost a great spiritual leader. His Holiness' kindness and humanity will be always remembered. Please accept my profound sympathy and condolence.

Shen Chang Huan
Minister of Foreign Affairs, **Republic of China**

E SOMALIA :

Ho con trepidazione seguito la lenta agonia di Sua Santità Giovanni XXIII che è giunto al termine della Sua vita terrena dopo aver dispensato tesori di carità e di comprensione. I suoi sforzi per portare armonia nella grande famiglia umana considerata nel suo complesso al di fuori di ideologie di credo di pregiudizi razziali ma solo amorevole espressione di fratellanza universale resteranno suo monumento imperituro. Io rivolgo a Vostra Eminenza Reverendissima profonde espressioni di cordoglio del Governo del popolo della Somalia e mie personali.

Abdulla Osman
Presidente della Repubblica Somala

E « SUDAN » :

On behalf of the Government and people of the Sudan, please accept our heartfelt condolences to you and the Cardinais' Council on the passing of His Holiness Pope Joannes XXIII.

Ferik Ibrahim Abboud
President, Supreme Council for the Armed Forces

E SUECIA:

C'est avec un sentiment de poignante douleur que j'ai reçu la nouvelle du décès de Sa Sainteté Jean XXIII et je présente à Votre Eminence l'expression de ma profonde et sincère sympathie pour la grande perte qui vient de frapper l'Eglise Catholique et le monde chrétien tout entier.

Gustav Adolf R.

Profondément ému par la douloureuse nouvelle du décès de Sa Sainteté Jean XXIII, je vous prie de vouloir accepter les sincères condoléances

du Gouvernement Royal de Suède. Les efforts inlassables consacrés par le Défunt à la paix mondiale perpétuera le souvenir d'un grand et généreux esprit.

Torsten Mlsson
Ministre des Affaires Etrangères-

E SURINAME:

Cabinet and People of Suriname are deeply touched by the decease of Pope Joannes XXIII and mournfully offer their condolence for a Pope who will be remembered as chosen by the Lord to stand up for the well-being and happiness of Mankind.

Minister-President of Suriname

E SYRIA :

Avec grande douleur nous avons appris le décès de Sa Sainteté-Jean XXIII qui s'est consacré à l'œuvre de la paix mondiale ainsi qu'à l'entente et à la fraternité entre tous les peuples et dont le décès est une perte considérable pour toute l'humanité. Je présente à Votre Emineuce^ ainsi qu'à toute la chrétienté et à l'humanité entière mes plus vives-condoléances et celles du peuple arabe syrien.

Général Loyay Atassi

E TANGANYKA :

In the ñame of my people and of my Government, I send you this expression of our grief at the death of Pope John. Düring his all too* brief holy office he proved himself a great Christian leader. It is tragic that at this juncture of world history when moral leadership is so much needed the world should be deprived of his sage direction. May the-almighty God give him the peace for which he so nobly strove for others.

Julius Nyéréré

E « TCHAD » :

En ces jours de deuil pour la Chrétienté peuple Tchadien de cœur avec son Président adresse à Votre Eminence Reverendissime exprès-

sion de son affliction devant la disparition du Souverain Pontife qui fut l'incarnation vivante de la fraternité universelle si chère à mon Pays. Prie Votre Eminence d'agréer mes sentiments personnels de compassion avec mes sincères condoléances.

François Tombalbaye
Président de la République du Tchad

E TOGO:

De passage à Paris comme j'apprends avec une profonde émotion et une très grande affliction la nouvelle de la disparition de Sa Sainteté Jean XXIII, Pape de la fraternité et de la paix. Son sens et son dynamisme œcuméniques étaient pour l'humanité tout entière une grande espérance. Je vous prie d'accepter au nom du peuple et du Gouvernement Togolais ainsi qu'en mon nom personnel mes condoléances très attristées. Très haute considération.

Nicolas Grunitzky
Président de la République Togolaise

E « TRINIDAD Y TOBAGO » :

My wife and I wish to extend our deepest sympathy on the death of His Holiness Pope John XXIII.

Sir Solomon Hochoy
Govemor General

Following from Dr. Patrick Solomon, acting Prime Minister, Trinidad and Tobago : Kindly accept the deepest sympathy of the Government and people of Trinidad and Tobago on the death of His Holiness Pope John XXIII. Trinidad and Tobago joins with the rest of the world in lamenting the passing of one who during His comparatively short time as Pope had become an ardent worker in the cause of peace and for the unity of the world.

Please accept my sincere personal sympathy on the death of His Holiness, whose gracious reception of me on the occasion of my visit to Eome last November, I shall always remember.

Eric Williams
Prime Minister of Trinidad and Tobago

E TUNETANIA :

J'ai appris avec une profonde émotion la nouvelle du décès de Sa Sainteté le Pape Jean XXIII. Je prie Votre Eminence d'agréer l'expression de ma vive sympathie et des condoléances les plus sincères que j'adresse en mon nom propre et ou nom du Gouvernement et du peuple tunisiens au Vatican et au monde catholique. Nous conserverons du grand Disparu le souvenir impérissable d'un Homme qui a voué sa vie à la cause de la paix, de la fraternité et la concorde entre les peuples.

Habib Bourguiba
Président de la République Tunisienne

E TURCARUM NATIONE :

C'est avec une profonde douleur que je viens d'apprendre le décès de Sa Sainteté le Pape Jean XXIII qui a dévoué infatigablement toute Sa vie aux idéaux humanitaires les plus purs et élevés, tels que la paix, la justice et la fraternité entre tous les peuples du monde. En cette pénible occasion, je tiens à présenter mes sentiments de profonde sympathie ainsi que ceux du peuple Turc.

Cernai Gürsel

C'est avec une profonde tristesse que j'ai appris la nouvelle du décès de Sa Sainteté le Pape Jean XXIII. En sa personne le monde catholique perd un eminent Pontife, l'humanité un serviteur fidèle et dévoué à la cause de la paix, et la Turquie un ami sincère et respecté. C'est avec émotion que je me souviens de l'accueil chaleureux que Sa Sainteté avait bien voulu me réserver lors de ma visite officielle au Vatican, il y a à peine quelques mois. Veuillez recevoir en mon nom ainsi qu'en celui du Gouvernement et du peuple Turcs dont je suis certain d'être l'interprète, l'expression de mes condoléances les plus sincèrement émus.

Feridun Cernai ErMn
Ministre des Affaires Etrangères
de la République Turque

Ex UGANDA :

I have learned with the very deepest regret of the death of His Holiness Pope John XXÏII which occurred last night, and I should like

to extend to you my deepest sympathy, and that of my colleagues in the Government and the people of Uganda, on this very sad occasion.

A. M. Obote
Premier

Ex URUQTJARIA :

El Consejo Nacional de Gobierno de la República Oriental del Uruguay impuesto de la infausta noticia del fallecimiento del Papa Juan XXIII hace llegar a Vuestra Eminencia y a Su Eminencia el Señor Cardenal Decano del Sacro Colegio Cardenalicio las expresiones de sus más profundas condolencias. La desaparición de esa egregia figura cuya docencia a través de sus Encíclicas dejará una magna doctrina en materia de justicia social y concordia internacional provoca un respetuoso sentimiento de pesar en el Gobierno y pueblo Uruguayos. Reitero a Vuestra Eminencia el Cardenal Camarlengo de la Sede Apostólica nuestro más sentido pesar por tan lamentable deceso.

Daniel Fernández Crespo
Presidente del Consejo Nacional de Gobierno de la República Oriental del Uruguay

E VENETIOLA :

Profundamente conmovido por la muerte de Su Santidad el Papa Juan XXIII expreso a Vuestra Eminencia Reverendísima en nombre del Gobierno y pueblo Venezolanos y mío propio las más sinceras palabras dé condolencia por la desaparición del Soberano Pontífice cuyas esclarecidas virtudes y eminentes servicios a la Iglesia y a la Humanidad hicieron memorable Pontificado.

Romulo Betancourt
Presidente de la República de Venezuela

Reciba Vuestra Eminencia mis sentimientos de profundo pesar por el sensible fallecimiento de Su Santidad Juan XXIII.

Reinaldo Leandro Morea
Encargado del Ministerio de Relaciones Exteriores de Venezuela

E VIETNAMIA : "

Ayant suivi avec anxiété le cours douloureux de la maladie du Souverain Pontife c'est cependant avec la plus vive émotion que Nous avons appris au Vietnam que Sa Sainteté Jean XXIII a rendu Son âme à Dieu apprès avoir donné le meilleur de Lui-même pour la sauvegarde des valeurs spirituelles et pour le bien-être de l'humanité. Le peuple Vietnamien qui a bénéficié en diverses circonstances des marques spéciales de Sa sollicitude et de Son affection paternelle s'associe profondément et de tout cœur au deuil de l'Eglise Catholique qui est en même temps celui de l'univers tout entier unanime dans la vénération de ce grand Apôtre de la paix et de la réconciliation universelle. En témoignage de cette communion de pensées et de sentiments je prie Votre Eminence de recevoir mes condoléances les plus vivement attristées et de les faire agréer à l'Illustrissime Sacré Collège.

Ngo Dinh Diem
Président de la République du Vietnam

E ZANZIBAR :

I have been asked to convey the deep regrets and sincere condolences of His Highness the Sultan and His Excellency the British Resident and the Government and people of Zanzibar on the death of His Holiness The Pope. I have the honour to be, my Lord Cardinal, Your Eminence's most obedient Servant,

Peter Scarlett

Item moeroris testimonia habita sunt ab Archiepiscopis, Episcopis ceterisque locorum Ordinariis, ab Excmis quamplurimis Viris, a Politicae optimarumque artium cultoribus, a Religiosorum moderatoribus, a sacerdotibus et innumeris christifidelibus cuiusque ordinis. Quae omnia fere impossibile esset referre.

Hic quaedam alia adduntur telegrammata :

Your Excellency, I have the honour to acknowledge receipt of your communication No. 108/63 dated 3 June 1963, informing me of the death of His Holiness, Pope John XXIII.

It was with. profound regret that I learned the news about the passing away of His Holiness. May I express to you, and through you to the Vatican authorities, our deep sensé of loss on this very sad occasion, and at the same time the respect and admiration which we feit here at the United Nations for Pope John's vision and for his untiring efforts in the pursuit of peace and understanding among men.

Accept, S ir, the assurances of my highest considération.

U Thant
Secretari/ General, **United Nations**

Der Ministerrat der Deutschen Demokratischen Republik und ich persönlich bezeugen anlässlich des Ablebens Seiner Heiligkeit des Papstes Johannes XXIII. tiefempfundene Anteilnahme. Die friedliebenden Menschen verlieren durch seinen Tod eine Persönlichkeit von höchster moralischer Verantwortung deren Streben dem Weltfrieden und dem Verständidugswillen der Menschen und Völker galt.

Otto Grotewohl

Gestatten sie mir, Ihnen, in meinem Namen und im Namen des Staatsrates der Deutschen Demokratischen Republik aufrichtiges Mitgefühl anlässlich des Ablebens Seiner Heiligkeit des Papstes Johannes XXIII. zu übermitteln. Papst Johannes XXIII. hat durch sein dem Weltfrieden und der Verständigung zwischen den Völkern gewidmetes Wirken den Frieden in der Welt nachhaltig gefördert. Mögen die Friedensideale, von denen sich auch Papst Johannes XXIII. leiten Hess, bald Wirklichkeit werden.

Walter Ulbricht

La douloureuse nouvelle du décès de Sa Sainteté le Pape Jean XXIII a profondément ému la Cour Internationale de Justice qui me charge d'exprimer a Votre Eminence ses condoléances les plus sincères. La Cour prend part à la douleur que cause au monde entier la disparition du Saint Père universellement révéré.

Winiarski
President Cour

Angosciato attonito di fronte al trapasso del suo augusto laureato il Comitato premi della Fondazione Balzan reverente et unanime prende parte al lutto irreparabile della Chiesa cattolica et della intera umanità. Con devota umiltà.

Vincenzo Arangio Ruiz
Presidente Esecutivo

Nom population, famille et mon nom personnel adresse respectueux hommage Vous prie agréer sincères condoléances décès Sa Sainteté Jean XXIII. Suis coeur avec vous dans chagrin m'inchine devant tombe Souverain Pontife.

Sa Majesté Kalipe II Vogan

Vivement affligé vous prie transmettre famille Roncalli et famille pontificale et agréer vous même expression condoléances et sentiments attristés.

Vincent Auriol

Motivo de profundo pesar ha sido para mí la triste noticia del fallecimiento de Su Santidad Juan XXIII. Nunca olvidaré la emoción que me causara la bondad que reflejaba su rostro cuando tuve la honra de verlo personalmente en la audiencia que concedió a los delegados al Congreso de la F. A. O. celebrada en Roma el año pasado. Ruego a Vuestra Eminencia aceptar mi pésame más sincero por la pérdida tan irreparable para todos los que luchamos por la conservación de la paz mundial.

Eva Samarro de López Mateos

Tutti i parrocchiani di Sotto il Monte hanno accolto con cuore angosciato la dolorosa notizia della morte del Santo Padre. In questi istanti l'animo nostro trova lenimento e conforto solo nella preghiera e nella fede di cui Sua Santità ci diede luminoso esempio sino all'ultimo istante di Sua vita terrena. Nel lutto che colpisce intimamente ogni diletto parrocchiano, sono di sostegno le parole pronunciate dal Papa stesso sei giorni fa e ripetute durante la edificante Sua agonia : Se Iddio vuole il sacrificio della vita del Papa, che esso valga ad impetrare copiosi favori sul Concilio Ecumenico, sulla Chiesa Santa, sull'umanità che aspira

alla pace. All'olocausto di questa preziosa vittima, i parrocchiani di Papa Giovanni XXIII, da figli devoti, umilmente uniscono la pena del distacco, fiduciosi che il voto del Santo Padre morente diventi preziosa realtà : gli uomini veramente si amino, *ut unum sint.* **Il giorno dei funerali insieme ai parenti interverrà in Vaticano una rappresentanza di Sotto il Monte. Con filiale devozione.**

Sacerdote Pietro Bosio, *Parroco*

Digna sunt etiam memoratu amplissima moeroris et obsequii testimonia a seiunctis ab Apostolica Sede fratribus in obitu Summi Pontificis Ioannis XXIII missa,[1] *immo ab Hebraeis quoque, Mahometanis atque Buddhistis.*

[1] Ab Ecclesiis Orthodoxis Byzantinis, Armena, Aethiopica; ab Ecclesia Vetere Catholica; a Communione Anglicana; a Confessione Lutherana; a Confessione Presbyteriana; a Discipulis Christi, Methodistis, Baptistis; a totius orbis Consilio Ecclesiarum; a Coetu Ecclesiarum Africae; a Consilio Indonesiano; a multis e variis Confessionibus **RR.** Viris.

« Cum fere innumera pietatis et obsequii testimonia recepta sint, non solum a Civitatibus, verum etiam a municipiis, variis consociationibus, clarissimis quoque viris publicis et privatis, quin ea recolantur, quae ab omni ordine Cleri tum saecularis tum regularis pervenerunt; cumque fieri prorsus nequeat ut singulatim respondeatur, Sacrum Collegium publice hic gratum animum significavit erga omnes quotquot Ecclesiae luctum participarunt ».

An. et Vol. LV   1 Iulii 1963   (Ser. III, v. V) - N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUNTIO VOBIS GAUDIUM MAGNUM

HABEMUS PAPAM

EMUM AC RMUM DOMINUM S.R.E. CARDINALEM

IOANNEM BAPTISTAM MONTINI

QUI SIBI NOMEN IMPOSUIT

PAULUM VI

Latissimum hoc praeconium ab E.mo P.D. Alfredo Ottaviani, S.R.E. Cardinali Protodiacono, e superiore porticu patriarchalis Basilicas Vaticanas prolatum est feria VI, die XXI Iunii a. MCMLXIII, die festo Sacr.mi Cordis Iesu, hora 12,12

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PAULI DIVINA PROVIDENTIA PAPAE VI

NUNTIUS RADIOPHONICUS

E SACELLO SIXTINO, DIE XXII IUNII MENSIS, ANNO MCMLXIII

AD UNIVERSUM CATHOLICUM ORBEM DATUS

Venerabiles Fratres ac dilecti filli totius orbis catholici!

Qui fausto die, suavissimo Cordi Iesu dicato, regendi dominici gregis officium suscepimus — quod de S. Augustini sententia *amoris officium* [1] praecipue est, quippe quod spectet ad paternam caritatem sollicite servandam erga oves universas pretiosissimo Iesu Christi sanguine redemptas — multis quidem afficimur animi sensibus, sed in primis tuta afficimur fiducia in omnipotenti Dei ope collocata. Qui per Patrum Cardinalium suffragia adorandam significavit voluntatem suam Nobisque curam commisit sanctae Ecclesiae gubernandae, sine dubio Ipse animo Nostro, ob gravitatem demandati muneris trepidanti, vigilerà praestabit serenamque fortitudinem, indefatigatum divinae gloriae studium, assiduamque sollicitudinem Evangelii Dei ubivis gentium aperte congruaque ratione propagandi.

Pontificale dum munus inimus, grata suavisque animum Nostrum subit recordatio proximorum praesertim Decessorum Nostrorum, qui veluti sacram ac gloriosam Nobis reliquerunt hereditatem : Pium XI dicimus, qui indomita animi fortitudine praestitit; Pium XII deinde, qui praeclaris sapientiae monumentis illustravit Ecclesiam; et denique Ioannem XXIII, qui singularis bonitatis suae universo terrarum orbi dedit specimina.

[1] In ***Io.*** 123, 5.

At peculiari modo desideratissimum Ioannem XXIII permota ac pia voluntate commemorare placet, qui Pontificatus sui tempore, brevis quidem sed egregiis operibus insignis, ita se gessit, ut omnium hominum animos sibi devinxërit, iis non exceptis, qui catholicae fidei sunt expertes. Idque assecutus est nava industria, sincera actuosaque caritate praesertim erga tenues, ac pastorali sollicitudine, qua tamquam praecipua nota ipsius actio distinguebatur. Quibus quidem virtutibus peculiaris illa gratia accedebat, quae naturaliter ex ipsius animo, tanta magnitudine praedito, proficiscebatur. Superna lux, qua Ipse radiabat animosque tam suaviter alliciebat, veluti flamma ardens clariore in dies fulgore enituit, usque ad extremum vitae suae, quam tanta animi fortitudine Deo devovit, ut terrarum orbem commoverit universum; ita quidem, ut circa lectum doloris sui omnes homines coniungere visus sit eosque ob unanimum obsequium unanimasque preces ac venerationis sensus quasi *cor unum* et *animam unam* effecerit.

Sacra autem hereditas, quam a proximis hisce Decessoribus Nostris reverenter accipimus, palam secum fert magnum officii onus, quod Nobis est obeundum. Qui, ut verbis utamur Decessoris Nostri S. Leonis Magni, *respicientes ad exiguitatis nostrae tenuitatem et ad suscepti muneris magnitudinem, etiam nos illud propheticum debemus proclamare : Domine audivi auditum tuum, et timui; consideravi opera tua, et expavi ... Habentes tamen incessabilem propitiationem omnipotentis et perpetui Sacerdotis, qui similis nostri, aequalis Patri, divinitatem usque ad humana submisit, humanitatem usque ad divina provexit, digne et pie de ipsius constitutione gaudemus.*[2]

At Pontificalis muneris potiorem veluti partem sane sibi vindicat persequendum Concilium Oecumenicum Vaticanum II, ad quod universi bonae voluntatis homines convertunt oculos. Hoc praecipuum opus erit, in quod omnes prorsus vires Nostras impendemus, eo consilio ducti, ut catholica Ecclesia, quae in

[2] ***Serm.*** III, 1-2; ML 54, 144-145.

terrarum orbe refulget ut *signum levatum in Nationibus procul** omnes ad se perducat homines maiestate naturae suae, uberrimo iuventutis suae vigore, institutorum renovatione, varia membrorum suorum multitudine, *ex omni tribu, et lingua, et populo, et natione;*[4] scilicet in obeundo apostolico munere id Nobis in primis proponimus, ut coram universo mundo manifestius usque ac sollemnius declaretur, optatam salutem tantummodo ex Iesu Christi Evangelio exspectandam esse: *nec enim alium nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.*[5]

Huc pariter pertinet ponenda opera in Codice Iuris Canonici recognoscendo, itemque coepta persequenda ut, secundum normas per Litteras Encyclicas a Decessoribus Nostris de doctrina sociali impertitas, ad iustitiam rectius componantur tum res publicae, tum sociales rationes; ad iustitiam dicimus, quae quidem in veritate, in libertate atque in mutua iurium officiorumque observantia innitatur. Rectus enim proximorum amor, quo ipsa caritas in Deum maxime comprobatur, id certissime praecipit, ut omnes homines contendant ad quaestiones sociales aptiore ratione dissolvendas; postulat etiam ut curae sollicitudinesque adhibeantur ad iuvandas Nationes egentiores, quorum cives vitam saepe degere coguntur hominis dignitati non consentaneam; requirit denique ut communia consilia communiaque studia ubi vis gentium generose suscipiantur ad meliores efficiendas humanae vitae condiciones. Aetas haec nostra, qua viae ad siderea spatia patefacta sunt, praestantissimis Dei beneficiis profecto cumulabitur, si homines ut fratres, non autem ut competitores se ipsos revera agnoscant, et si talem praestare valeant rerum ordinem, qui ex timore sancto Dei, ex divinae legis obsequio atque ex caritate mutuaque adiutrice opera normas ductumque capiat.

[3] Cfr. ***Is.*** 5, 26;
[4] ***Apoc.*** 5, 9.
[5] ***Act.*** 4, 12.

Praeterea curae cogitationesque Nostrae eo quoque spectabunt, ut, iuvante Deo, pax inter populos, quod omnium bonorum praestantissimum est, in tuto omnino sit posita. Quae pax, non solum bellicas conflictationes vel oppositas factiones annorum pondere inter se contendentes non admittit; verum etiam eiusmodi esse debet, ut ex ordine profìciscatur a Deo Creatore et Eedemptore statuto religioseque servato; postulat mutuam aestimationem fraternumque amorem actuose constanterque assequenda; requirit ut recta voluntas apertis testimoniis ostendatur, ac numquam intermittantur operosae concordiae studia, quae ad germana hominum bona conducant, *in caritate non ficta.*[6]

In praesens autem, dum cuncti homines ad veritatis Cathedram suspiciunt atque in Eum, qui ad vicariam Iesu Christi potestatem in terris gerendam vocatus est, facere non possumus, quin ipsius Christi nomine instantissime adhortemur ad concordiam veram, apertam ac fiduciae plenam, quae quidem homines mutua sinceraque observantia coniungere valeat. Quapropter, eiusdem divini Redemptoris quasi verbis, universos appellamus homines, ut omnibus viribus dent operam humanae familiae saluti procurandae, eius naturalibus iuribus tranquille promovendis, atque religiosae ipsius fovendae vitae, ita ut hominum genus perducatur ad obsequium Creatori suo debitum impensiore dignioreque ratione praestandum.

Cuius rei indicia spei plena recentiore hoc tempore a bonae voluntatis hominibus profecto non defuerunt. Qua de re dum maximas grates Deo persolvimus, ab eo pariter instinoti adiu-: tricem operam Nostram, serenam quidem sed firmam, omnibus pollicemur, ut terrarum orbis praestantissimo pacis munere secure fruatur.

Extremum, pontificalis Nostri muneris erit Omni alacritate curare, ut magnum illud non intermittatur inceptum, quod a Decessore Nostro laetissima spe ac felici omine incohatum est :

[6] *2 Cor.* **6, 6.**

scilicet ut flagrans Divini Redemptoris votum: *ut omnes unum sint*[7] tandem impleatur, quod ab omnibus admodum exspectatur. Id ut mature eveniret, Ioannes XXIII b. m. vitam ipsam quasi gratam Deo victimam moriens immolavit.

Quam ob rem, redintegranda christianorum hominum coniunctio, superioribus saeculis pro dolor amissa, Nostra quoque consilia Nostrasque preces penitus distringet. Qui Christi vices in terris gerimus, commissi officii apprime conscii sumus, quid Iesu Christi verba Nos moneant : *Simon Simon ... ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.*[8] Quapropter sinum iis praebemus, qui Christi nomine gloriantur; suavi appellatione eos vocamus fratres; iidemque sciant velimus, Nos constanti benevolentia erga ipsos affectos esse, se autem Romanam Ecclesiam veluti paternam domum esse inventuros, quae rutilantes gestarum rerum, civilis cultus atque spiritualis hereditatis thesauros, quibus ipsi decorantur, sublime veluti extollat, novoque splendore exornet.

Venerabiles Fratres et dilecti filii.

Iniuncti Nobis officii magnitudo, ea sane est, quae tenuem conturbent sacerdotem, ad gerendas caelorum claves[9] divinitus vocatum. Nullis tamen terri ti difficultatibus, indefatigabili voluntate et cotidianis Deo adhibitis precibus in reformidandum munus incumbemus. Laboribus Nostris adiutrix vestra opera ne desit, oramus, et assidua vota Nos comitentur, quae *in odorem suavitatis*[10] pro universalis Ecclesiae Pastore ad caelum ascendant.

Hanc ob causam, ad omnes per terrarum orbem catholicae Ecclesiae filios grata commotaque cogitatio convolat Nostra, qui christianam fidem coram cunctis populis testantur, mirifica

[7] ***Io.*** 17, 21.
[8] ***Luc.*** 22, 31-32.
[9] Cfr. ***Matth.*** 10, 19.
[10] ***Eph.*** 5, 2.

unitate praestant, regalis dignitatis suae splendore omnibus praelucent : etenim *Christi discipuli* — ut ait Clemens Alexandrinus— *sunt a Christo Rege reges.*[11]

In primis autem Purpuratos Patres Cardinales consalutamus, quos maximi facimus, quique partem Nobiscum in trepida superiorum dierum exspectatione atque in coniuncta prece artissime habuerunt.

Venerabiles quoque in Episcopatu Fratres sive ex Oriente sive ex Occidente, qui in omnibus continentibus terris *pro Christo legatione funguntur, tamquam Deo exhortante per eos* [12] singulari benevolentia prosequimur, laetitiam iam animo praecipientes, quae Nobis dabitur cum eos omnes in altera Oecumenici Concilii Sessione amplexabimur.

Peculiari autem modo paternam existimationem Nostram profiteri placet Romanae Curiae, cuius perhonorificum gravissimumque munus in eo continetur, ut tam proxime Christi Vicarium adiuvet. Iamvero plane confidimus fore ut eius magni pretii opera Nobis validissimo adiumento sit, qui eius sedulam navitatem, Ecclesiae sensum, gerendarumque rerum prudentiam iamdiu experti, praesertim in Concilio Oecumenico Vaticano II parando, celebrando una cum ceteris Catholicae Ecclesiae Episcopis probavimus.

Paterno animo curiones, sacerdotes, religiosos viros etiam alloquimur, qui, nec labore defatigati, nec solitudine fracti, saepe auxilio sociisque destituti, in maximis urbibus vel in oppidulis operam, curam, viresque impendunt in Dei regni fines hisce in terris proferendos; neque sacras virgines praetermittimus, vel in caelestium rerum contemplatione abditas, vel in multiplicibus caritatis operibus sedulo occupatas.

Pontificale munus ineuntes, quod Beati Petri Successori uti almae huius Urbis Episcopo defertur, facere non possumus quin Romanae dioecesis filios peramanter complectamur, qui

[11] ***Strom.*** II, 4, 18; MG 8, 951-952.
[12] Cfr. ***2 Cor.*** 5, 20.

Decessoris Nostri pastoralibus inceptis tam alacri voluntate obsecuti sunt, dum firmam animo concipimus spem, fore ut ipsi, caritati caritate respondentes, laetos virtutum fructus edere pergant: ad eos enim, Petri Cathedrae omnium proximos, catholicorum hominum oculi ex universo terrarum orbe convertuntur. '

Memori autem caritate, dulcique recordationum sensu permoti, Archidioecesis Nostrae Mediolanensis cleri et christifidelium oblivisci nequaquam possumus, quos superioribus annis singulariter prorsus dileximus *in visceribus Iesu Christi,*[13] quique amantissimi veluti filii tot tantaque gaudia atque solacia Nobis praebuerunt. Dilectissimam quoque dioecesim Brixiensem salutamus, in qua vitalem hausimus auras. Imo ex pectore ominamur, ut fideli semper obsequio Iesu Christi Evangelio utraque dioecesis pareat, atque avito more christianae vitae actione florere pergat.

Praesertim Venerabilibus Fratribus dilectisque filiis illarum regionum animo praesentes adsumus, ubi sancta Ecclesia, quominus legitimis suis utatur iuribus prohibetur; qui in eiusmodi rerum adiunctis ad Christi dolores artiore quodam nexu participandos adducti sunt, quos tamen, ut confidimus, radians" Resurrectionis aurora consequetur. Quam ob rem fiet aliquando, ut ad sacrum pastorale officium suum pleno iure exercendum redeant, quod ex instituto suo ad utilitatem pertinet, non solum singulorum fidelium, sed nationum etiam, in quibus sustinetur.

Animum pariter addimus omnibus Evangelii praeconibus, quos veluti oculorum Nostrorum pupillam diligimus, iisque peramanter bene precamur, qui ubivis gentium, tamquam in prima Ecclesiae acie, Dei regnum et gloriam indefesso labore amplificant. Quoniam eorum curas atque aerumnas plane novimus, eos paterne adhortamur, ut *in Cruce Domini nostri Iesu*

[33] ***Phil.*** 1, 8.

Christi continenter glorientur,[14] atque curas et molestias, quas patiuntur, forti animo tolèrent, persuasum habentes superna auxilia sibi numquam defutura esse.

Peculiari quoque laude omnes Actionis Catholicae sodales ornamus, qui in apostolatu colendo sacrae Hierarchiae praesto sunt, ac ceteros cunctos qui validissimas vires coetibus catholicis sive e singulis sive ex omnibus nationibus sedulo tribuunt.

Paterna caritate eos etiam complectimur, qui angoribus omne genus premuntur : aegrotos, pauperes, in custodiam traditos,, patria extorres, prófugos.

Omnes denique salvere iubemus, quos in Christo habemus filios, e quibus nominatim appellare placet: generosos alacresque iuvenes, in quibus melioris aevi certissima est reposita spes ; innocentes candidosque puellos; simplices atque sanctis moribus praeditos homines. Omnes re vera diligimus, sive tenuiores sive optimates; opifices operariosque omnes, quorum labores probe novimus atque magni pendimus; civili cultu et doctrina praestantes viros ; magistros atque rerum naturae inquisitores ; scriptores atque diurnarios ; civilibus artibus peritos viros rerumque publicarum principes.

Precibus Deo admotis summopere optamus, ut hi omnes, habita suscepti officii ratione, adiutricem operam valide navent ad talem rerum ordinem efficiendum, qui in institutis servandis aequior, in ferendis legibus efficacior, in privatis publicisque moribus modestior, in defendenda pace promptior usque sit.

Splendescat in hominum familia fidei et caritatis fulgidissima flamma, quae homines bona voluntate praeditos incendat, eorumque itinera collustret ad mutuam populorum coniunctionem provehendam, quaeque universis gentibus supernae benignitatis copiam, ipsumque Dei robur conciliet, sine quo nihil validum nihil sanctum.

Ad Nostrum praegrave inceptum aggressuri, ne animum despondeamus iubent Christi Iesu solacii plena verba, quibus

[14] Cfr. ***Gal.*** 6, 14.

Petro eiusque Successoribus pollicitus est, se cum sancta Ecclesia usque *ad consummationem saeculi futurum;*[15] iubet materna tutela beatissimae Virginis Mariae, Matris Dei et Matris nostrae, cui pontificale officium in ipso eius exordio certissima spe committimus; simulque Apostolorum Petri et Pauli, -et omnium Caelitum precibus suffulta auxilia.

Caelestis huius tutaminis pignus, ac laetae alacritatis incitamentum, vobis, Venerabiles Fratres et dilecti filii, simulque cuncto humano generi Apostolicam Benedictionem Urbi et Orbi peramanter dilargimur, quae pontificalis Nostri officii primitiae sit atque libamentum.

In nomine Domini!

Procedamus in pace.

[15] Cfr. ***Matth.*** 28, 20.

ACTA IOANNIS PP. XXIII

CHIROGRAPHUM

IOANNES PP. XXIII

Volendo Noi manifestare ancora una volta l'apprezzamento perchè il Premio della Pace 1963 è stato dalla « Fondazione Internazionale Premio E. Balzan » conferito al Capo della Chiesa Cattolica, e sempre nel fervido e fiducioso desiderio che la Pace si stabilisca fra gli nomini e le genti, con la convivenza nella verità, nella giustizia, nell'amore e nella libertà (Lettera Enciclica *Pacem in terris,* **11 aprile 1963), abbiamo stabilito di fondare, alla Nostra volta, un Premio della Pace, pel quale dettiamo e promulghiamo il seguente**

STATUTO

ARTICOLO I

Costituzione - Personalità giuridica - Sede

È costituita la « Fondazione Premio Internazionale della Pace Giovanni XXIII ».

La Fondazione ha personalità giuridica propria e sede nella Città del Vaticano ed ha facoltà d'istituire Uffici amministrativi nei territori della Confederazione elvetica e della Bepubblica italiana, ed anche nei territori di altri Stati.

ARTICOLO II

Scopo

Scopo della Fondazione è di incoraggiare iniziative in favore della vera pace e fraternità fra gli uomini e le nazioni mediante attribuzione di premi periodici.

ARTICOLO III

Patrimonio

Il patrimonio della Fondazione è costituito dall'ammontare del Premio Balzan della Pace 1963 e dalle liberalità *inter vivos* **e** *mortis causa* **che saranno devolute alla Fondazione.**

ARTICOLO IV

Organi - Rappresentanza

Sono organi della Fondazione :

A) **Il Consiglio, composto del Nostro Cardinale Segretario di Stato « pro tempore », che ad esso presiede ed ha la rappresentanza legale della Fondazione, e di quattro altri membri da Noi nominati per la durata di tre anni.**

B) **La Segreteria, che è organizzata e diretta dal Consiglio, il quale nomina il Segretario e i suoi collaboratori.**

ARTICOLO V

Assegnazione Premio

Il Premio della Fondazione è distribuito ogni triennio.

Saranno presi accordi con la Fondazione Internazionale Premio* E. Balzan affinchè ìa medesima Fondazione Balzan non attribuisca il proprio Premio della Pace nell'anno in cui sia assegnato il Premio della» Pace Giovanni XXIII.

ARTICOLO VI

Regolamento

Il Consiglio emanerà il regolamento per il funzionamento della Fondazione.

Il presente Chirografo sarà pubblicato negli ((Acta Apostolicae Sedis ».

Dato dal Nostro Palazzo Apostolico Vaticano, il giorno 10 maggio dell'anno 1963, quinto del Nostro Pontificato.

IOANNES PP. XXIII

SACROSANCTUM OECUMENICUM CONCILIUM VATICANUM II

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Pp. VI in Audientia, hac die infrascripto impertita, statuere dignatus est ut altera periodus Sacrosancti Oecumenici Concilii Vaticani II initium habeat die xxix mensis Septembris, anno MCMLXIII, dominica XVII post Pentecosten, in festo S. Michaelis Archangeli.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxvn mensis Iunii, anno MCMLXIII.

H. I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

DIARIUM ROMANAE CURIAE

NOMINA PONTIFICIA

Il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è **degnato di nominare Suo** *Segretario di Stato* **l'Emo e Kevmo Signor Gardinale Amleto Giovanni Cicognani, con il seguente venerato Chirografo :**

PAULUS PP. VI

Signor Cardinale,

Nel giorno stesso in cui la volontà del Signore, per il consenso manifestato dai Signori Cardinali, Ci ha chiamati alle responsabilità del ministero pontificale, abbiamo pensato a chi potesse più direttamente essere associato alle quotidiane sollecitudini del governo della Chiesa universale, in qualità di Nostro Segretario di Stato.

La scelta non poteva che cadere su di Lei, venerabile Fratello Nostro, a cui Giovanni XXIII di v. m., il 12 agosto 1961, già aveva commesso Voneroso incarico « per le prove di sacerdotali virtù, di dedizione alla S. Chiesa, di zelo verace e instancabile, che Ella ha sempre dato nelle diverse mansioni a Lei affidate » (Chirografo di S. S. Giovanni XXIII).

L'opera da Lei svolta al fianco del Vicario di Cristo in questi brevi anni, pur così densi di eventi per la Sede Apostolica — alla cui vitalità l'iniziato Concilio Ecumenico ha aperto amplissimi orizzonti, nel rinnovato palpito di azione missionaria, per il rifiorimento della vita cristiana nel mondo — ha dimostrato come la fiducia in Lei collocata sia stata pienamente corrisposta.

Noi stessi, nel seguire il lavoro di preparazione, e la celebrazione delle assise ecumeniche, abbiamo potuto vivamente apprezzare la Sua sollecitudine e prudenza, il Suo vibrante « sen-

sus Ecclesiae », cui le doti di una rara modestia aggiungono» incanto di particolare attrazione.

Ci è caro pertanto confermar La nella carica di Nostro Segretario di Stato, attestandoLe così, davanti all'Episcopato Cattolico ed a tutta la Chiesa, la profonda stima e benevolenza, che da tanti anni e per tante ragioni nutriamo verso di Lei.

Siamo certi che anche per l'avvenire non Le mancherà l'aiuto divino, a infonder Le il celeste conforto di una speciale assistenza nell'esercizio del gravoso lavoro, a cui Ella porta il tesoro della Sua esperienza nel lungo, fedele servizio dei Nostri' Predecessori, nei vasti campi della cristianità di Oriente e di Occidente.

Invocando sulla Sua attività Vabbondanza dei celesti favori, nella gioia sincera di averLa al fianco come Nostro primo collaboratore, Le inviamo con effusione di affetto la propiziatrice Benedizione Apostolica.

Dal Palazzo Apostolico Vaticano, il 21 giugno dell'anno 1963, primo del Nostro Pontificato.

PAULUS PP. VI

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, di venerata memoria, si degnò di nominare:

Assistenti al Soglio Pontificio :

19	settembre	1959.	S. E. Berma Monsig. Wehr Mattia, Vescovo di Trier.
31	marzo	1960.	S. E. Kevma Monsig. Ammann Gioacchino, Vescovo tit. di Petnelisso.

***Protonotari Apostolici* ad instar participantium:**

13	febbraio	1959.	Monsig. Vierbach Alberto (Augsburg).
19	maggio	1960.	Monsig. Fuchs Vincenzo (Würzburg).
9	giugno	»	Monsig. Teusch Giuseppe (Köln).

Prelati Domestici di Sua Santità:

16	gennaio	1959.	Monsig. Mann Giorgio (Bamberg).
»	»	»	Monsig. Müller Michele (Bamberg).
»	»	»	Monsig. Schmitt Francesco Giuseppe (Bamberg).
»	»	»	Monsig. Lang Luigi (München und Freising).
»	»	»	Monsig. Muhler Emilio (München und Freising).
»	»	»	Monsig. Mggl Giorgio (München und Freising).
20	»	»	Monsig. Voeikl Ludovico (Passau).
13	febbraio	»	Monsig. Hof mann Federico (Würzburg).
»	»	»	Monsig. Broli Lorenzo (Augsburg).
»	»	»	Monsig. Luible Antonio (Augsburg).
3	aprile	»	Monsig. Auf derbeck Ugo (Paderborn).
»	»	»	Monsig. Ten Hompel Massimiliano (Paderborn).
10	»	»	Monsig. Boderer Enrico (Begensburg).
»	»	»	Monsig. Uribe Jaramillo Alfonso (Sonsón).
24	»	»	Monsig. Hemsing Alberto (Aachen).
»	»	»	Monsig. Golombek Oscar (Köln).
22	maggio	»	Monsig. Lettau Giuseppe (Paderborn).
»	»	»	Monsig. Schulte Gaspare (Paderborn).
17	luglio	»	Monsig. Sendker Adalberto (Hildesheim).
31	»	»	Monsig. Krautscheidt Giuseppe (Essen).
7	agosto	»	Monsig. Heusgen Paolo (Köln).
16	ottobre	»	Monsig. Bunte Giovanni (Osnabrück).
»	»	»	Monsig. Kintzinger Ernesto (Osnabrück).
11	dicembre	»	Monsig. Mock Bernardo (Fulda).
»	»	»	Monsig. Vospohl Guglielmo (Köln).
»	»	»	Monsig. Wenzel Massimiliano (Litomërice).

An. et vol. LV 1 Augusti 1963 (Ser. HI, v. V) - N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

CONCLAVE ET EXALTATIO
SS.MI DOMINI NOSTRI PAULI PP. VI

CONCLAVIS ADPARATIO

Ad normam Constitutionis Pii Pp. XII *Vacantis Apostolicae Sedis,* **ab Emis ac Revmis Patribus S. R. E. Cardinalibus, qui in Urbe aderant, Congregationes generales praeparatoriae habitae sunt quotidie in Palatio Apostolico Vaticano.**

In eisdem coetibus, perlectis Constitutione, cuius supra fit mentio, et Motu Proprio Ioannis Pp. XXIII *Summi Pontificis electio,* **Emi Cardinales praesentes iusiurandum iuxta statutam formulam praestiterunt.**

Constitutis et paratis quae ad iuxta funebria Summi Pontificis persolvenda spectabant, omnia ad Conclave inchoandum necessaria Emi Patres decreverunt et disposuerunt, nominatis etiam ad rem singularibus coetibus, seu *Commissionibus,* **nimirum:**

1) *Pro inquisitione de Conclavistarum qualitatibus eorumque adprobatione :*

Emi ac Revmi Patres Domini : Carolus Confalonieri, Aloisius Traglia, Michael Browne.

2) *Pro constructione et clausura Conclavis, et pro cellarum dispositione :*

Emi ac Revmi Patres Domini : Petrus Ciriaci, Gustavus Testa, Albertus di Jorio.

Peculiaris coetus seu *Commissio* **nominata est pro externo regimine Civitatis Vaticanae tempore Conclavis, nimirum:**

Excmus P. D. Primus Principi, Archiep. tit. Tyanensis, Excinus Princeps Carolus Pacelli, Illmus Comes Henricus Petrus Galeazzi.

OFFICIALES ET ADSISTENTES CONCLAVIS

Conclavis Secretarius: **Excmus P. D. Franciscus Carpino, Archiepiseo piis tit. Serdicensis, S. C Consistorialis Adsessor.**

Gubernator Conclavis: **Excmus ac Revmus D. Fridericus Cállori di Vignale, Sacri Palatii Praefectus.**

Custos Conclavis: **Excmus D. Sigismundus e Principibus Chigi Albani della Rovere, S. R. E. Mareschallus perpetuus.**

Praefectus Sacrarii Apostolici: **Excmus P. D. Petrus Canisius van Lierde, Episcopus tit. Porphyriensis.**

Praefectus Caerimoniarum: **Excmus P. D. Henricus Dante, Episcopus tit. Carpasiensis. S. C. Rituum Praefectus.**

Commissarius Generalis Conclavis: **Illmus D. Camillus Corsanego.**

Magistri Caerimoniarum: **Revmi DD. Salvator Capoferri, Adon Terzariol, Horatius Cocchetti, Armandus Fattinnanzi, Antonius Caretta, Vitus Gemmiti, Angelus Di Pasquale, Renatus Balzanelli.**

Confessarii munere fungens : **Revmus P. Philippus M. Ferrini O. S. M.**

Medicus et chirurgus: **Illud DD. Marius Fontana et Leonardus Valletti.**

Architectus: **Illmus D. Camillus Rebecchini.**

Aromatarii: **Fr. Rodulfus Comini et Fr. Gerardus Cole, ex Ordine Hospitalario S. Ioannis de Deo.**

RATIO CLAUSURAE CONCLAVIS

Gli ingressi al recinto del Conclave sono due : il principale al Cortile di S. Damaso, nel porticato di fronte alla Scala di Pio IX, il secondario nell'andito di passaggio tra il Cortile del Pappagallo e il Cortile Borgia.

All'ingresso principale sono approntati quattro parlatori con le relative ruote, al secondario è sistemata una grande ruota per il ricevimento dei viveri.

Un'altra piccola ruota è posta al pianerottolo intermedio della scaletta di servizio tra il Cortile di S. Damaso ed il Cortile del Maggiordomato. Questa ruota è riservata a S. E. il Governatore del Conclave ed a S. E. il Maresciallo del Conclave.

La Loggia delle Dame è sbarrata con doppia parete di legno in corrispondenza della Scala di Pio IX; le chiavi della porta d'accesso alla suddetta loggia, dall'Ufficio del Maggiordomato e dal cancello del Cortile del Maresciallo, sono date in consegna al Prefetto delle Cerimonie.

La Scala detta dei Morti, che dal Portico di Costantino conduce al Cortile del Maresciallo, è sbarrata alle due estremità e con pareti di legno e chiuso con bollo del portoncino al piano inferiore.

L'Aula delle Benedizioni ha le piccole porte di accesso al grande cornicione interno sbarrate e munite di bollo; la porta della sala attigua, adibita a servizio della Radio, è chiusa con bollo. La porticina di comunicazione con la Cappella Paolina è chiusa a chiave e bollata. Il portone d'accesso dalla Sala Regia all'Aula delle Benedizioni è chiuso e la chiave è data in consegna al Prefetto delle Cerimonie.

Il vano dell'ascensore tra la Sagrestia della Paolina e la Basilica di S. Pietro viene sbarrato bloccando l'ascensore al livello più basso e chiudendo le porte d'accesso della piccola Cappella al livello della Basilica, le cui chiavi sono date in consegna a S. Em.za il.Cardinale Arciprete.

La Scala Regia viene sbarrata con tramezzature di legno sul pianerottolo d'arrivo alla Sala Regia e sul pianerottolo intermedio.

La Cappella Sistina è isolata dal piano inferiore e dai corridoi dei Musei mediante sbarramenti di legno ; le porte dei locali sottostanti sono chiuse a chiave e con bollo in modo tale da lasciare libero un corridoio di passaggio per il giro di sorveglianza delle chiusure esterne, compito riservato a S. E. il Governatore del Conclave ed a S. E. il Maresciallo del Conclave.

Poiché la Scala detta delle Logge e la Scala detta della Segreteria di Stato, restano incluse nel recinto del Conclave, l'unica via di accesso agli Uffici della Segreteria di Stato rimane la Scala della Torre Borgia.

Nell'appartamento Borgia la porta d'accesso della Scala e la porta tra la Sala del Credo e quella delle Sibille, sono chiuse con bollo e tramezzature di legno.

Al piano delle seconde Logge la porta di passaggio dalla Stanza della Segnatura alla Stanza dell'Incendio di Borgo è chiusa con doppia parete di legno.

Al piano delle terze Logge l'ingresso principale alla Segreteria di Stato e le finestre che si affacciano sulla Loggia sono sbarrati con tramezzature di legno e bollo.

I tre ballatoi verso il Cortile del Belvedere sono sbarrati, gli ingressi dalle tre Logge con doppie pareti di legno.

Al piano del Cortile di S. Damaso, la porta che dalla Biblioteca immette al Gabinetto delle Stampe è chiusa con bollo e tramezzatura di legno.

Nella Scala delle Logge, la porta al piano del Cortile di S. Damaso che immette alla rampa discendente è chiusa con bollo e tramezzatura di legno.

La corsa dei due ascensori delle Logge ha inizio soltanto dal Cortile di S. Damaso, e non dal Cortile del Belvedere.

La Galleria Lapidaria è sbarrata con doppia parete di legno all'altezza della cancellata dei Musei.

In via del Belvedere il portoncino d'ingresso alla Scala detta del Lapidario è sbarrato, nel lato interno, con parete di legno e con bollo.

L'androne di passaggio tra il Cortile di S. Damaso ed il Cortile di Sisto V è sbarrato con doppia parete di legno.

Nel Palazzo Pontificio, oltre all'isolamento dell'Appartamento Privato e di parte dell'Appartamento Nobile alla seconda Loggia, sono isolati i cosiddetti « soffittoni » mediante opportune chiusure dei passaggi che li collegano con le altre soffitte e con i terrazzi che restano esterni al recinto del Conclave.

NORMAE CONCLAVISTARUM NUMERUM SPECTANTES

A motivo dell'elevato numero di Cardinali — senza precedenti nella storia — che prenderanno parte all'elezione del nuovo Pontefice, ogni Porporato potrà portare con sè, in Conclave, un solo Conclavista. La disposizione è stata ispirata da motivi tecnici e logistici, data la ristrettezza dello spazio; i Cardinali viventi sono infatti ottantadue. Potrà essere autorizzato un secondo conclavista solo in caso di malattia o per altra speciale, grave ragione.

Dum sollicite parabantur quae ad Conclave rite peragendum Emi Patres decreverant, Excmus P. D. Caerimoniarum Praefectus, de mandato Saeri Collegii, hanc edidit praescriptionem pro celebranda Missa de Spiritu Sancto ante ingressum in Conclave et pro ipso ingressu:

INTIMATIO PER CURSORES FACIENDA, DOMI DIMISSO EXEMPLARI

Feria IV, die 19 Iunii 1963, hora nona cum dimidio, in Basilica S. Petri, ab Emo et Revnlo D. Card. Eugenio Tisserant, Ep. Ostien., Portuen. et S. Rufinae, S. Collegii Decano, Missa sollemnis de Spiritu Sancto celebrabitur.

Emi et Revmi DD. Cardinales, vestibus laneis, rocheto simplici et cappis laneis violaceis sine pellibus ermellineis induti, accèdent.

Post Missam habebitur oratio « de eligendo Summo Pontifice »:

Eadem die post meridiem, hora decima septima cum dimidio, Emi et Revmi DD. Cardinales, induti veste, rocheto et mozzeta violaceis laneis

cum zona serica eiusdem coloris, in Sacellum Paulinum Palatii Apostolici Vaticani convenient.

Deinde, praecedente Cruce, cantoribus hymnum *Veni, Creator* **concinentibus, suppficabundo ritu, incipiendo a senioribus, Conclave ingredientur, et reliqua ibi de more peragentur.**

De mandato Sacri Collegii

f HENRICUS DANTE, Archiep. Carpasien.
Caerem. Apost. Praefectus

Oratio autem ab Illmo ac Revmo D. Hamleto Tondini, ab Epistulis ad Principes, habita post Sacrificium Eucharisticum peractum, haec est:

ORATIO DE ELIGENDO SUMMO PONTIFICE

Eminentissimi Principes,

Catholica Ecclesia, ortu divina, in aevumque vivax, ob immortalem Conditorem suum, in omni itinere rerum temporumque flexu, sibi praesentem, si consequentium aetatum extrinsecus est aliquando experta iniurias, numquam tamen intermisit novum vivacitatis vigorisque excipere motum, summorum Antistitum suorum mortibus, licet lugendis, nullo modo remorantibus cursum.

Haerent etiam nunc oculi, mentes, animi nostri, summa commoti maestitia, lectulo illi, in quo Ioannes XXIII, Caelitibus et hominibus spectantibus, mirantibus, diu cum morte luctatur, dolores capit acerbissimos, Deo adhibet preces assiduas, vitam eidem suam devovet. Iam vero ex hoc lectulo invitamentum illud edi ad pacem, et ad concordiae reconciliationem videtur, quo historia tota brevis Pontificatus illius quodammodo continetur.

Atqui amoris, obsequii, luctus singulares significationes, quibus gentes universae eum ab hominibus demigratum prosecutae sunt, eas peperit quidem in primis summa, qua divinitus induebatur, auctoritas, sed pariter pepererunt animi dotes et ornamenta, ipsius propria ; quae scilicet omnia antecellebant morum suavitas et caritas. His enim praesertim virtutibus permoti dicendi sunt homines nostrae huius aetatis, qui, post calamitates, post conversiones rerum, post nimias animorum perturbationes, his sexaginta annis factas, multis argumentis

visi sunt obliti, se omnes ab uno aeternoque Deo creatos esse, unoque Christi Iesu sanguine esse redemptus.

Quapropter quae tanto Pontifici data sunt venerationis testimonia, ex his palam efficitur, homines, in hoc socialium et politicarum rerum discrimine, meliorem et humaniorem rerum statum appetere ac veluti sitire omnes.

Vixdum graviores nuntii ad mundum universum periati sunt de huius mortifera aegrotatione Pontificis, quem nomine quodam proprio *donum* **appellare solebant, ad Vaticanas aedes ingens et varia undique confluxit virorum, mulierum, puerorum multitudo, quorum pars genibus humi positis ad vota se vertit, pars erectis oculis quaerit dulcissimam Patris imaginem, bene omnibus precantis.**

Quibus spectatis, ecquis non cogitet multitudinem illam quasi personam gessisse populorum ubivis terrarum viventium, qui supplicibus elatis manibus ad Pontificem, a caritate et a pace nuncupatum, ab eo verbum peterent spei plenum, et ad levandas anxietates et metus pertinens?

Haec, quae ipsi vidimus, habent quidem multa ad laetandum momenta. Sed si quis, a mobili rerum specie atque ab inconstantibus iudiciis multitudinis, ad veritatem ipsam animum traduxerit, is concludat oportet, hanc pergravem videri ei viro posse, quem vos, divino Spiritu instincti, ad regendam catholicam Ecclesiam adoptaturi estis.

Etenim sitne is forsitan putandus omnia in peiorem partem rapere, qui suspicetur non paucos ex illis, qui nuper defuncto Pontifici, a pace vocato, infinitum plausum tribuerunt, non recte sentire quantum re vera valeat hominis animus, tantoque minus profiteri quid doceat, quidve iubeat sancta Christi Ecclesia? *Ecclesiam Dei vivi,* **dicimus,** *columnam et firmamentum veritatis,*[1] **quae in ea potissimum superna virtute posita est, quam, pro dolor, multi per terrarum orbem spernunt, vel parvi faciunt.**

Similiter rerum moralium et socialium turbationes, quas alicubi apud ipsos populos videmus christiana doctrina antiquitus institutos, atque de mirificis doctorum et technicorum inventis gloriantes, nonne a neglegentia proficiscuntur veritatum religiosarum, in quibus omnis nititur civilis hominum convictus? Pervasit enim late opinio, neque principum auctoritatem a Deo initium capere, neque libertatis facultatem a conscientia hominis manere, legis naturalis principiis collustrata.

Hanc ob causam aestimaverimus illuc cum primis esse Successori

[1] Cfr. ***1 Tim. B,*** 15.

Ioannis XXIII contendendum, ut, eius insistens vestigiis, christianorum hominum vitam ubivis gentium divino quodam sensu magis magisque imbuat ; haec monente S. Leone Magno : *Soliditas enim illius fidei, quae in apostolorum principe est laudata, perpetua est; et sicut permanet, quod in Christo Petrus credidit : ita permanet, quod in Petro Christus instituit.*[2]

At huiusmodi rerum supernarum vim, non modo in singulorum fidelium animis, et in rerum socialium ordine obtundi hodie conspicimus miserrime, sed in viris etiam eruditione excultis enervari et infirmari. Hi enim iam se non ad Christi doctrinam revocant, utpote qui catholica dogmata censeant consectariis humanae scientiae esse vieta. Quod cum valde detrimentosum vel iis esse possit qui catholicis veritatibus servire cupiant, id Christi Ecclesiae admodum interesse iudico, ut filios suos ad dandam diligentius operam impellat religiosis disciplinis investigandis; utque religiosa praecepta cotidie magis in venas descendant humanae societatis; cum nemini non sit persuasum nostris praesertim diebus in rectis principiis et cogitatis constare huius saeculi fortunam. Peropportunum idcirco est Ecclesiam catholicis viris, praeclara eruditione ornatis, aperte favere, eosque quasi in aciem adversus inolescentes errores producere.

Nostris praeterea temporibus nihil magis esse curae hominibus videtur, quam rerum quarumlibet ordinatio ; quae sane, ut ad alia commoda multa, ita praecipue conducit ad scientiarum et ad rerum oeconomicarum profectum.

Ex quo patet necesse esse, ut etiam Ecclesia, quantum sua natura sinat, ad nostrae aetatis rationes accommodet suae actionis, suaeque navitatis vias; quo scilicet facilius suae fidei tradat vulgetque praecepta, et curationem agat hominum sibi concreditorum. Attamen ad nihilum cuiusvis ordinationis consilium recidet, nisi qui eius sunt ubilibet adiutores et ministri, paribus ornati dotibus, eius simul altius animo imbiberint vim et virtutem intimam : quippe in qua una insit primus Ecclesiae finis, hoc est hominum aeterna salus.

Recentiora eaque incredibilia eruditorum hominum et technicorum inventa promptiores quidem effecerunt populorum commeatus, ita videlicet ut nunc vetera dissaepta et intervalla perrupta videantur, quibus invicem iidem olim disiungeretur. Sed necdum — heu — exinde orta est tamdiu expetita gentium mutua concordia ; immo vero videre est

[2] ***Sermo de natali ipsius HI, PL*** 54, 145 s.

etiam nunc in populis dominari mutuam suspicionem et timorem. Ex quo consequitur, ut quae oculis conspiciatur populorum unitas, ea nequaquam in animis quoque insideat. Quod ex eo oriri existimamus, quod hinc materialismus, quem vocant, humanae dignitatem personae infitietur, hinc relativismus, uti aiunt, intimam hominum unitatem diffiteatur.

Iamvero ad falsa haec placita refellenda et ad discrimina propulsanda, quae ex iisdem proficisci possint, maxime valet fides, quam Christi Ecclesia tradit ; siquidem una eadem potest homines fraterno stabilique iure inter se coniungere.

Quam ob causam ad catholicam Ecclesiam confugiant gentes oportet, si societatem condi velint, et suis veri nominis necessitatibus omnino parem, et sua natura nobilitateque plane dignam.

Quem nobis ereptum morte deflemus, Ioannes XXIII haec omnia sine dubitatione secum reputaverat, cum alacri animo consilium iniit Concilii Oecumenici Vaticani II celebrandi. Hoc enim indicto gravissimo conventu eo spectabat, ut, integris catholicae Ecclesiae servatis veritatibus, dogmata altius introspicerentur et ad captum hominum nostrae huius aetatis aptius componerentur; ut pariter catholicorum religiosa pietas magis magisque incenderetur, pariter mores emendarentur, perpolirentur ; ut denique christiani homines, ab Apostolica hac Sede seiuncti, aeternae saluti suae tutius consulendi causa, ad eam reverterentur et, ad Christi Iesu votum, *omnes unum essent.*[3]

Catholicorum hominum multitudo vota facit, ut coeptum maximi momenti opus perficiatur. Erit propterea Summi Pontificis, quem vos, Eminentissimi Patres, e sinu vestro delecturi estis, tempus invenire, quo coetus huiusmodi amplissimus sit revocandus. Sed eius praesertim erit id prospicere et animadvertere, si quaestiones, si institutae investigationes, si maxime hominum consilia ita sint comparata, ut re ipsa talis futurus sit exitus, qualem rectior universi humani generis pars exspectat; quae sibi nimirum ex nobilissimo eo consessu, in his mentium tenebris, lumen sibi pollicetur, et, in hac caeca populorum alienatione, pacis auspicia.

Politici, qui vocantur, viri ut plurimum, veteribus moribus et consuetudinibus amandatis, quaerunt quidem aequiorem et commodiorem civium statum; quod profecto magna laude dignum est. Sed hic atque illic id qui petunt, ea ratione re vera petere videntur, ut dum homini caduca

[3] Cfr. ***Io.*** 17, 21.

et dubia parant emolumenta, eiusdem animo certa struant dispendia; quandoquidem eum, non uti Dei subolem nobilissimam existimant, immortali animo praeditam, ad aeternamque gloriam vocatam, sed uti machinale quoddam instrumentum, quod tum sibi, tum vero reipublicae corporalia dumtaxat efferat bona.

Quid sit in hac provincia sanctae Ecclesiae agendum est cuique perspectum : scilicet elaborandum eidem et conandum est — quemadmodum Ioannes XXIII numquam non egit — ut sive in privatam singulorum hominum vitam, sive in civitatum compaginem religiosi sensus redeant, fiantque novae meliorisque vitae quasi fermentum.

Sed vel iniucundior offertur oculis nostris prospectus, si mentem referamus ad rationes, quae populis cum populis hodie intercedunt. Abest utique bellum, sed abest quoque sincera pax. Tacent re ipsa arma, attamen interim arma parantur; quin immo qua in praesens utimur tranquillitate, ea metu tantummodo nititur annorum. Quod ex eo nascitur, quod mutuae civitatum necessitudines non in morali quodam ordine, non in mutua fide, sed in vi et calliditate positae sunt.

In his trepidis rebus, ad catholicam Ecclesiam ad eiusque Rectorem pertinet operam dare fugandis nubibus, hoc est aver sis principum populorumque animis componendis : quippe cum Ecclesia eiusque summus Moderator id uni, non suspiciosi, praestare possint. Ad hoc igitur animum is constantissime adiciet, cui, vobis eligentibus, Christi vicaria in terris potestas permittetur ; non secus atque recentiores Decessores eius fecerunt, quorum praesertim studio atque sollertia evenit, ut in ordine rerum, quae ad omnes populos pertinerent, Apostolicae Sedis auctoritas non modo non praeteriretur, sed etiam debito observaretur officio.

Est ergo huiusmodi, Eminentissimi Principes, campus immensus, multis obsitus spinis, paucis vero rosis, in quo industria et alacritas spatiabitur eligendi Pontificis. Cui propterea non paucis iisque insignibus opus est virtutibus, ut cum omnium hominum, maxime catholicorum, fructu Petrianam naviculam gubernet. Sicuti quemlibet decet moderatorem, ei opus est prudentia, qua possit adversariorum praecavere dolos et antevenire insidias, si potissimum lateant in tendiculis opinionum. Ei opus est animi fortitudine et constantia, ut catholica dogmata, mediis consiliis retro positis, aperte asserat; ut iisdem oppositos errores depellat ; ut postremo defensionem eorum palam suscipiat, qui *persecutionem patiuntur propter iustitiam,*[4] **propterque Christi nomen.**

[4] ***Matth.*** 5, **io**

At maxime caritate ei opus est, *quoniam Deus,* **cuius ipse filios accipiet regendos,** *caritas est.*[5] **Nam est ei quidem mandatum, ut** *veritatem faciat,* **sed mandatum pariter, ut faciat** *in caritate.*[6] **Diligat propterea ante omnia Ecclesiam, quam** *Christus dilexit, et seipsum tradidit pro ea.*[7] **Diligat deinde sicut oculos, et si quid est oculis carius, quotquot habiturus est homines a Christo commissos; sed praecipua quadam gratia prosequatur miseros, egenos, aerumnosos, valetudine affectos, pueros, senes ; ut videlicet convenienter eius gerat vices, qui semetipsum** *Pastorem donum*[8] **cognominavit ; utque in eius locum apte succédât, qui potissimum bonitatis suae causa, memoriae consecratus est perpetuae.**

Quodsi, cui et Magistro, et Pastori, et Patri venerabundi praestolamur, superna, non defutura confisus ope, haec pro viribus praestiterit, non est dubitandum quin olim possit *exhibere ipse ... gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, ...ut sit sancta et immaculata.*[9]

Extremum, ut huius exempli virum vos, Eminentissimi Principes, Pontificem Maximum esse velitis, universus recte credentium coetus, per proximos dies, vobiscum et pro vobis a divina Paracleto superna lumina precabitur.

Memoria etiam digna sunt quae Emus ac Revmus D. Cardinalis vicaria potestate Antistes in Urbe publice edixerat ad supernum Patribus Purpuratis, de gravissimo negotio consulturis, impetrandum auxilium :

Terminate le solenni Esequie in suffragio del compianto Sommo Pontefice Giovanni XXIII di santa memoria, ci sentiamo in dovere di dirvi, o fedeli di Roma, la nostra commossa riconoscenza per Fafïetto e la devozione di figli con cui tutti vi siete stretti, in preghiera e in lacrime, attorno al venerato Padre comune nel suo sereno, piissimo passaggio da questa vita alla eterna pace di Dio.

Ripensiamo con tenerezza alle parole che l'indimenticabile Pontefice ebbe a dire, rievocando, recentemente, la gioia dei ripetuti incontri con i figli della sua dilettissima Diocesi di Roma : « Essi sono buoni e sensibili al richiamo delle cose celesti. E al vedere tante mani volgersi verso

[5] ***Io.*** 4, 8.
[6] Cfr. ***Eph.*** 4, 5.
[7] ***IUd.*** 5, 25.
[8] Cfr. ***Io.*** 11, 14.
[9] Cfr. ***Eph.*** 5. 27.

di Noi, tante braccia protendersi ... Ci sembra di cogliere nna stessa voce al Nostro indirizzo : noi amiamo quest'Uomo che la Provvidenza ha tratto dalla santità e dalla nobiltà della campagna al fastigio del Pontificato romano *yy.*[1] **Con quale ardore la stessa filiale testimonianza sarebbe stata rinnovata al Vescovo di Roma nell'estremo addio resogli dal suo popolo ! Lo spirito di Papa Giovanni, nelle sue ultime ore in terra e nella pace del Cielo, avrà certamente esultato della effusione di affetto della moltitudine dei suoi figli, ravvisandovi un segno consolante di sensibilità al ((richiamo delle cose celesti » e continuando a ripetere amabilmente, come ci piace immaginare : ((Quanto di onore e di amore si riversa sulla Nostra povera persona, Noi l'attribuiamo all'Apostolo San Pietro » e alla santa Chiesa.**[2]

Ora la Chiesa di Dio è in attesa che sull'Altare più venerando, sulla Cattedra più alta ascenda il nuovo Successore del Principe degli Apostoli.

/ Con tutto l'animo vi raccomandiamo, o fedeli, di elevare fervide preghiere al Divin Fondatore della Chiesa, invocando il patrocinio della Beata Vergine Maria e dei Santi Apostoli, per impetrare che lo Spirito Santo illumini ed assista l'alta assemblea dei Cardinali di Santa Romana Chiesa nella scelta del « Sacerdote fedele »[3] **designato da Dio come guida di tutte le pecorelle del suo ovile.**

All'indomani dell'inizio del Conclave comincerà, il 20 giugno, la novena in preparazione alla festa dei Santi Apostoli Pietro e Paolo. La felice coincidenza è di ottimo auspicio ed è, insieme, opportuno invito ad affidare alla speciale intercessione dei Santi Apostoli l'universale supplica perchè la fede di Pietro e lo zelo di Paolo abbiano un degno erede e continuatore nell'atteso Pastore delle anime.

1. Si dispone che, a cominciare da domani 19 c. m., per l'intera durata del Conclave, nelle chiese appresso elencate e nei giorni della settimana pure indicati, venga solennemente esposto il Ssmo Sacramento nelle ore vespertine, per uno spazio di tempo non inferiore ad una ora nè superiore a tre ore, e si cantino o si recitino le Litanie dei Santi e le relative preci :

Mercoledì : **S. Maria sopra Minerva, S. Gioacchino in Prati, Natività di N. S. G. C. a via Gallia.**

[1] Discorso del 3 gennaio 1963.

[2] ***l.*** *c.*

[3] ***1 Re 2,*** 35.

Giovedì : **Ssmo Nome di Gesù, S. Camillo, S. Francesco a Ripa.**

Venerdì : **S. Carlo al Corso, Immacolata al Quartiere Tiburtino, S. Eugenio al viale delle Belle Arti.**

Sabato : **S. Giovanni in Laterano, Santa Maria in Trastevere, S. Emerenziana.**

Domenica : **S. Maria Maggiore, S. Giovanni de' Fiorentini, S. Francesca Saverio Cabrini.**

Lunedì : **S. Lorenzo in Damaso, Santa Maria ai Monti, S. Galla.**

Martedì : **S. Maria in Traspontina, Sacro Cuore di Gesù al Castro Pretorio, S. Benedetto a via del Gazometro.**

2. Le dette Litanie e preci verranno pure cantate o recitate nelle seguenti chiese nelle quali ha luogo l'Esposizione Eucaristica perpetua e nelle quali l'adorazione a Gesù Sacramentato sarà diretta ad impetrare dalla Divina Bontà il dono alla Santa Chiesa d'un nuovo Sommo Pontefice secondo il Cuore di Dio. Tali chiese sono : S. Cuore di Cristo Re al viale Mazzini, S. Croce de' Lucchesi, S. Claudio, S. Famiglia a via Machiavelli, Cappella delle Suore Salvatoriane a via delle Mura Gianicolensi.

3. Si ordina inoltre che, dato l'annuncio dell'elezione del Sommo Pontefice, le campane di tutte le chiese suonino a festa per dieci minuti.

Dalla Nostra Residenza, 18 giugno 1963.

£8 CLEMENTE CARDINALE VICARIO

G. Giaquinta, *Segretario*

INGRESSUS IN CONCLAVE

Opportuno tempore Excmus P. D. Henricus Dante, Archiep. Carpasiensis et Caerimoniarum Apostolicarum Praefectus, has ediderat pro clausura et custodia Conclavis instructiones ad Emos Patres et ad Praelatos quibus sollicitudo de re demandata fuerat, nimirum :

I

DISPOSIZIONI PER LA CHIUSURA E CUSTODIA INTERNA DEL CONCLAVE

1. Gli Eminentissimi Signori Cardinali primi dell'Ordine dei Vescovi, dei Preti e dei Diaconi, unitamente al Camerlengo di S. R. C, si com-

piaceranno adunarsi nel pomeriggio di mercoledì 19 giugno 1963, all'ora che farà notificare l'Emo Decano, nell'Aula dei Paramenti.

2. Nella stessa Aula si troveranno Mons. Segretario del Sacro Collegio, il Prefetto delle Cérémonie Apostoliche, che fungerà da Notaio, e due Maestri di Cérémonie, che fungeranno da testimoni, nonché i signori Architetti del Conclave.

3. All'ora designata il Corteo muoverà per le verifiche necessarie ed opportune e per le constatazioni, a norma dei Regolamenti del Conclave.

4. Le chiusure interne ed esterne del Conclave saranno effettuate contemporaneamente.

5. Adempiute tutte le formalità, il Corteo tornerà nella Sala dei Paramenti, dove sarà data lettura del relativo Rogito, con l'apposizione delle necessarie firme.

6. Il Corteo sarà scortato dai due custodi dell'Aula del Conclave e dai domestici degli Emi Capi di Ordine e Camerlengo, che recheranno torcie accese.

15 giugno 1963

f Enrico Dante, Arciv. di Carpasia
Prefetto delle Cérémonie Apostoliche

II

DISPOSIZIONI PER I PRELATI ADDETTI ALLA CUSTODIA DELLE ROTE DEL CONCLAVE

1. Gli Eccmi, Illmi e Rmi Monsignori Decani dei Collegi degli Arcivescovi e Vescovi Assistenti, Protonotari Apostolici, Uditori di Rota, Chierici di Camera, Votanti di Segnatura si compiaceranno avvertire i loro Colleghi, che nel prossimo mercoledì 19 giugno 1963, alle ore 17,30 si trovino nell'Aula precedente quella dei Paramenti del Palazzo Apostolico Vaticano, ove pure si troveranno gli altri Officiali, per muoversi ordinatamente, ad invito di Mons. Maestro delle Cérémonie, e recarsi a prestare il consueto giuramento sulla custodia delle Rote del Conclave.

2. Il Decano dei Prelati Chierici della R. C. A. presenzierà le chiusure del Conclave e ne rogherà Instrumento nell'appartamento di Mons. Maestro di Camera.

3. Delle Rote che sono a capo della Scala di Pio IX, a destra, nell'ingresso al Cortile di S. Damaso, la I^a sarà custodita dai Monsignori Protonotari Apostolici e dai Prelati Chierici di Camera; la 2^a dagli Arcivescovi e Vescovi Assistenti e dagli Uditori della S. Rota.

4. Le due Rote che sono nella porta tra il Cortile dei Pappagalli e quello Borgia, che servono per introdurre le derrate ed i commestibili, saranno custodite dai Prelati Votanti di Segnatura.

5. Le Rote che sono a capo della Scala Pio IX rimarranno aperte ogni giorno dalle ore otto alle dieci e mezzo e dalle ore diciassette alle diciannove.

6. Le Rote che si trovano tra il Cortile dei Pappagalli e quello Borgia saranno aperte dalle ore sette alle nove e mezzo e dalle diciassette alle diciannove e mezzo.

7. Gli abiti da usare sono : sottana nera con fascia di lana e fiocchi color nero, rocchetto liscio senza merletto, e mantelletta di color nero, berretta violacea con fiocco dal colore spettante al Collegio.

8. I Decani dei rispettivi Collegi designeranno i turni da osservare nella custodia delle medesime Rote.

8 giugno 1963

f Enrico Dante, Arciv. di Carpasia
Prefetto delle Cérémonie Apostoliche

Item Excmus P. D. Franciscus Carpino, Archiep. Serdicensis ac Sacri Collegii Secretarius, has ediderat pro clausura, custodia et reseratione Conclavis instructiones :

DISPOSIZIONI PER LA CHIUSURA, CUSTODIA E APERTURA DEL CONCLAVE

1. **Terminata la funzione dell'ingresso nel Conclave, gli Emi Cardinali lasciano la Cappella Sistina, ad eccezione degli Emi Cardinali Capi d'ordine e del Cardinale Camerlengo.**

2. Dopo il triplice suono della campana, ordinato dal Cardinale Decano, i Maestri delle Cerimonie intimano *V extra omnes* **dal Conclave.**

3. I Cardinali Capi d'ordine e il Cardinale Camerlengo, col Segretario del Conclave e il Prefetto delle Cerimonie, accompagnati dai Maestri delle Cerimonie e dall'architetto, dopo aver fatte le necessarie ispezioni e verifiche, procedono alla chiusura interna del Conclave.

Le chiavi vengono consegnate al Segretario del Conclave.

4. Il Prefetto delle Cerimonie redige, nella Sala dei Paramenti, il rogito di chiusura, che viene firmato dal Segretario del Conclave, dal Prefetto delle Cerimonie, in qualità di Notaio, e da due Maestri delle Cerimonie, quali testimoni.

5. Nello stesso tempo in cui ha luogo la chiusura interna del Conclave, avviene anche quella esterna.

6. Il Governatore, il Maresciallo-Custode e il Commissario Generale del Conclave, col rispettivo seguito, nonché il Decano dei Prelati chierici della R. C. A., col Segretario-Cancelliere della stessa R. C. A., accompagnati dai Maestri delle Cerimonie e dagli architetti, dopo aver espletate le debite verifiche, eseguono la chiusura esterna del Conclave.

Le chiavi saranno consegnate al Maresciallo-Custode del Conclave.

7. Il relativo rogito viene compiuto, nell'appartamento del Maresciallo-Custode, dal Decano dei Prelati chierici della R. C. A. e firmato dai dignitari presenti, dallo stesso Decano, in qualità di Notaio, e da due Prelati chierici della R. C. A., come testimoni.

8. Durante il Conclave, i Prelati addetti alla custodia del medesimo, in abito prelatizio, eserciteranno la debita vigilanza presso le Rote assegnate, nelle ore stabilite.

9. Dopo che il Pontefice eletto avrà dato l'ordine di apertura del Conclave, si procederà all'apertura sia interna (al quale atto però non sono presenti gli Emi Cardinali Capi d'ordine, nè il Cardinale Camerlengo), sia esterna, con le stesse norme della chiusura.

Dal Palazzo Apostolico Vaticano, 12 giugno 1963.

f FRANCESCO CARPINO
Segretario del S. Collegio

Pro Conclavistis autem has edidit instructiones :

DISPOSIZIONI PER I CONCLAVISTI

1. I Conclavisti entreranno nel Palazzo Apostolico del Conclave il 19 giugno alle ore 16,30.

2. I Conclavisti che non avessero prestato giuramento, dopo che gli Emi si sono ritirati nelle loro celle, si riuniranno nella Cappella Paolina, ove il Segretario del Conclave e il Prefetto delle Cerimonie, per delega dell'Emo Card. Camerlengo, riceveranno il prescritto giuramento.

3. I Conclavisti sacerdoti celebreranno la Messa nelle varie Cappelle dopo la celebrazione degli Emi Cardinali.

4. Il pranzo avrà luogo alle 13 ; per i Conclavisti nelle varie sale del Quartiere della Guardia Palatina (Cortile di S. Damaso).

5. Alle ore 17 di ciascun giorno, a cominciare dal 20 giugno, i Conclavisti si recheranno nella Cappella *Matilde* per la recita del Rosario e la Benedizione Eucaristica.

6. Durante gli scrutini rimarranno nelle proprie stanze, o nelle Logge.

7. Tutti, come si è certi, terranno contegno edificante e si mostreranno ossequienti alle disposizioni, che verranno date per mezzo del Segretario del S. Collegio, ed eviteranno qualunque raggruppamento non necessario.

Dal Palazzo Apostolico Vaticano, 12 giugno 1963.

f **FRANCESCO CARPINO**
Segretario del 8. Collegio

Itaque ordine et normis praescriptis, die 19 Iunii mensis, ad horam 16,30, Conclave ingressi sunt Eminentissimi ac Reverendissimi Patres S. R. E. Cardinales :

Ex Ordine Episcoporum

Eugenius Tisserant, Episcopus Ostiensis, Portuensis et Sanctae Rufinae, Sacri Collegii Decanus.

Clemens Micara, Episcopus Veliternus.

Iosephus Pizzardo, Episcopus Albanensis.

Benedictus Aloisi Masella, Episcopus Praenestinus.

Hamletus Ioannes Cicognani, tituli Ecclesiae suburbicariae Tusculanae.

Iosephus Ferretto, tituli Ecclesiae suburbicariae Sabinensis et Mandelensis.

Ex Ordine Presbyterorum

Emmanuel Gonçalves Cerejeira, tit. Ss. Marcellini et Petri.

Achilles Liénart, tit. S. Sixti.

Maurilius Fossati, tit. S. Marcelli.

Ignatius Gabriel Tappouni, tit. Basilicae XII Apostolorum.

Iacobus Aloisius Copello, tit. S. Laurentii in Damaso.

Petrus Gerlier, tit. SSmae Trinitatis in Monte Pincio.

Gregorius Petrus Agagianian, tit. S. Bartholomaei in Insula.

Iacobus Carolus Me Guigan, tit. S. Mariae de Populo.
Clemens Aemilius Roques, tit. S. Balbinae.
Carolus Carmelus de Vasconcellos Motta, tit. S. Pancratii.
Normannus Thomas Gilroy, tit. Ss. Quatuor Coronatorum.
Franciscus Spellman, tit. Ss. Ioannis et Pauli.
Iacobus De Barros Cámara, tit. Ss. Bonifacii et Alexii.
Henricus Pia y Deniel, tit. S. Petri in Monte Aureo.
Iosephus Frings, tit. S. Ioannis ante Portam Latinam.
Ernestus Ruffini, tit. S. Sabinae.
Antonius Caggiano, tit. S. Laurentii in Panisperna.
Thomas Tienchensin, tit. S. Mariae in Via.
Augustus Alvarus da Silva, tit. S. Angeli in Foro Piscatorio.
Valerius Valeri, tit. S. Silvestri in Capite.
Petrus Ciriaci, tit. S. Praxedis.
Mauritius Feltin, tit. S. Mariae de Pace.
Iosephus Siri, tit. S. Mariae de Victoria.
Iacobus Franciscus Me Intyre, tit. S. Anastasiae.
Iacobus Lercaro, tit. S. Mariae in Transpontina.
Stephanus Wyszynski, tit. S. Mariae trans Tiberim.
Beniamin de Arriba y Castro, tit. S. Vitalis.
Ferdinandus Quiroga y Palacios, tit. S. Augustini.
Paulus Aemilius Léger, tit. S. Mariae Angelorum in Thermis.
Valerianus Gracias, tit. S. Mariae in via Lata.
Ioannes Baptista Montini, tit. S. Martini in Montibus.
Ioannes Urbani, tit. S. Marci.
Paulus Giobbe, tit. S. Mariae in Vallicella.
Fernandus Cento, tit. S. Eustachii.
Carolus Chiarlo, tit. S. Mariae in Porticu.
Iosephus Garibi y Rivera, tit. S. Honuphrii in Ianiculo.
Antonius Maria Barbieri, tit. S. Chrysogoni.
Carolus Confalonieri, tit. S. Agnetis extra moenia.
Richardus Iacobus Cushing, tit. S. Susannae.
Alfonsus Castaldo, tit. S. Calixti.
Paulus Maria Richaud, tit. Ss. Quirici et Iulittae.
Iosephus Bueno y Monreal, tit. Ss. Viti, Modesti et Crescentiae.
Franciscus Koenig, tit. S. Eusebii.
Iulius Doepfner, tit. S. Mariae Scalaris.
Paulus Marella, tit. S. Andreae Apostoli de Hortis.
Gustavus Testa, tit. S. Hieronymi Illyricorum.

Albertus Gregorius Meyer, tit. S. Caeciliae.
Aloisius Traglia, tit. S. Andreae Apostoli de Valle.
Petrus Tatsuo Doi, tit. S. Antonii Patavini de Urbe.
Iosephus Lefebvre, tit. S. Ioannis Baptistae Florentinorum.
Bernardus Ioannes Alfrink, tit. S. Ioachimi.
Rufinus I. Santos, tit. S. Mariae ad Montes.
Laureanus Rugambwa, tit. S. Francisci Assisiensis ad Ripam Maiorem.
Iosephus Agilmarus Ritter, tit. Ssmi Redemptoris et S. Alfonsi in Exquiliis.
Iosephus Humbertus Quintero, tit. Ss. Andreae et Gregorii ad Clivum Scauri.
Aloisius Concha, tit. S. Mariae Novae.
Iosephus da Costa Nunes, tit. S. Priscae.
Hildebrandus Antoniutti, tit. S. Sebastiani ad Catacumbas.
Ephaimus Forni, tit. S. Crucis in Hierusalem.
Ioannes Landázuri Ricketts, tit. S. Mariae de Aracoeli.
Radulphus Silva Henriquez, tit. S. Bernardi ad Thermas.
Leo Iosephus Suenens, tit. S. Petri ad vincula.

Ex Ordine Diaconorum

Alfredus Ottaviani, Proto-diaconus S. Mariae in Domnica.
Albertus di Jorio, diac. S. Pudentianae.
Franciscus Bracci, diac. S. Caesarii in Palatio.
Franciscus Roberti, diac. S. Mariae in Cosmedin.
Andreas Jullien, diac. S. Georgii in Velabro.
Arcadius Maria Larraona, diac. S. Caroli ad Catinarios.
Franciscus Morano, diac. Ss. Cosmae et Damiani.
Gulielmus Theodorus Heard, diac. S. Theodori in Palatio.
Augustinus Bea, diac. S. Sabae.
Antonius Bacci, diac. S. Eugenii Papae.
Michael Browne, diac. S. Pauli Apostoli in Arenula.
Ioachimus Anselmus Albareda, diac. S. Apollinaris.

E Sacello Paulino Emi Patres Cardinales ad Sixtinum Sacellum se contulerunt, cantoribus hymnum *Veni Creator* **concinentibus. Cum suum quisque locum tenuisset, Emus Pater Sacri Collegii Decanus, ante Altare genibus nixus,** *Oremus* **« Deus, qui corda fidelium » recitavit. Intimato autem** *extra omnes* **ab Excmo Caerimoniarum Apostolicarum Praefecto, ianuae Sacelli clausae sunt, ab Helvetiis servatae militibus.**

Constitutione Pii XII *Vacantis Apostolicae Sedis* **et Motu Proprio Ioannis XXIII** *Summi Pontificis electio* **perlectis, Emi Patres iusiurandum, iuxta statutam formulam, dederunt. Deinceps, Sacellum ingressi, iusiurandum coram Patrum Cardinalium coetu dederunt etiam, iuxta praescriptam formulam: Exc. P. D. Fridericus Callori di Vignale, Praefectus Palatii Apostolici et Conclavis Gubernator; Exc. D. Princeps Sigismundus Chigi Albani della Rovere, Custos Conclavis ; Exc. P. D. Aloisius Centoz, Vice-Camerarius S. R. E., cum Auditore Generali, Thesaurario et Praelatis Clericis Notariisque R. C. A. ; itemque Excmi Archiepiscopi et Episcopi Solio adsistentes, Auditores S. R. Rotae, Votantes Signaturae Apostolicae, ceterique Praelati quibus custodia Conclavis committenda erat.**

His expletis, Emi Patres suam quisque cellam adiverunt, nobili comitante Dominici Lateris Protectore.

CLAUSURA CONCLAVIS

Inde Conclave intus et foris claudebatur. De qua clausura interna et externa haec confecta sunt instrumenta :

I

ROGITUS CLAUSURAE INTERNAE CONCLAVIS

In Nomine Domini. Amen.

Universis ac singulis hoc publicum instrumentum visuris, lecturis et audituris notum sit quod die undevigesima mensis Iunii, anno millesimo nongentesimo sexagesimo tertio, hora vigesima, Eminentissimi ac Reverendissimi Domini, Dominus Eugenius Tisserant, Sacri Collegii Decanus, Dominus Emmanuel Gonçalves Cerejeira, Prior Presbyterorum et Dominus Alafridus Ottaviani, Proto-Diaconus, ac Dominus Benedictus Aloisi Masella, S. R. E. Camerarius, una mecum ac testibus infrascriptis, Apostolica Sede per obitum sa. me. Ioannis Papae XXIII vacante, totum Conclave perlustrarunt, quod diligenti adhibita perquisitione muris obstructum et ex omni parte clausum repererunt, atque exclusis omnibus qui in eo permanere non debebant, ianuam tribus clavibus obfirmarunt; hoc ipsum Conclave in eo statu esse iudicarunt ac reperiri ut tuto et legitime possit ad electionem Romani Pontificis deveniri, iuxta Apostolicas Constitutiones de Sede vacante et de Romani Pontificis electione.

Acta fuerunt haec in Palatio Apostolico Vaticano, in ipso Conclavi, anno, mense, die et hora de quibus supra, praesentibus Excellentissimo Domino Francisco Carpino, Archiepiscopo tit. Serdicensi, Conclavis Secretario, et Revmis Dominis Salvatore Capoferri et Adone Terzariol, consociis meis Caeremoniarum Apostolicarum Magistris, testibus per me adhibitis atque rogatis.

f Franciscus Carpino, *Secretarius*
Salvator Capoferri, *Apost. Caerem. Magister*
Ado Terzariol, *Apost. Caerem. Magister*
f Henricus Dante Archiep. Carpasien.
Caerem. Apost. Praefectus

II

ISTRUMENTO DELLA CHIUSURA ESTERNA DEL CONCLAVE

In nome di Dio - Così sia

Sede vacante per la morte della sa. me. di Giovanni Papa XXIII

Oggi deciannove del mese di giugno dell'anno millenovecentosessantatre Pillino e Revmo Mons. Federico Sargolini, decano dei Prelati Chierici della Reverenda Camera Apostolica, insieme a me sottoscritto Avv. Guglielmo Felici, Segretario e Cancelliere della medesima Reverenda Camera Apostolica e Notaio di Camera, in virtù del disposto (n. CU) della costituzione di Pio XI di sa. me. « Ad incrementum decoris », riportato al n. 62 della costituzione ((Vacantis Apostolicae Sedis », pubblicata da Pio XII di sa. me. e riformata da Giovanni Papa XXIII di sa. me., essendo stato insieme a me sottoscritto specialmente delegato da Sua Eminenza Reverendissima il Signor Cardinale Benedetto Aloisi Masella, Camerlengo di Santa Romana Chiesa, a rogare l'atto della chiusura esterna del Conclave nel Palazzo Apostolico Vaticano durante la presente Sede Vacante, si è recato nel detto Palazzo Vaticano e precisamente nella attuale residenza di Sua Eccellenza il Principe Don Sigismondo Chigi Albani della Rovere, Maresciallo perpetuo di Santa Romana Chiesa e Custode del Conclave, residenza che trovasi nella scala nuova detta di Pio IX, prima della porta di accesso al cortile di San Damaso.

L'Illmo e Revmo Mons. Sargolini, sempre insieme a me sottoscritto Notaio, acceduto nella suddetta residenza ed introdotto negli appartamenti, vi ha trovato Sua Eccellenza Don Sigismondo Chigi Albani della Rovere, figlio della eh. me. il Principe Don Ludovico, Maresciallo perpetuo di Santa Romana Chiesa, Custode del Conclave, Principe del Sacro Romano Impero, di Farnese e Campagnano, Nobile Patrizio Coscritto Romano, Duca dell'Ariccia e di Formello, Marchese di Magliano, Signore di Cesano, Sacrofano e Castelfusano, Barone dell'Olgiata, ecc., residente ordinariamente in Roma - Viale Mazzini, n. 11, insieme con Sua Eccellenza Illma e Revma Mons. Federico Callori di Vignale, Prelato Governatore del Conclave, Pillino Signor Prof. Gr. Uff. Camillo Corsanego, Avvocato del S. Concistoro, Commissario generale del Conclave, e Sua Ecc.za Revma Mons. Primo Principi, Arciv. tit. di Tiana, f. f. di Governatore dello Stato della Città del Vaticano. Sono anche presenti gli Eccnii Prelati Camerali, i Prelati Chierici della Reverenda Camera Apostolica ed il Comm. A. Rinaldi, Sostituto Segretario e Cancelliere della Reverenda Camera Apostolica.

Poco dopo tale accesso, alle ore 18 circa, si sono presentati negli appartamenti suddetti i Rev.mi Mons. Mario Pompedda e Marcello, Rossetti, Maestri delle Cerimonie Apostoliche, inviati dagli Elmi Signori Cardinali Camerlengo di Santa Romana Chiesa e Capi d'Ordine, annunziando che è giunta l'ora della chiusura del Conclave.

A seguito di tale annunzio Sua Ecc.za il Principe Maresciallo Custode, insieme a Sua Ecc.za Revma il Prelato Governatore del Conclave, unitamente alle sullodate Personalità, circondata dai Capitani della Guardia destinata alla custodia delle rote del Conclave e da alcuni Militi della Guardia Svizzera e dalla sua nobile Corte, si è mossa alla volta del cortile di San Damaso. Ivi giunta ha incontrato il corteo degli Emi Signori Cardinali Benedetto Aloisi Masella, Camerlengo di Santa Romana Chiesa, Eugenio Tisserant, decano del S. Collegio e primo dell'Ordine dei Vescovi, Manuel Gonçalves Cerejeira, primo dell'Ordine dei Preti, ed Alfredo Ottaviani, primo dell'Ordine dei Diaconi. Dopo i dovuti ossequi si è composto un unico Corteo, a capo del quale incedono le prelodate Eminenze Reverendissime.

Questo nobilissimo Corteo, transitando per il cortile cosiddetto dei Pappagalli, ha fatto accesso alla chiusura secondaria del Conclave, costruita nell'arco che divide il cortile della Torre Borgia da quello già detto dei Pappagalli.

Alla presenza degli Emi Signori Cardinali sullodati, di Sua Ecc.za

il Principe Maresciallo Custode, di Sua Ecc.za il Prelato Governatore del Conclave, dell'HMo Signor Commissario gen. del Conclave, di Sua Ecc.za Monsignor f. f. di Governatore dello S. C. V., dell'Olmo e Revmo Mons. decano dei Prelati Chierici della Reverenda Camera Apostolica, di me sottoscritto Notaio di Camera e degli altri Ecc.mi e Revmi Componenti la Rev.da Camera Apostolica e delle succitate Personalità si è proceduto alla chiusura — all'interno — di una delle porte di legno del passaggio, che fra i due cortili suddetti è stato lasciato nel suddescritto arco per il transito dei rifornimenti.

Dopo che si è effettuata la chiusura secondaria del Conclave, il suddescritto nobilissimo Corteo, avendo sempre a capo gli Enìi Signori Cardinali Camerlengo di Santa Romana Chiesa e Capi d'Ordine, si è rimesso in moto e, passando per il cortile dei Pappagalli, è entrato nel cortile di San Damaso, procedendo verso l'altra chiusura del Conclave, preparata nel fondo del detto Cortile là dove si accede alla nuova scala detta di Pio IX.

Ivi giunte le Eminenze Reverendissime e tutte le sullodate Personalità hanno sostato. Sono, quindi, state effettuate le debite verifiche e provate le serrature della porta interna ed esterna. Si è esaminato anche il regolare funzionamento delle rote e la sicurezza dei rispettivi sportelli di chiusura. Indi Sua Ecc.za Revma Mons. Enrico Dante, Arcivesc. tit. di Carpasia, Prefetto delle Cerimonie Apostoliche, ad alta voce ha pronunciato : « Extra omnes ».

Dopo tali parole tutti coloro che sono al seguito di così imponente Corteo e che sono rimasti nel cortile di S. Damaso sono usciti dal detto Cortile. Allora gli Enìi Signori Cardinali Camerlengo di Santa Romana Chiesa e Capi d'Ordine, insieme a Sua Ecc.za Revma Mons. Prefetto delle Cerimonie Apostoliche, hanno chiuso la porta interna del Conclave, mentre Sua Ecc.za il Principe Maresciallo Custode ha serrato la porta esterna del Conclave, prendendone in consegna la relativa chiave, che resta affidata alla sua custodia.

In tale guisa alle ore 19 si è formalmente chiuso il Conclave.

Dopo di che la prelodata Eccellenza, unitamente a tutte le predette Personalità ecclesiastiche e laiche ed a me sottoscritto Notaio di Camera, sempre accompagnata dai Capitani della Guardia destinata alla custodia delle rote del Conclave e scortata da Militi della Guardia Svizzera, discende la scala detta di Pio IX e, transitando per la scala Regia ed alcune scale di secondaria importanza, giunge al cortile della Torre Borgia e si ferma dinanzi alla duplice porta di legno, che deve chiudere

dall'esterno. Infatti, tolte da una borsa di velluto rosso le chiavi all'uopo ricevute, Sua Ecc.za il Principe Maresciallo Custode dinanzi a tutte le sullodate Personalità chiude la suddetta duplice porta di legno della chiusura secondaria del Conclave, costruita per il passaggio dei rifornimenti nell'arco che trovasi tra il cortile della Torre Borgia ed il cortile dei Pappagalli.

Ciò compiuto, l'Eccmo Principe Maresciallo Custode, sempre con il sullodató accompagno, attraverso la Scala Regia torna nella scala detta di Pio IX, ivi giunto sosta nell'appartamento detto del Maestro di Camera e precisamente nella sala verde del detto appartamento, preparata per il rogito del presente atto.

E perchè tutto quanto sopra descritto consti in perpetuo, si è redatto il presente verbale, che, letto ed approvato, viene sottoscritto da tutte le illustri Personalità intervenute.

Sigismondo Chigi Albani
P. Callori di Vignale, *Governatore del Conclave*
Camillo Corsanego, *Commissario del Conclave*
f Primo Principi, /./. *Governatore dello S. C.* **V.**
Federico Sargolini, *Decano dei Chierici della Camera Apostolica*
Filippo Lancellotti, *teste*
Averardo Salviati, *teste*
Mario F. Pompedda, *Cerimoniere Pontificio, teste*
Marcello Rossetti, *Cerimoniere Pontificio, teste*
Mariano De Nicolò, *Cerimoniere Pontificio, teste*
Giovanni Sessolo, *Prelato Chierico della R. C. A.*
Mario Crovini, *Prelato Chierico della R. C. A.*
Filippo Caffarelli, *Capitano di Rota*
Francesco Ladelci, *Capitano di Rota*
Raffaello Berni, *Capitano di Rota*
Uguccione Scroffa, *Capitano della Rota*
Col. B. Nünlist, *Comandante della Guardia Svizzera Pontificia*
Antonio Alessandri, *Capitano addetto al Maresciallo*
Giovanni Giovannini, *Segretario del Maggiordomato*
P. Carmelo Cassati, M. S. C, *Ufficiale del Maggiordomato*
Antonio Rinaldi, *Sostituto Segretario e Cancelliere della R. C. A.*
Guglielmo Felici, *Notaio di Camera*

TEMPOEE CONCLAVIS

Ad ea moderanda quae ad exteriorem habitum Eminentissimorum Patrum et eorumdem familiarium pertinerent; Exc. P. D. **Caerimoniarum Apostolicarum Praefectus hanc ediderat praescriptionem:**

DISPOSIZIONI PER IL VESTIARIO DA USARSI DAGLI EMI SIGNORI CARDINALI E DALLA LORO CORTE DURANTE IL CONCLAVE

Gli Eminentissimi Signori Cardinali nella Messa privata *De Spiritu Sancto,* **che ascolteranno nei giorni del Conclave, e durante gli scrutini, useranno la sottana violacea, il rocchetto liscio e la mozzetta violacea di lana, con fascia con fiocchi d'oro e la Croce pettorale con il consueto cordone rosso-oro.**

Faranno portare anche la Cappa di seta violacea senza pelli di ermellino, il rocchetto griccio, e la fascia violacea di seta ondata con i fiocchi d'oro, che indosseranno nella seconda adorazione dell'Eletto Pontefice.

I Conclavisti useranno sempre la sottana ed il ferraiolone di color nero, e porteranno seco una cotta per l'assistenza alla Messa privata del proprio Emo Cardinale.

I domestici indosseranno vestito nero con calzone lungo e cravatta bianca, e porteranno anche il f rack.

Gli Eminentissimi Signori Cardinali si rendono avvisati che nella prima mattina del Conclave, alle ore 8.30, la Messa letta *De Spiritu Sancto,* **alla quale tutti gli Enìi dovranno assistere, sarà celebrata dall'Emo Signor Cardinale Decano.**

Per mandato del Sacro Collegio

f ENRICO DANTE, Arciv. di Carpasia
Prefetto delle Cérémonie Apostoliche

Ab Excmo Sacri Collegii Secretario, iuxta normas ab Emis Patribus datas, hic editus est

ORDO CONCLAVIS

Feria IV, die 19 Iunii 1963

MANE

1. Emi Domini Cardinales ad Sacrarium Basilicae Vaticanae hora 9,15 accèdent.

2. Emus Card. Eugenius Tisserant, Episcopus Ostiensis, Portuensis et S. Rufinae ac Decanus Sacri Collegii, Missam solemnem *de Spiritu Sancto* **celebrabit in Basilica Vaticana hora 9,30.**

Emi Cardinales, vestibus laneis, rocheto simplici et cappis laneis violaceis sine pellibus ermellineis induti, adsistent.

Post Missam habebitur oratio *de eligendo Summo Pontifice.*

In Palatio Vaticano, in Aula Consistoriali, habebitur deinde consueta Congregatio Generalis praeparatoria.

VESPERE

3. Emi Cardinales, cum suis Conclavistis, hora 16,30 ad Palatium Vaticanum advenient.

Hora 17 Emi Patres, vestibus et mozzeta violaceis laneis cum zona serica eiusdem coloris et rocheto simplici conveniunt in Sacellum Paulinum, et facta oratione, processionaliter Conclave ingrediuntur. Magister Caeremoniarum, Crucem Papalem ferens, procedit ; sequuntur Cardinales iuxta ordinem praecedentiae ; Crucem praecedunt familiares Cardinalium, et immediate cantores hymnum *Veni Creator* **cantantes ; post Cardinales sequuntur Praelati. Cum in Sacellum Sixtinum pervenerint, Cardinalis Decanus apud altare dicit orationem** *Deus qui corda fidelium,* **qua absoluta Praefectus Caeremoniarum intimât** *extra omnes* **e Sacello.**

4. Legitur Constitutio de Sede Apostolica vacante et de Romani Pontificis electione (praetermissis iis quae res iam peractas respiciunt).

5. Emi Patres iterum praescriptum iuramentum emittunt.

6. Emus Decanus breviter Emos Patres alloquitur.

Dein iuramentum praestant : Secretarius Conclavis, Praefectus Caeremoniarum, Gubernator Conclavis, Mareschallus-Custos Conclavis et Praelati ad custodiam Rotarum deputati. Quibus expletis Emi Patres ad cellas redeunt; exceptis Cardinalibus in ordine prioribus et Cardinale Camerario, qui in Sacello remanent, ut ad clausuram Conclavis procedant.

Feria V, die 20 Iunii 1963

MANE

7. Post campanulae sonitum, hora 9, Emi Patres cum mozzeta violacea et rocheto simplici convenient in Sacellum Sixtinum.

8. Emus Decanus Missam lectam celebrabit; in qua, si qui Cardinalis, quavis de causa, se a sacro peragendo abstinuerit, ad sacram Synaxin accedet.

9. Recitato ab Excmo Sacrista hymno *Veni Creator* **cum propria oratione, Praefectus Caremoniarum rogita de clausura interna et externa Conclavis perlegit.**

10 Emi Cardinales ad electionem procedunt ; schedulis distributis, ultimis Cardinalis Diaconus sorte extrahit nomina trium Cardinalium *Scrutatorum)* **trium** *Deputatorum* **pro votis infirmorum, si casus ferat, et trium** *Recognitorum.*

11. Enìi Cardinales scrutinii actus peragunt. Ante schedularum inscriptionem, Secretarius Conclavis et Praefectus Caeremoniarum exeunt e Sacello, cuius ostium ultimus Cardinalis Diaconus claudit.

12. Si electio haud secuta fuerit, immediate ad secundum scrutinium proceditur.

Quo peracto, Cardinalis Diaconus ultimus vocat Secretarium Conclavis et Praefectum cum Magistris Caeremoniarum, ut Scrutatores coadiuvent in comburendis schedulis.

VESPERE

13. Sonitu campanulae, hora 16, Emi Patres, cum mozzeta violacea et rocheto simplici, pergent ad Sixtinum Sacellum, ibique, recitato hymno *Veni Creator* **cum propria oratione a Sacrista, locum habebunt primum et, si opus fuerit, secundum scrutinium.**

Feria VI, die 21 Iunii 1963

MANE

14. Hora 9 Sacrista Missam lectam celebrabit in Sacello Sixtino.

Illuc advenient Emi Patres. Recitato a Sacrista consueto hymno cum oratione, scrutinia peragentur.

VESPERE ET DIEBUS SUCCESSIVIS

15. Omnia fient ut in praecedentibus, si adhuc ad ulteriora scrutinia sit procedendum.

Tertia autem die post Conclavis ingressum officium Cardinalium antiquarum in ordine expirat, et tres sequentes Cardinales in unoquoque ordine tertia quoque die succedunt.

In die electionis Pontificis

16. Electione facta, ultimus Cardinalis Diaconus statim Secretarium Conclavis et Praefectum Caeremoniarum vocat.

17. Cardinalis Decanus, S. Collegii nomine, Pontificem electum interrogat : « Acceptasne electionem de Te canonice factam in Romanum Pontificem? » et responsione affirmativa habita, iterum rogat: «Quo nomine vis vocari? ».

Pontifex nomen dat.

18. Statim Praefectus Caeremoniarum rogitum acceptationis redigit.

19. Pontifex electus, vestibus sibi propriis in sacristia indutus, in Sacellum redit, et in sedia gestatoria ante altare posita sedit.

Emi Patres primam adorationem exhibent.

20. Interim schedulae comburuntur.

21. Cardinalis Protodiaconus electum Pontificem e loco « Loggia esterna delle Benedizioni » elata voce populo annuntiat.

22. Paulo post ipse Pontifex ex eodem loco Apostolicam Benedictionem *Urbi* **et** *Orbi* **impertit.**

23. Sequitur deinde secunda adoratio, quam cappis violaceis induti Cardinales peragunt.

24. Secretarius Conclavis a Pontifice invocat ordinem aperiendi Conclave : quo obtento, S. R. E. Camerarius ipsum aperit.

L'argomento infatti riguardante la vita soprannaturale del cristiano non è dottrina che si possa ignorare, o considerare secondaria nel disegno religioso, di cui tutti normalmente dobbiamo essere informati ed osservanti; è, come ognuno sa, fondamentale, e costituisce il nucleo profondo, originale ed essenziale dei rapporti che Cristo ha instaurato con l'umanità che gli vuole essere seguace, e a lui congiunta non solo per via di semplice fedeltà ma per via altresì di comunione vitale. Del resto, l'Azione Cattolica Italiana non è nuova a questo studio, che formò oggetto di particolare attenzione e divulgazione fino dai primi anni del suo presente ordinamento; ed il ritorno che ora vi sta facendo sembra per diverse ragioni opportuno. Il Concilio, come è stato detto, reclama una più attenta conoscenza della vita non solo esteriore, ma altresì interiore della Chiesa; per di più, coloro che si dedicano all'attività pratica della testimonianza cattolica hanno più d'ogni altro bisogno e dovere di alimentare in se stessi la cognizione, la realtà e in un certo senso la coscienza del vivo e personale contatto con Cristo, mediante la grazia, cioè mediante un rapporto religioso soprannaturale, in modo da sperimentare in se stessi e da mostrare agli altri che la loro fede non è una manifestazione convenzionale di date forme di pensiero o di costume o di rito, ma un principio vitale che conferisce assoluta sincerità alla loro professione religiosa, una convinzione personale, una intima sorgente di bontà, di vigore e di letizia, un'esuberanza interiore che trabocca in quella carità esteriore, a cui diamo il nome di apostolato.

E che occorra oggi anche per i Cattolici rifarsi al riconoscimento di questa soprannaturale essenzialità religiosa, dove il mistero della grazia, e perciò l'esercizio umile e pio della preghiera, della liturgia e della vita sacramentale, ha il suo primato, è suggerito anche dal fatto che si pronunciano talvolta nel nostro campo alcune tendenze, con indirizzo moralistico le une, culturale le altre, che vogliono ancora chiamarsi cristiane, e che vogliono anzi apparire più autenticamente cristiane ponendosi in atteggiamenti critici ed insofferenti rispetto a tante forme comuni della vita cattolica, accusandole di convenzionalità, di esteriorità e di mediocrità; ma che non danno poi al contatto con la Chiesa e con le fonti vive di Parola e di Presenza di Cristo, che solo da lei sca-

turiscono, l'importanza prevalente e decisiva, che tale contatto si merita.

Così che dobbiamo essere lieti dell'impegno che quest'anno l'Azione Cattolica Italiana, voi promotori, si assume di studiare la dottrina e di incrementare la pratica della vita soprannaturale ; e nell'esprimere questa Nostra compiacenza Ci conforta una duplice certezza : la prima, che tale impegno non vi distoglierà dagli altri impegni, ai quali il programma operativo della stessa Azione Cattolica vi astringe. Cotesto interesse per un tema religioso tanto alto e delicato non vuol attenuare l'interesse doveroso che rivolgete alle molteplici forme della vostra attività; non è un'evasione dalla stringenza dei problemi pratici a cui l'Azione Cattolica deve attendere; sì bene, come si diceva, tale superiore interesse vuol essere la ricerca delle ragioni e delle energie profonde per cui cotesti problemi trovano considerazione e, Dio voglia, soluzione.

La seconda certezza si è che voi, alunni tutti di questa grande palestra di virtuoso operare ch'è l'Azione Cattolica, e maestri anche del senso e del costume cristiano, vorrete sempre ricordare che la vita soprannaturale, se corregge, se informa, se santifica quella naturale, non la dimentica, non la distrugge ; che anzi la perfeziona e la sviluppa, cavando dal fondo della vita umana capacità inerti e sepolte, e dando ai principi sani che la sorreggono un vigore nuovo, uno splendore nuovo. Vogliamo dire che il culto delle virtù naturali, quali principalmente quelle che cardinali si chiamano, non sarà trascurato, mentre date alle virtù ed alle dottrine della vita soprannaturale tutto il vostro interesse. Vogliamo anzi auspicare che anche sotto questo rispetto l'Azione Cattolica continuerà a fare onore alle sue tradizioni, educando i suoi soci a quella saggezza, a quel senso di giustizia, a quella austerità, a quel vigore morale, a quella lealtà di parola e di contegno, a quella fraternità e generosità di rapporti, a quella limpidità di costume, a quella letizia semplice e spontanea, a quella capacità di amicizia che hanno sempre caratterizzato la sua educazione e che hanno reso esemplari tante magnifiche figure del Laicato cattolico.

Grati a voi che questi pensieri e questi voti Ci suggerite, tutti di cuore vi benediciamo.

NUNTIUS SCRIPTO DATUS

Ad E.mum P. D. Radulfum S. R. E. Card. Silva Henriquez, Archiepiscopum Sancti Iacobi in Chile, cum nova statio radiophonica v. « Radio Chilena » aetherias dicere undas coepisset.

Al inaugurarse las nuevas instalaciones de « Radio Chilena » con un moderno equipo trasmisor, viene espontáneo a Nuestra mente el deseo del Salmista : « Que toda la tierra te adore a Ti y cante tu nombre)) ; ((Tota terra adoret te et cantet tibi, cantet nomen tuum »^ La « Radio Chilena », ahora más que nunca, quiere ser un canto a la gloria de Dios, alabanza bullisiosa y alegre de su santo nombre.

Nuestro corazón se llena de gozo porque ya Nos parece ver multiplicados los frutos de bendición que este don de Dios ha producido : su mensaje, valorizando ahora, gracias también al interés de ésta Sede Apostólica, con una mayor eficiencia técnica, seguirá enriqueciendo la vida religiosa y social del católico pueblo chileno, y en los hogares y reuniones o en la soledad y aislamiento seguirá penetrando con la voz amiga de quien consuela y anima, cual rayo de luz que disipa tinieblas, como invitación a una conducta honesta, en sus palabras de serenidad y reposo tras el trabajo agotador de la jornada.

Luz sobre el monte, ((sermo Dei » que corre por valles y cordilleras glorificando al Creador,[2] pan de la cultura de cada día, escuela de educación ; ; qué bellos ideales estos para prender en el alma de cuantos dedican sus energías, su tiempo, su generosidad al apostolado de los medios de difusión !

Quisiéramos poner en todas las palabras de este saludo una vibración de especial afecto para cada uno de los hijos de ese amado País, dócil a la verdad evangélica, fiel a sus tradiciones católicas, custodio esforzado de su rico patrimonio espiritual.

Va a ti en particular, querido Hijo, la manifestación de Nuestra complacencia por el celo con que te prodigas en conservar y renovar la vida religiosa de esa Arquidiócesis. Para tus colaboradores: clèro, comunidades religiosas y miembros del Meado, estas líneas dejan constancia

1 *Ps.* 65, 4.
2 cfr. *2 Thes.* 3, 1.

de Nuestro aliento y benevolencia. Invocando a los Santos Angeles mensajeros del Altísimo, para que les protejan y asistan, enviamos a los dirigentes, técnicos y personal de « Radio Chilena », lo mismo que a todos sus radioescuchas, Nuestra especial Bendición Apostólica.

El Vaticano, 18 de iulio de 1963.

PAULUS PP. VI

NUNTIUS TELEGRAPmCUS

Ad Exc.mum P. D. Iosephum Ujcic, Archiepiscopum Belogradensem, Scopiensis dioecesis regione ingenti terrae concussu vastata.*

Summo moerore affecti ob tristissimas ruinas quibus Scopiensis dioecesis regio vastata est, dolorem totius nobilis Iugoslaviae nationis imo ex pectore participamus, fusis praesertim ad Deum precibus, ut peremptis aeternam caelorum pacem concedat omnesque calamitosos sua gratia soletur. Dumque tibi committimus ut cum ecclesiasticis civilibusque auctoritatibus et dilecto vestro populo hosce animi nostri sensus communices, Apostolicam Benedictionem, superni roboris pignus, peramanter impertimus.

PAULUS PP. VI

* Die 27 Iulii mensis a. 1963.

ACTA IOANNIS PP. XXIII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

PAPANTLENSIS ET ALIARUM
(TÜXPANIENSIS)

E dioecesibus Papantlensi, Huejutlensi, Tampicensi et Tulancingensi quaedam territoria distrahuntur, quibus nova dioecesis conditur, *Tuxpaniensis* appellanda.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Non latet Nos sapientiorem singularum Ecclesiarum dispositionem saepissime valde conducere ad christianam familiam fovendam ac populorum fidem provehendam. Cum igitur venerabilis Frater Aloisius Raimondi, Archiepiscopus titulo Tarsensis et in Republica Mexicana Apostolicus Delegatus ab hac Apostolica Sede petierit ut, aliquot a dioecesium Papantlensis, Huejutlensis, Tulancingensis et Tampicensis ambitu distractis territoriis, nova dioecesis conderetur, Nos firma et certa spe id posse christianae religioni ibi conferre, opportunum censemus adhibitis precibus concedere. Qua de re, post sententiam rogatos venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales qui rebus Consistorialibus praesunt, auditisque venerabilibus Fratribus Episcopis, quos negotium contingit, consensum insuper supplentes eorum omnium qui ius aliquod habeant in hac re, vel se putent habere, Apostolica Nostra potestate haec quae sequuntur statuimus et iubemus. A dioecesi Papantlensi municipia separamus quae vulgo cognominantur Tuxpan, Amatlán, Citlaltepec, Chinampa de Gorostiza, Chontla, Ixcatepec, Ozuluama, Tamalin, Tamiahua, Tancoco, Tantima, Teayo, Temapache, Tepetzintla, Tihuatlán; item a dioecesi Huejutlensi municipia quibus nomina Benito Juárez,

Chalma, Chiconamel, Chicontepec, Ilamatlán, Ixhuatlán de Madero, Plantón Sánchez, Tantoyuca, Tempoal, Zontecomatlán ; a dioecesi autem Tulacingensi municipia Huayacocotla, Texcatepec, Tlachichilco et Zacualpan cognominata ; a dioecesi denique Tampicensi municipia quibus nomina Panuco, Pueblo Viejo et Tampico Alto ; quae omnia territoria in novam dioecesim redigimus, iisdem finibus circumscribendam ac municipia simul sumpta quibus constat, prout nunc terminan tur, quae *Tuœpaniensis* **appellabitur. Nova ergo dioecesis confinis erit : ad septentrionem dioecesi Tampicensi; ad meridiem dioecesi Papantlensi; ad orientem autem solem Sinui Mexicano; ad occidentem denique dioecesibus Tulancingensi, Huejutlensi et Vallipolitanae. Sedem Episcopi eiusque domicilium in ea urbe collocari volumus quae Tuxpan vulgato nomine appellatur; cathedram vero suae potestatis et magisterii collocabit idem Antistes in templo curiali ibi exstante B. M. V. in caelum Assumptae dicato, quod ex hoc temporis ad gradum et dignitatem cathedralis aedis evehimus debita iura et honores dantes ; quae etiam Episcopo facimus eiusque successoribus, cum debitis obligationibus. Modo conditam dioecesim Tuxpaniensem metropolitanae Ecclesiae Jalapensi subicimus tamquam suffraganeam ; item Praesul metropolitanae iurisdictioni Archiepiscopi Jalapensis erit obnoxius. Canonicorum collegium condatur, ad normas per alias sub plumbo Litteras edendas ; quoadusque autem id fiat Episcopus Consultores dioecesanos deligat, ad iuris normam, qui consilio et opera iuvent. Qui vero iuvenes ad sacerdotium capessendum vocentur, iis educandis Seminarium saltem minus aedificetur, iuxta normas communes et leges a Sacro Consilio de Seminariis et Studiorum Universitatibus latas. Ex quo lectissimi iuvenes Romam mittantur ut ecclesiasticis disciplinis sincere imbuantur, Collegio Piano Latino Americano recepti. Ad mensam episcopalem quod attinet, eam constituent sive bona quae novae dioecesi ad normam canonis 1500 C. I. C. obvenient, sive Curiae emolumenta, sive denique a christianis oblata dona. Itidem dioecesis regimen et administratio, electio Vicarii Capitularis, Sede vacante, cleri et populi iura, cetera eiusmodi Iuris Canonici praescriptis omnino temperentur. Volumus praeterea ut, simul ac hae Litterae Nostrae ad effectum deductae fuerint, sacerdotes qui in territorio novae dioecesis officium aut ecclesiasticum beneficium habeant, huic ascripti sint; ceteri vero clerici seminariique tirones dioecesi illi accenseantur in cuius territorio legitimum habeant domicilium. Ut par est, ea documenta et acta quae aliquo modo novam dioecesim Tuxpa-**

mensem respiciant, qnam primum e Curiis episcopalibus dioecesium Papantlensis, Huejutlensis, Tulancingensis et Tampicensis ad eiusdem tabularium mittantur, religiose custodienda. Mandamus postremo ut quae bisce Litteris praescripsimus venerabilis Frater Aloisius Raimondi, quem memoravimus, efficienda curet, cui debitas facultates facimus, vel ille qui eo tempore quo haec decreta ad effectum deducentur Apostolicae Delegationi in Mexicana Republica praeerit. Poterunt, ipsi scilicet et alium delegare, dummodo in ecclesiastica dignitate constitutum ; qui tamen negotium perficiet, onus habebit confectae rei documenta exarare, eaque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittere.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostraß documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die nono mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIER!
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam, Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco >£ Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXI, n. 90.

II

S, PAULI IN BRASILIA - TAUBATENS1S
(CRUCISMOGENSIS)

Ex Ecclesiis S. Pauli in Brasilia et Taubatensi quaedam territoria detrahuntur, quibus nova efficitur dioecesis « Crucismogensis » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo christiana fides et religio maiora in Brasiliana Republica caperet incrementa, censuit venerabilis Prater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi et in Brasilia Apostolicus Nuntius, bene fieri si quibusdam territoriis a Sedibus S. Pauli et Taubatensi separatis, nova ibidem dioecesis conderetur. Quam sententiam sane probantes, post auditos Ordinarios Praesules, quorum interesset, ac venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi Consistoriali praepositos, de Nostra apostolica auctoritate haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. Ab archidioecesi S. Pauli in Brasilia haec municipia dividimus, prout lege civili terminantur : Mogi das Cruzes, Arujá, Ferraz de Vasconcellos, Guararema, Guarulhos, Itaquaquecetuba, Poá, Suzano ; a dioecesi vero Taubatensi, ea quae sequuntur municipia, item ut lex civilis definit : Igaratá, Salesopólis, Santa Isabel. Quibus terris novam dioecesim condimus, *Grucismogensem* **appellandam, cuius sedes in urbe quam vulgo Mogi das Cruzes cognominant erit, in qua Episcopus domicilium collocabit, cathedra in templo S. Annae, matris B. M. V., posita in eadem civitate. Hoc scilicet in templorum cathedralium ordinem redigimus, cum iustis privilegiis et honoribus. Dioecesim Crucismogensem Sedi S. Pauli in Brasilia suffraganeam facimus; cuius sacri Praesulis erit sive cathedrale Collegium Canonicorum constituendum curare ad normas per alias sub plumbo Litteras edendas, sive etiam Seminarium condendum, iuxta leges iuris communis et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus. Quod ab eo gravi praecepto perfici iubemus. Dum autem sacer Praesul Canonicorum coetum constituat, facultatem facimus ut eorum loco Consultores dioecesani deligantur, consilio et labore iuvaturi. Mensam episcopalem, quam dicunt, efficient : Curiae proventus, fidelium christianorum collationes, dos quam civilis auctoritas dabit, pars tandem bonorum quae novae Eccle-**

siae provenient iuxta canonem 1500 Codicis Iuris Canonici. Curet etiam Episcopus Crucismogensis ut cum tempus fuerit optimos quosque iuvenes, qui in sno Seminario pietate ac doctrina niteant, Romam mittat, ut in Collegio Pontificio Piano Brasiliano philosophiae ac sacrae theologiae operam dent. Ad clerum tandem quod attinet, id censemus ut simul ac hae Litterae Nostrae fuerint ad exitum deductae, Sacerdotes qui in territorio novae circumscriptionis beneficium vel officium habeant eidem ascribantur, ceteri clerici ei Sedi in cuius territorio legitime degant. Documenta postremo et acta quae ad conditam Ecclesiam respiciant, ad eius Curiam episcopalem mittantur, ibique in tabulario religiose custodiantur. Ceterum volumus ut has Litteras Nostras venerabilis Frater Armandus Lombardi exsequatur, vel per se ipse, vel per alium. Acta vero re, idem documenta exarari faciat, eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittat.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum èfficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die nono mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton.* ***Apost.***

Loco *Cß* Plumbi

In Ap. Conc. tab., vol. CX, n. 78.

III
VERAE CRUCIS SEU IALAPENSIS
S. ANDREAE DE TUXTLA
(VEEAE CRUCIS)

Ab Ecclesiis Verae Crucis seu lalapensi et S. Andreae de Tuxtla quaedam territoria detrahuntur, quibus nova dioecesis efficitur, *Verae Crucis* appellanda.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Populorum bono inservire cupiens, qui Mexicanam ditionem incolunt, petiit venerabilis Frater Aloisius Raimondi, Archiepiscopus titulo Tarsensis in eademque Republica Apostolicus Delegatus, ut detractis quibusdam territoriis ex amplissimis regionibus quibus Ecclesiae Verae Crucis seu Ialapensis et Sancti Andreae de Tuxtla efformantur, nova quaedam dioecesis conderetur. Quibus precibus accedere volentes, qui christiano gregi Dei voluntate praesumus, post consilium petitum a venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationi rebus Consistorialibus expediendis praepositis, sententiamque rogatos venerabiles Fratres Emmanuelem Pium López Estrada, sacrum Verae Crucis archidioecesis Antistitem, et Iesum Villareal et Fierro, Episcopum S. Andreae de Tuxtla, id rati posse nonnihil boni ei regioni conferre, Nostra summa et apostolica auctoritate haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. E territorio Ecclesiae Verae Crucis seu Ialapensis sequentia municipia separamus vulgo cognoniinata : Alvarado, Boca del Rio, Cotaxtla, Ignacio de la Llave, Jamapa, La Antigua, Manlio F. Altamirano, Medellín, Paso de Ovejas, Puente Nacional, Soledad de Doblado, Tierra Blanca, Tlalixcoyan, Ursulo Galván et Veracruz; e dioecesi vero S. Andreae de Tuxtla, sequentia: Acula, Amatitlán, Casamaloapan, Santiago Ixmatlahuacán et Tlacotalpan. Quibus regionibus dioecesim constituimus, *Verae Crucis* appellandam iisdem limitibus terminandam ac municipia quibus constat. Ne autem aliqua nominis ambiguitas maneat, censemus ut in posterum Ecclesia Verae Crucis seu Ialapensis altera tantum appellatione cognominetur scilicet lalapensi. Novae dioecesis Verae Crucis confines erunt : ad septentrionem, archidioecesis Ialapensis ; ad orientem solem, Oceanus

Atlanticum; ad meridiem, dioecesis S. Andreae de Tuxtla; ad occidentem denique solem, archidioeceses Antequerensis et Ialapensis. Eius praeterea sedes in urbe Veracruz erit, qua in civitate Episcopus cathedram etiam suae auctoritatis statuet, in templo videlicet B. M. V. Caelo receptae, quod templi cathedralis honore decorabitur. Censemus insuper ut nova circumscriptio lalapensi archidioecesi tamquam suffraganea subdatur, sicut et eiusdem Praesul Archiepiscopo Metropolitae lalapensi erit obnoxius. Sacer Verae Crucis Episcopus quam primum Seminarium saltem minus erigi curabit iuxta regulas a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus traditas et Iuris Canonici normas. Item Collegium Canonicorum constituet, quibus sive consiliis habendis utatur, sive sacrarum caerimoniarum decori augendo. Interea tamen Consultores dioecesanos constituat, quorum opera et labore frui poterit. Mensam episcopalem efficient : Curiae emolumenta ; fidelium collationes sponte datae ; congrua bonorum pars quae Sedi Verae Crucis obvenient divisis bonis et possessionibus Ecclesiarum Ialapensis et S. Andreae de Tuxtla, secundum canonem 1500 C. I. C. Vix autem atque hae Litterae Nostrae ad effectum deductae fuerint, sacerdotes ei Ecclesiae ascribantur in cuius territorio vel beneficium vel officium habeant; ceteri vero clerici et Seminarii tirones, eidem in qua legitimo domicilio degant ; ex his autem tironibus qui meliores fuerint, suo tempore Bomam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum, ubi philosophicis et theologicis disciplinis imbuantur. Decernimus postremo ut documenta et acta quae ad novam dioecesim respiciant ad eiusve cives, ad eius Curiam episcopalem transmittantur, ibique religiose in tabulario custodiantur. Ceterum has Litteras Nostras exsequendas curabit venerabilis Frater Aloisius Raimondi, vel quem ipse delegaverit, facto onere rei actae documenta exarandi eaque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem mittendi. Quodsi eo tempore alius Apostolicae Delegationi in Mexico praesit, hic mandata Nostra haec facienda studebit.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica digni-

tate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die nono mensis Iunii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPBLLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
B. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco ffi Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXI, n. 88.

IY

LOLOENSIS

Apostolica Praefectura Loloënsis ad gradum dioecesis evehitur, eodem nomine atque finibus.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ut singula in rerum natura nascuntur ac splendescente sole adolescunt atque suo tempore laetissimis fructibus gaudent, ita et in Ecclesia sancta, quam Spiritus Sancti virtus iugi flamine alit ac roborat, singulae circumscriptiones ita crescunt ut et fragrantissimos virtutum induantur in flores, et, si labor accedat assiduus, suavissimis etiam fructibus christianae caritatis onustae niteant. Quod sane in Loloënsi Praefectura apostolica ita factum est, ut venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositi eandem censuerint ad dioecesis gradum esse evehendam. Re ergo bene reputata, de Nostra apostolica auctoritate haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. Apostolicam Praefecturam Loloënsem, Patribus Candidi et Canonici Ordinis Praemostratensis concreditam, ad gradum dioecesis evehimus, eodem nomine iisdemque finibus ; quod facientes illud intendimus ut nempe non solum meritae laudis testimonio eosdem Patres prosequamur, verum etiam animum addamus ad novos pro gloria Dei animorumque utilitate labores perferendos. Nova dioecesis Sedi metro-

politanae Coquilhatvillensi suffraganea erit; item eius Praesul sacro Antistiti eiusdem Ecclesiae erit obnoxius. Idem praeterea sedem domiciliumque suum in urbe, quam Lolo cognominant, ponet, cathedra in templo civitatis principe collocata. Canonicorum coetus condatur ; quod tamen si ad praesens fieri nequeat, eorum loco Consultores dioecesani deligantur, quorum opera et consilio Episcopus utatur. Cum vero Canonicorum Collegium constituetur, tunc sane Consultores a suo oificio cessabunt. Ceterum, haec omnia venerabilis Prater Vedastus Mojaisky-Perrelli ad exitum adduci studebit, Archiepiscopus titulo Amidenus idemque in Congo et Ruanda-Urundi Apostolicus Delegatus, cuius consilio in re gerenda usi sumus. Poterit autem is, si visum fuerit, et alium delegare, dummodo in ecclesiastica dignitate constitutum. Cum vero rem egerit, documenta exarari faciet, eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Eomae, apud S. Petrum, die altero mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. *R. E. Cancellarius*

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco **SB** Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CX, n. 89.

y
YOLAENSIS

Praefectura Apostolica Yolaënsis ad gradum dioecesis extollitur, servatis nomine et finibus.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christianae Reipublicae regendae qui divino consilio munere fungimur, summopere studemus ut per aptiorem quoque ecclesiasticarum circumscriptionum dispositionem citiorem gentibus in sanctam Christi Ecclesiam ingressum faciamus. Quod cum fieri posse accepissemus ad praefecturam apostolicam Yolaënsem quod attinet, ea probare rataque habere placet, quae venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales praepositi Sacro Fidei Propagandae Consilio, post auditum venerabilem Fratrem Sergium Pignedoli, Archiepiscopum titulo Iconiensem atque in Africa Media Occidentali Apostolicum Delegatum, facienda statuerunt, ut videlicet praefectura apostolica, quam diximus, Ordini concredita Fratrum Eremitarum S. Augustini, ad gradum dioecesis eveheretur : per hoc enim non modo iisdem Fratribus, bene de christiana religione ibidem hactenus meritis, animum addi ad novos labores, verum etiam fore ut nova ibi locorum religiosae res incrementa capiant. De summa ergo et apostolica Nostra potestate, praefecturam *Yolaënsem* in dioecesis formam redigimus, servato nomine et finibus, quam curis eorundem Fratrum Eremitarum S. Augustini ad Nostrum et Apostolicae Sedis nutum committimus. Nova dioecesis eiusque Episcopus metropolitanae Sedi Kadunaënsi atque eius Archiepiscopo suffraganei erunt ; sedem suam Episcopus in urbe vulgo Yola appellata ponet, cathedram autem magisterii in eiusdem urbis templo principe, Deo in honorem Sanctae Theresiae a Iesu Infante sacro, quod ad cathedralis honorem tollimus, cum debitis privilegiis. Sacrorum praeterea Antistiti cordi erit Seminarium saltem elementarium struere et Canonicorum Collegium constituere. Quod statim si ad effectum deduci nequeat, curabit Episcopus ut pro Canonicis consultores dioecesani deligantur, qui sacro Praesuli consilio assint. Ceterum haec Nostra decreta venerabilis Frater Sergius Pignedoli, quem memoravimus, exsequenda curabit, vel qui

tempore exsecutionis in eius locum ut Delegatus Apostolicus in Africa Media Occidentali successemi, factis ad id necessariis facultatibus, quas poterit delegare, dummodo viro in ecclesiastica dignitate constituto. Rebus autem peractis, documenta idem exarari iubebit, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die altero mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco ffi Plumbi

In Ap. Gane, tai., vol. CX, n. f/2.

VI

BUNIAËNSIS
(MAHAGIENSIS)

Ex quibusdam territoriis dioecesis Buniaënsis, in Congo, nova dioecesis constituitur, nomine « Mahagiensis ».

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quod Venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praepositi, post exquisitam sententiam venerabilis Fratris Vedasti Mojaisky-Perrelli, Archiepiscopi titulo Amideni atque in Congo et Ruanda-Urundi Apostolici Delegati, optimum censuerunt, esse videlicet ex dioecesi Buniaënsi novam in Congo dioecesim constituendam, Nos quoque valde probamus et confirmamus, qui scimus quam prosit rei catholicae, idque praesertim in terris christiano cultu late expertibus, alias ex aliis dioeceses condere novisque conditas instruere Episcopis. Qua suprema ideo in Christi Ecclesia pollemus potestate, a territorio dioecesis Buniaënsis partem septemtrionalem seiungimus, quae ab eadem dioecesi separatur limitibus meridionalibus civilium districtuum vulgo appellatorum Mahagi et Aru, ëx eaque dioecesim fundamus *Mahagiensem* **nuncupandam atque curis cleri saecularis concredendam. Modo autem conditam Ecclesiam eiusque Episcopum metropolitanae Sedi Stanleypolitanae atque eius Archiepiscopo suffraganeos volumus. Censemus insuper ut Episcopi sedes in urbe vulgo Mahagi ponatur, episcopalis autem cathedra in principe urbis templo, quod ad cathedralis gradum et dignitatem attollimus ; utque pro Canonicis, quorum collegium ad normas per alias sub plumbo Litteras edendas constituetur, ad tempus Consultores dioecesani deligantur, Episcopum ad ecclesiastici iuris leges iuvaturi. Quod ad regimen dioecesis attinet eiusque administrationem, ad Vicarii Capitularis electionem, aliaque huiusmodi omnino serventur quae canones C. I. C. praescribunt. Acta et documenta, quae quovis modo novam dioecesim respiciant, a Curia episcopali Buniaënsi ad Mahagiensem mittantur, in tabulario religiose custodienda. Ea demum quae iussimus exsequenda curabit venerabilis Frater Veda-**

stus Mojaisky-Perrelli, quem diximus, vel per se ipse vel per alium in ecclesiastica dignitate constitutum virum. Qui vero rem perfecerit onus habebit perfectae rei documenta, rite signata sigilloque impressa, ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum die altero mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card.* COPELLO
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco **£B** Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CX, n. ¿7.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Beata Maria Virgo, vulgo « de Itati », praecipua Patrona Goyanensis dioecesis declaratur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Cum ex amplo alicuius dioecesis territorio, gravioribus sacri ministerii causis, provincia detrahitur, qua nova constituitur dioecesis, plura permanent, ad iuris normam, coniunctionis vincula quasi filiam inter et matrem. Hac quidem ratione in Argentinorum terra, Goyanensis Ecclesia, quae per Apostolicam Nostram Constitutionem, die x mensis Aprilis, anno superiore, datam, ex Corrientensibus finibus est opportune divisa, uti suffraganea antiquae subicitur matri. Sed sapienti ac pio consilio, sanctissima servari videtur necessitudo quae a Beatae Mariae Virginis vulgo « de Itati » nomine atque praesidio oritur, cum Eadem, totius Corrientensis regionis iam pridem fautrix, novae etiam dioecesis optetur et expetatur Patrona. Optimis ergo putamus auspiciis faustisque ominibus proprium sacrae potestatis ordinem ibidem institui, quo Christianae res laetiora incrementa uberioresque fructus consequantur; ipsam enim Deiparam Virginem, quae hisce in terris summa excolitur pietate, ita apostolico confidimus benedictinam esse operi, ut Sacerdotes suo officio quam optime fungantur ceterique fideles vitam in Christo Filio abundantissime habeant. Vincula, inquimus, cum Corrientensi Ecclesia artiora fient cultu erga Virginem « de Itati » communi, firmassimo pietatis fundamento. Cum denique, quo iuniores sint dioeceses, eo magis caelesti egeant auxilio, nihil prorsus dubitamus precibus Venerabilis Fratris Alberti Devoto, primi eiusdem dioecesis Episcopi, obsecundare. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatam Mariam Virginem, cui « de Itati » appellatio, praecipuam apud Deum caelestem *Patronam* universae Goyanensis dioecesis constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis dioecesium Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus statuimus, decer-

nentes has Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIX mensis Decembris, anno MCMLXI, Pontificatus Nostri quarto.

HAMLETUS I. **Card. CICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Sanctus Ioannes Bosco, Confessor, principalis caelestis Patronus dioecesis-Rivogallaëcensis renuntiatur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Pastorali studio inflammatus, Sanctus Ioannes Bosco sodales suos in longinquam Patagoniae regionem misit, ut, Evangelium ibi annuntiantes, incolas, errorum tenebris obvolutos, ad catholicam veritatem traducerent. Qui verbi divini satores-diuturno, arduo, alacri opere effecerunt, ut illa in plaga res christiana effloresceret atque adeo Ecclesiae fines latius proferrentur. Cuius rei documentum sunt dioeceses, ab hac Apostolica Sede ibidem constitutae, in quibus Rivogallaëcensis numerum obtinet, quam, praeterito anno, consilio provido condidimus. Egregios huiusmodi missionales labores a Salesiana Familia susceptos agnoscentes eiusque legiferum Patrem praecipuo habentes honore, publicae potestates provinciae Sanctae Crucis, ea in regione positae, itemque « Terrae Igneae », quae appellatur, Sanctum Ioannem Bosco Patronum civilem propriae iurisdictionis non ita pridem renuntiaverunt. Quibus permotus, Venerabilis Frater Mauricius Eugenius Magliano, Rivogallaëcensis Episcopus, Nos rogavit, ut in eiusdem Sancti Caelitis fidem dioecesim suam ex Ecclesiae instituto traderèmus. Quibus precibus libenti animo obsecundantes, Nos e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Ioannem Bosco, Confessorem, uni-

versae Rivogallaëcensis dioecesis principalem apud Deum *Patronum* **constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, praecipuis locorum Patronis rite competentibus. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque eficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx mensis Novembris anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS **I. Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Beata Maria Virgo a Rosario de Fatima in principalem Patronam totius dioecesis Leiriensis constituitur, una cum Sancto Augustino, Episcopo Confessore et Ecclesiae Doctore, Patrono aeque principali eiusdem dioecesis.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Miris modis auctus est cultus marialis in Lusitania, ex quo Alma Deipara, cui suavis adiecta appellatio a Rosario, in Convalle Sanctae Irenes seu « de Iria », ut vulgo nuncupatur, benignissime se obtulit conspiciendam. Exinde Augusta Virgo in sacrario Fatimensi, quod singulari gloriae cedit dioecesis Leiriensis, perpetuis excolitur obsequiis nec est in tota regione, quae eiusdem iurisdictionis finibus continetur, ulla ecclesia paroecialis nec ullum fere oratorium, ubi simulacrum Dei Genetricis, de Fatima appellatae, non sit propositum publicae fidelium venerationi. Praeterea e pristino instituto Leiriensis dioecesis clerus et plebs christiana suum habent tutorem egregium Ecclesiae Doctorem, Sanctum Augustinum, cuius animus divino amore saucius erat atque etiamnum aptus est ad homines eodem igne accendendos. His omnibus perpensis, Venerabilis Frater Ioannes Pereira Venancio, Leiriensis Episcopus, Nos rogavit, ut Beatam Mariam Virginem, nomine illo insignem, praecipuam suae dioecesis Patronam

renuntiaremus, servato simul et confirmato Sancti Augustini praesidio. Quibus precibus libenter admissis, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Beatam Mariam Virginem a Rosario de Fatima principalem apud Deum *Patronam una cum S. Augustino,* **Episcopo, Confessore et Ecclesiae Doctore, Patrono aeque principali totius Leiriensis dioecesis constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas et efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque;, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Decembris, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris Caracensi templo paroeciali Sancti Petri Apostoli conferuntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Merito collaudatur Caracense templum paroeciale, Sancto Petro Apostolo sacrum, quippe quod, licet sit paucos ante annos exstructum, tanta refulgeat magnificentia, ut ceteris principis illius urbis Dicionis Venetiolanae ecclesiis longe antecellat. Ornatur enim aris ad praestantissimae artis rationem, quae olim obtinuit, faberrime factis, egregiis Sanctorum Caelitum simulacris, sacra supellectile non modicae pulchritudinis ac pretii. Cuius in ecclesiae, molis etiam amplitudine commendatae, ministeriis plures versantur sacerdotes, qui plebi Dei sanctae religionis pabulum impertiunt. Vota igitur significans parochi atque fidelium eiusdem templi studensque

eorum pietatem erga Principem Apostolorum provehere, quem Christus Salvator universalis Ecclesiae fundamentum constituit, Dilectus Filius Noster Iosephus Humbertus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Quintero, Caracensis Archiepiscopus, preces ad Nos admovit, ut templum illud Basilicae Minoris nomine ac iure donar emus. Nos vero fore confisi, ut religionis usus amplis augeretur incrementis populusquè fidelis, Beati Petri studiosus, Ecclesiae et Capiti ipsius penitius in dies adhaereret, precibus huiusmodi libenti animo statuimus obsecundare. Quae cum ita sint, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto,* certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Garacensem ecclesiam Deo in honorem Sancti Petri Apostoli consecratam ad dignitatem *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae sacris aedibus eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Decembris, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

V

Beata Maria Virgo a Perpetuo Succursu principalis Patrona, atque Sanctus Franciscus Assisiensis secundarius Patronus dioecesis Salinensis eliguntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Firmissima Christianis spes semper affulget Maria, quae potest, qua valet apud Deum auctoritate, quae vult, qua fertur materni sui animi incitatione, filiis succurrere eosque a periculis cunctis eripere. Talem profecto fiduciam in Ea cum collocent tenerrimosque in Eam amoris sensus publico indicare testimonio cum

cupiant, universi dioecesis Salinensis fideles, in primis vero sacerdotes, salutare agitant consilium Virginem a Perpetuo Succursu ut praecipuam sibi Patronam asciscendi. Sed alter quoque cultus in eadem floret dioecesi isque ad Franciscum Assisiensem, ad exemplar videlicet Christianae vitae virtutisque perfectissimum, refertur : hic enim Cáeles in magna est ibi veneratione atque Patronus habetur et invocatur. Haec per Venerabilem Fratrem Fridericum Villelmum Freking, Episcopum Salinensem, haud sine delectatione accepimus, sumusque ab eo rogati ut utramque electionem, Apostolica usi Nostra potestate, ratam faceremus. Nos autem, huiusmodi votum benigne explere volentes, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae auctoritatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatissimam Mariam Virginem a Perpetuo Succursu *principalem* **apud Deum** *Patronam,* **atque Sanctum Franciscum Assisiensem** *secundarium Patronum* **totius dioecesis Salinensis constituimus ac declaramus seu confirmamus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae locorum Patronis sive praecipuis sive secundariis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxrx mensis Decembris, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. **Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SS.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Ioannes Pp. XXIII fel. rec, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus erat providere, nimirum :

die 19 Novembris 1962. — **Titulari episcopali Ecclesiae Clysmatenae R. D. Vladislaum Jedruszuk, Cancellarium curiae dioecesanae Pinskensis.**

die 11 Februarii 1963. — **Titulari episcopali Ecclesiae Uticensi Exc. P. D. Guidonem M. Casullo, hactenus Episcopum Nuscanum, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Alfonsi M. Ungarelli, Episcopi tit. Azurensis et Praelati** *nullius* **Pinerensis.**

die 16 Februarii. — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Velebusdiensi Exc. P. D. Antonium de Almeida Lustosa, hactenus Archiepiscopum Fortalexiensem.**

die 18 Februarii. — **Titulari episcopali Ecclesiae Metrensi Exc. P. D. Amadeum González Ferreiros, Praelatum** *nullius* **Raymundianum.**

die 25 Februarii. — **Cathedrali Ecclesiae Nazarensi R. D. Emmanuelem Lisboa de Oliveira, Canonicum honorarium Capituli metropolitani S. Salvatoris in Brasilia, Cancellarium in dioecesana curia et moderatorem spiritus in Seminario dioecesano Bonfimensi.**

die 4 Aprilis. — **Cathedrali Ecclesiae Barrensi de Pirahy R. D. Altivum Pacheco Ribeiro, parochum in civitate vulgo appellata « Rio Pretó », in archidioecesi Iudiciforensi.**

die 21 Aprilis. — **Cathedrali Ecclesiae Derthonensi R. P. D. Franciscum Rossi, e clero archidioecesis Mediolanensis, Protonotarium Apostolicum** *ad instar,* **praepositum parochum urbis vulgo « Varese ».**

die 25 Aprilis. — **Titulari episcopali Ecclesiae Eluzanae R. D. Nivaldum Monte, directorem spiritus in Seminario minori archidioecesis Na-**

talensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Iosephi Vincentii Tavora, Archiepiscopi Aracajuensis.

die 27 Aprilis. — **Titulari archiepiscopali Ecclesiae Petrensi in Palaestina Exc. P. D. Alfredum Silva Santiago, hactenus Archiepiscopum Sanctissimae Conceptionis.**

Multum igitur optantes, ut tanto innixus munimine, animi et corporis viribus acer, navus et studiosus rerum optimarum diu terrestris fruaris usura lucis, et pro Christi nomine et gloria valide elaborare pergas, tibi, Dilecte Fili Noster, Apostolicam Benedictionem impertimus ; hancque ad eos pertinere volumus, qui te quinquagesimum natalem sacerdotii agentem, frequens laetaque corona, eircumstabunt.

Datum Bomae, apud Sanctum Petrum, die xxiv mensis Iulii, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri primo.

PALfLUS PP. VI

III

Ad E.mum P. D. Iosephum S. R. E. Card. Pizzardo, **Episcopum Albanensem et S. Congregationis Seminariis et Universitatibus Studiorum praepositae Praefectum, ab inito Sacerdotio sexagesimum annum celebratur um.**

Becens percepimus te cum religiosae pietatis studio mox sexagesimum celebratur um esse annum, ex quo sacerdotio auctus es. Hunc diem, qui tibi, Venerabilis Frater Noster, certe exspectatus et faustus illucescet, nolumus silentio praeterire, quin in auctum laetitiae sanatae flagrantissima omina et vota proferamus. Quae quidem, quemadmodum Nobis gratum est promere, ita tibi accipere haud uno ex nomine iucundum fore confidimus ; etenim impensae voluntatis, qua tecum coniungimur, novum testimonium apertumque sunt pignus.

Longum temporis spatium, a sacerdotii tui ortu exactum, acri obtutu mentis considerans, ob magnitudinem donorum, quae tibi Dei elargita *est* **manus, iure meritissimo omnium bonorum Auctori sinceras concines laudes, gratiarum actiones persolves ; atque una simul ad consors gaudium invitabis Albanae dioecesis gregem et eos omnes, qui munere vel officio vel consuetudine vitae tibi adstringuntur : « Benedicam Dominum**

[1] S. Leo M., ***Sermo IAX,*** 8; ***Migne,*** P. L. 54, 341.

in omni tempore, semper laus eius in ore meo ... Magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen eius in idipsum *n.*[1]

Haud sine animi oblectamento comperimus sexagesimae anniversariae memoriae sacerdotii tui peragendae praevios Albani actum iri per hebdomadam conventus, ecclesiasticis vocationibus et religiosae christianaeque vitae incrementis fovendis conducibiles. Hi ut prospere ac feliciter cedant atque mansuros pietatis fructus edant uberrimos, valde cupimus, dum sollicita prece divinum lumen et auxilium eis invocamus.

Tibi denique, Venerabilis Frater Noster, duodecim sacerdotii lustra implenti, cuncta candida, prospera, laeta precati, concepta vota Apostolica Benedictione impertita libenter confirmamus; hanc autem ad eos universos, qui te recolentem sacri presbyteratus tui primordia circumstabunt, pertinere volumus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxiv mensis Augusti anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri primo.

PAULUS PP. VI

IV

Ad E.mum P. D. Eugenium S. R. E. Card. Tisserant, Episcopum Ostiensem, Portuensem et Sanctae Rufinae, Sacri Cardinalium Collegii Decanum et Collegio Praesidum Concilii Oecumenici Vaticani II antistantem.

PAULUS PP. VI

Venerabilis Frater Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quod Apostolici muneris ratio postulabat, iam inde a Summi Pontificatus exordiis sollicitudinem Nostram convertimus ad Concilium Oecumenicum Vaticanum II, cuius alteram sessionem, ut notum est, incipiendam decrevimus proximo die xxix Septembris, quo S. Michaelis Archangeli, militantis Ecclesiae patroni, festum recoletur.

Quod quidem propositum ea mente suscepimus, in primis ut debitum praestaremus honorem atque obsequium Decessori Nostro Ioanni XXIII, cuius memoriam veneratione summa prosequimur. Is enim Nobis videtur idcirco a Deo missus, ut tantae gravitatis eventus, Oecumenicum nempe Concilium, et rite celebraretur, et iis rationibus in

[1] ***Ps.*** 33, 2, 4.

iisque rerum adiunctis, quae omnes norunt, initium opportune caperet, et per talem Pontificem salutarium fructuum primitias arcanamque suam magnitudinem ostenderet. O quam audacter et quam provide ipse huiusmodi inivit consilium ; quam sagaci mente uberrimam spiritualem messem inde orituram prospexit; quam alacrem dedit operam, ut omnes agnoscerent compertumque haberent, quid Concilium ad futuras Ecclesiae sortes universaeque hominum consortionis bonum conferre posset; denique quam grave ipsi fuit, hac in mortali vita, post celebrata Concilii Oecumenici exordia, eiusdem processum atque expectatum exitum cernere non potuisse !

Summas igitur Deo gratias persolvimus, ex cuius superno dono tam amabili Summo Ecclesiae Pastore fruiti sumus. Qui candida morum simplicitate, virtutum splendore, assiduo promovendae pacis studio non solum universum terrarum orbem amore et admiratione sui mire complevit, verum etiam, coacta generali Synodo, salutiferae Catholicae Ecclesiae actioni nova patere iussit itinera. Faxit benignissimus Deus, ut tantae molis opus ab eo incohatum ad prosperum perducatur exitum, nec tardet Ecclesiae humanaeque societati splendidissimus ille dies illucescere, cuius ipse, Oecumenicam Synodum auspicatus, auroram tantum aspexit.

Tali autem Summo Ecclesiae Pastore e vivis erepto, inscrutabili sane Dei consilio sed summa cum animi Nostri trepidatione et quasi aegritudine factum est, ut Romanae et universalis Ecclesiae gubernandae onus umeris Nostris, eidem ferendo imparibus, imponeretur, eo vel magis quod ei coniungitur officium incohatum Concilium Oecumenicum prosequendi. Aperte fatemur, non sine timore Nos huiusmodi officii gravitatem considerare. Terrent enim sive virium Nostrarum infirmitas, sive grande celebrationis momentum, sive denique aspera rerum adiuncta, in quibus aetas Nostra versatur.

Nihilominus muneris Nostri partes esse duximus huiusmodi aggredi opus in Nomine Domini fidentes. Ad id Nos permovet non solum, ut diximus, summa reverentia erga tantum Pontificem, quocum arctis amoris et venerationis vinculis iungebamur ; sed etiam impellit officium ex ipsa incohata Concilii celebratione profectum, quo is quodammodo obstringitur, cui vita tota in bonum et incrementum Apostolicae Sedis Ecclesiaeque Catholicae est impendenda; impellit denique spes, quam in prospero Concilii Oecumenici exitu collocatam habemus, cum eius fructus spectent tum Ecclesiae vitam provehendam, tum deproperandam fratrum seiunctorum cum Ecclesia Catholica unitatem, tum pacem ac

spiritualem hominum progressionem in universo terrarum orbe promovendas. Quare Concilii Oecumenici labores resumentur atque pergent. Quod ad Nos attinet, in hoc opus totas vires Nostras impendemus, plane confisi non defuturam Nobis Patrum Conciliarium adiutricem operam, et praesertim in Spiritus Sancti auxilio innixi, quod spes Nostra firmissima praestolatur.

Ut Concilii Oecumenici continuationis quae propediem continget, opportunis praesidiis faveretur et ad praevios eius labores constanti cura incumberetur, consilia suscepimus, quae multum utilitatis allatura esse confidimus.

Commissio Concilii laboribus mutuo ordinandis et dirigendis, ut probe nosti, constituta est, cuius hoc est proprium labores Commissionum mutuo ordinare, eosque sequi atque tractare cum earundem Commissionum Eminentissimis Praesidibus non tantum de quaestionibus ad competentiam spectantibus, verum etiam de iis quae pertinent ad urgendam et in tuto ponendam congruentiam Schematum cum proposito fine Concilii.

Schemata in breviorem formam redacta iterumque elaborata sunt, hac habita ratione, ut potissimum generaliora principia prospiciant, et quaestiones, quae ad rem non attinent, omittantur : nam hoc statum fixumque habendum est, Concilium Oecumenicum ad universam Ecclesiam spectare. In iis Schematibus innovandis cautum est, ut indoles pastoralis huius Concilii promineret. Oportet enim doctrina fidei certa et immutabilis, a Supremo Ecclesiae Magisterio et a superioribus Conciliis Oecumenicis, praesertim Tridentino et Vaticano primo, declarata vel definita, cui fidele obsequium praestandum est, ea ratione exponatur, quam tempora nostra postulant, et nostrae aetatis hominibus ita accommodior accessus fiat ad veritates amplectendas et ad partam a Christo salutem accipiendam.[1]

Schemata autem in magis exiguum numerum, septemdecim scilicet, redacta sunt, quorum fasciculi maximam partem iam ad Episcopos missi sunt.

Venerabili autem Fratri Martino Ioanni O'Connor, Archiepiscopo titulo Laodiceno in Syria, id muneris credidimus, ut ministeria, quae ad evulgandas notitias pertinent, perfectiora fierent et amplificarentur.

Id quoque statuimus, ut ad conciliares coetus nonnulli e laicorum

[1] Cfr. Allocutio Ioannis XXIII habita die xi mensis Octobris MCMLXII; ***A. A. S.,*** LIV, 1962, p. 786 sq.

ordine catholici viri, itemque aliqui Procuratores maximarum sodalitatum internationalium catholici orbis, quae ecclesiastico iure agnitae sunt, admitterentur.

Curas quoque egimus, ut iterum ad Oecumenicum Concilium vocarentur Observatores christianorum fratrum ab Apostolica Sede seiunctorum, quin etiam ut eorum numerus augeretur. Praeterea ex re Nobis visum est sollicitudines conferre ad Secretariatum opportuno tempore constituendum etiam pro iis, quorum religio inter christianas professiones non recensetur.

Insuper certiorem te facimus Secretariatum Concilii negotiis extra ordinem praepositum abolitum esse, atque in Collegium Praesidum tres alios adscitos esse, nempe Card. Stephanum WyszynsM, Archiepiscopum Varsaviensem, Card. Iosephum Siri, Archiepiscopum Ianuensem, Card. Albertum Gregorium Meyer, Archiepiscopum Chicagiensem ; cuius quidem'Collegii erit curare, ut normae Ordinis Concilii Oecumenici rite observentur, resolutis dubiis ac remotis difficultatibus forte obstantibus. Mox quattuor deligentur Cardinales Delegati seu Moderatores Concilii, quibus mandabimus, ut Concilii labores dirigant, sibi invicem succedentes in ordinandis disputationibus Congregationum generalium, salva semper et tuta Patrum Conciliarium libertate, immo hanc ob causam, ut ea quae singillatim aut coniunctim illic proferentur, ordinatim et dilucide pateant.

Inceptiones vero complures, dum sessio altera Concilii durabit, prospici licet, hac posita lege, ut conciliares coetus quovis die sabbato et die dominico intermittantur.

Scilicet in Vaticana Basilica sollemnes sacri ritus erunt, quibus nonnullis beatorum caelitum honores decernentur; die dominico Evangelii expeditionibus fovendis dicato, id est die vicesimo proximi mensis Octobris, quattuordecim Episcopi missionales a Nobismetipsis consecrabuntur.

Sollemni commemoratione laudabitur fel. record. Ioannes XXIII eo die, scilicet vicesimo octavo mensis Octobris, quo ad Petri Cathedram is assumptus fuit ; celebrabitur quoque memoria abhinc quattuor saecula conditi ab Oecumenico Concilio Tridentino decreti de Seminariis instituendis, die quarto mensis Novembris in festo S. Caroli Borromaei, quo sacro sollemni adstantibus Nobis litabitur; pontificalis translaticio more possessio a Nobis inibitur Archibasilicae Lateranensis die nono mensis Novembris, cum eius dedicationis festum recurret.

Haec sunt, Venerabilis Prater Noster, quae tecum opportunum

duximus communicare; quae, cum ad effectum deducta fuerint, spem Nobis confirmant, fore ut Concilii labores expeditiore ratione procedant eiusque felix exitus efficacius in tuto ponatur.

Tu vero diligenter cura, ut haec omnia praescripta Nostraque optata et vota in Patrum Conciliarum notitiam perveniant. De quo dum gratias maximas agimus, tibi Apostolicam Benedictionem, supernorum lector umque munerum auspicem, peramanter impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die xii mensis Septembris, in festo Ss. Nominis Mariae, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri primo.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Moderatoribus atque Sodalibus Congregationis a Missione, qui tertio et tricesimo Generali Conventui interfuerunt, *

Dilecti filii,

Laetitia, immo honore plane afficimur, dum tot tamque egregios moderatores atque Sodales Congregationis a Missione coram admittimus, rite absoluto tertio et tricesimo Generali eorum Conventu; itemque gratum animum Nostrum palam facimus, ob pietatis obsequium hac data opportunitate Nobis exhibitum, cuius pietatis indicia et nuntia probe fuerunt verba, quae Generalis Praepositus nuper apud Nos fecit.

Vestrae Religiosae Familiae ortus in mentem revocat Sanctum Vincentium a Paulo, Ecclesiae Catholicae decus praestantissimum, qui cleri sanctimoniam atque caritatis opera erga proximos — praesertim egenos atque miseros — magnifica impulsione fovit, novis invectis huiusmodi apostolatus formis atque instrumentis, inter quae primum tenent locum praeclara ista atque bene merita Sodalitas vestra, atque vulgatissima illa nec minore laude digna Societas Filiarum a Caritate, quae appellatur.

* Die 30 Augusti mensis a. 1963.

Quam ob rem, dum tam radiantem .virtutum fulgorem, ab ipso Evangelio profectum, ac tantum actuosae sanctitatis vigorem contemplantur, facere non possumus, quin penitus moveamur. Immo magis magisque animo commovemur, dum rerum consideramus eventus, plus quam tria saecula habitos, quibus Vincentianae institutionis fidelis progressus et auctus conspiciuntur, eiusque parta merita celebrantur : merita dicimus, insigni operum, exemplorum ac ministeriorum consuetudine sibi comparata, quae non modo eandem Congregationem, verum etiam universam collustraverunt Ecclesiam, quaeque christiani nominis splendorem in profanos etiam campos diffuderunt.

Hac igitur data occasione, qua Nobiscum convénitis, facere non possumus, quin gratias vobis agamus ob spiritualia haec bona, quae e Vincentiana sacerdotum familia, veluti e limpido atque inexhausto fonte, in Sanctae Ecclesiae utilitatem et in civilis societatis emolumentum proficiscuntur ; itemque, ut par est, de hoc beneficio, maximi pendendo, animum Deo gratum profitemur, eumque supplices exoramus, ut eiusdem Sodalitatis salutarem efficacitatem servet atque provehat, ad huius aetatis necessitatibus, quae haudquaquam remiserunt, apte respondendum.

Nostrum autem praeconium insignis vestri sacerdotalis Sodalicii praeteritas ac praesentes tantum laudes considerare nequit, sed in futuros quoque ausus protenditur, ideoque hortationes et vota a Nobis requirit, quem ad modum poscit sincerae ac paternae caritatis affectus: quam ob rem pectoris Nostri sensus vobis pandimus, ut ad triplex fidelitatis officium vos adhortemur.

Ac primum omnium vobis dicimus : traditas a Conditore vestro vivendi normas fidelissime persequimini, quae evangelica sapientia atque Christi imitatione imbuta sunt ; supernaturales illos thesauros orationis, gratiae et sanctitatis indemnes servate, quibus vestra Congregatio semper praestitit, indeque peculiarem sumpsit formam atque figuram ; certas, definitas et canonicas leges, quibus ista Familia intus solide firmata est et externorum operum efficacitatem est consecuta, sanctas integrasque custodite ; novarum rerum minime cupidi sitis, sed sedula prudentia vestrae regulae immutationes perpendite, quae haec tempora ob nova rerum adiuncta et usus vitae inducendos forte suadeant, quaeque summa Ecclesiae Auctoritas providas ac legitimas in posterum iudicaverit.

Praeterea eodem fideli studio sollicitam date operam cognoscendis atque allevandis hominum corporis atque animi necessitatibus, quibus hodierna aetas laborat. Curam atque propensam voluntatem servate,

quae pauperes, aegrotos, derelictos atque errantes spectant; vestrorum animorum sollicitudo pateat sive ad singulorum hominum, sive ad universae societatis necessitates ; neque illic studia vestra desint, ubi homines magna cum animi exspectatione et dolore, atque interdum non sine erroribus, ad humaniorem rerum ordinem contendunt.

Denique adsidua fidelitate in exemplum praestate erga Catholicam Ecclesiam, quam semper decet atque oportet aestimemus, diligamus, adiuvemus ut filii, milites, apostoli atque sancti. Hoc vobis proponite, quod in vestrum decus maxime vertet, ut nemini cedere patiamini in huiusmodi generosa amoris professione, quam praesens hora, grandis sed discriminis plena, omnino postulat. Quae quidem professio, hac de causa, tanto magis optanda est, quanto supernorum meritorum est fecundior.

Hos paterni animi sensus atque vota confirmet Apostolica Benedictio, quam vobis coram adstantibus, sodalibus vestris itemque operibus iisque omnibus, quibus caritas vestra addicta est, dilargimur; eamque efficacem reddat Christus Iesus, cuius nomine eandem impertimus.

II

Iis qui interfuerunt Coetui ex omnibus nationibus Romae habito, Consilii Unitarum Nationum opera, de peregrinationibus delectationis causa susceptis, seu v. « tourisme ». *

Monsieur le Ministre,

Messieurs les participants à la Conférence des Nations-Unies sur le tourisme,

Nous vous remercions de tout coeur de cette visite, qui Nous honore tant et Nous associe d'une certaine manière à votre Conférence. Une visite si courtoise et si significative est aussi pour Nous un motif de nouvelles réflexions sur le phénomène du tourisme, dont l'importance va croissant; et elle Nous procure l'heureuse occasion de vous saluer, vous tous qui étudiez, représentez, promouvez et guidez ce phénomène si moderne. Nous voulons vous assurer du grand intérêt avec lequel Nous-même considérons les questions auxquelles vos travaux sont consacrés,

* Die 31 Augusti mensis a. 1963.

et Nous voulons vous exprimer Notre satisfaction pour l'ampleur, le sérieux, l'importance de vos études et de vos délibérations.

Votre Conférence, Nous le savons, n'a pas été sans rencontrer de graves difficultés dans son déroulement : les causes et les effets de ces difficultés sont encore pour Nous un motif d'appréhension. Mais Nous avons cependant appris avec satisfaction que la Conférence, en limitant ses discussions au domaine spécifique de sa compétence, a pu continuer ses travaux, et s'acheminer ainsi vers des conclusions, dont Nous espérons qu'elles soient satisfaisantes pour tous.

Nous éprouvons, Monsieur le Ministre, le devoir de vous manifester d'une manière spéciale Notre satisfaction pour les nobles paroles que vous venez de prononcer. Elles sont un signe des sentiments qui inspirent votre œuvre et font honneur au Gouvernement italien auquel vous appartenez, et à la Conférence internationale que vous présidez. Nous vous en remercions vivement.

Cette visite et ces paroles Nous démontrent que la Conférence entend reconnaître et honorer certains titres par lesquels la vie catholique, et pour elle en ce moment Notre mission apostolique, sont intéressées au tourisme.

L'évidence de ces titres n'est pas toujours immédiate; et c'est le mérite de la Conférence de vouloir au contraire les découvrir, comme ce fut celui du Révérend Père Arrighi de les avoir illustrés devant la Conférence même. Au premier abord, en effet, il pourrait sembler qu'il n'existe aucun rapport entre le tourisme et la vie religieuse, tout tourné comme est le tourisme vers le monde extérieur, le mouvement, l'organisation rationnelle, l'observation sensible, les rencontres purement occasionnelles, les distractions et le passe-temps ; alors que la vie religieuse se déroule dans une tout autre sphère, celle du monde intérieur, qui cherche à s'abstraire de l'expérience sensible et tend au recueillement spirituel.

Au contraire, comme tous le savent, la vie religieuse a elle aussi ses raisons propres de s'occuper du tourisme, raisons qui sont, à Notre avis, de deux ordres : nous pouvons appeler les premières, raisons d'assistance religieuse, et les secondes, raisons proprement de dévotion religieuse. C'est-à-dire : le tourisme doit être favorisé de services religieux particuliers qui l'accompagnent, l'assistent, l'immunisent contre la dissipation et la déchéance morale, l'aident à poursuivre ses meilleures fins, à savoir le réconfort et l'élévation de l'esprit, le bénissent et le sanctifient, comme toute manifestation honnête de la vie humaine. Ce sont

là des motifs d'ordre extrinsèque, que le souci pastoral, d'une part, et la correspondance de ceux qui voyagent et organisent les voyages, d'autre part, peuvent et doivent heureusement comprendre et favoriser.

Mais il y a aussi des motifs d'ordre intrinsèque qui, en greffant la religion sur le tourisme, donnent à ce moment de l'expérience humaine une valeur spéciale. Nous faisons allusion à cette forme particulière de tourisme qu'est le pèlerinage, et qui a pris en ces dernières années des proportions considérables. En ce domaine, la finalité religieuse donne au phénomène touristique une impulsion particulière, que le met en mouvement, le crée en un certain sens, et le rend courageux et populaire : que l'on pense à l'histoire des pèlerinages qui, dans le christianisme, ont toujours eu un grand et extraordinaire développement : la Palestine, les sanctuaires de Saint Jacques de Compostene et de Saint Michel de Gargano, les tombes des Apôtres à Rome, et aussi mille sanctuaires dispersés à travers l'Europe chrétienne ont mis en mouvement d'innombrables caravanes de pèlerins, prêts à tous les désagréments, insensibles aux distances et aux intempéries, pour joindre le but sacré si désiré. Et non seulement ce tourisme reçoit sa force motrice de la religion, mais il en tire encore sa valeur morale et spirituelle : la foi soutient le voyageur, la prière le console, la pénitence le fortifie, la ferveur religieuse rend mémorable le voyage. Tout cela n'appartient pas seulement à l'histoire du moyen âge; mais c'est aussi, et encore plus sous certains aspects, l'histoire contemporaine, comme on le sait. Il existe enfin un cas, celui de la visite tous les cinq ans de chaque évêque catholique du monde à Rome, la « visite *ad limina* », dans lequel ce tourisme religieux devient une obligation. Il est vrai que le tourisme se constitue par lui-même d'un voyage sans but obligé et utilitaire, mais aujourd'hui chaque voyage, même celui qui est entrepris dans un but de passe-temps, est organisé, et se qualifie par certaines formes qui, bien qu'elles soient sans intérêt économique ou professionnel précis, lui donnent une physionomie spéciale et une certaine finalité déterminée.

Nous faisions allusion avec simplicité à ce genre de tourisme pour vous dire, Messieurs, combien Nous sommes bien disposé à comprendre vos intentions et vos travaux, même au delà de la sphère proprement religieuse ; et combien Nous aussi désirons que le développement du tourisme ne se limite pas à des résultats dans les domaines de l'économie et de l'organisation, mais que, selon vos désirs, il produise aussi des effets à un niveau plus élevé, dans les domaines pédagogique, culturel, moral, social et international. Et permettez-Nous à ce propos de vous rappeler

les paroles de Notre vénéré Prédécesseur, le Pape Pie XII d'heureuse mémoire. Parmi les avantages procurés par le tourisme, on doit compter, disait-il: « ... Paffinement des sens, l'élargissement de l'esprit, l'enri <îhissement de l'expérience

Aussi Nous plaît-il de confirmer vos vœux au sujet de la fonction bienfaisante du tourisme par les Nôtres, afin que, soutenu toujours par un cadre parfait et de nobles intentions, il puisse être un facteur valide dans la formation culturelle moderne, un lien de sympathie entre les peuples et de paix internationale, une expérience humaine capable de conduire l'esprit à ses plus hautes ascensions, digne du regard chargé de bénédictions de Dieu.

Nous formons donc le vœu que votre Congrès se conclue dans une parfaite sérénité et avec de hautes et riches espérances.

Et maintenant laissez-Nous ajouter un petit souvenir qui Nous vient des poèmes chevaleresques.

Il y a dans une célèbre histoire des anciens chevaliers un épisode, qui Nous semble symbolique. Deux chevaliers se battent l'un contre l'autre dans un combat sans merci pour la conquête d'une jeune femme qui assiste à ce spectacle terrible et affreux. A un moment donné la jeune femme pense s'enfuir et monte sur un des chevaux qui appartenaient aux deux chevaliers engagés dans leur duel, et sans mot dire s'échappe.

C'est l'image de la civilisation qui s'enfuit lorsque ceux qui sont en train de la gagner se mettent à se combattre les uns les autres. La guerre met la civilisation en fuite.

Mais qu'est-ce qui est arrivé dans l'épisode dont Nous vous présentons le souvenir symbolique? Lorsque les deux combattants s'aperçoivent qu'ils sont abandonnés par la jeune fille, tout de suite ils interrompent le combat et tous les deux, avec un haut sens chevaleresque qui les unit et les transforme en amis, montent sur le même cheval qui était resté là, et courent en grande vitesse pour attraper la jeune fille qui avait disparu.

Le cheval, Messieurs, sur lequel tous peuvent monter, comme des amis solidaires, est le tourisme ...

Qu'en pensez-vous?

[1] ***Discorsi e Radiomessaggi,*** XIV, 43-44.

III

Iis qui ex italico clero interfuerunt Coetui XIII per hebdomadam habito Urbeveti v. « di aggiornamento pastorale ». *

Venerati Confratelli,

Voi avete partecipato alla XIII Settimana di Aggiornamento Pastorale, promossa dal Centro di Orientamento pastorale, a Noi ben noto, auspice Mons. Grazioso Ceriani, a Noi sempre caro, e accolta e favorita dallo zelante Vescovo di Orvieto, Mons. Virginio Dondeo, nell'incomparabile quadro di quella Città e di quella Cattedrale, a ricordo del settimo centenario del culto eucaristico del « Corpus Domini », che dal miracolo della vicina Bolsena e dalla Bolla *Transiturus* del Nostro lontano Predecessore Urbano IV, ebbe colà la sua universale irradiazione. Noi ci compiacciamo vivamente di tale manifestazione, di cui abbiamo seguito con interesse lo svolgimento ed a cui avremmo Noi stessi partecipato, se la Provvidenza non avesse disposto altrimenti con la Nostra elezione al Pontificato Romano, ufficio che ha accresciuto immensamente nel Nostro animo l'apprezzamento di cotesto Convegno, ma non Ci ha consentito di parteciparvi personalmente. Tanto più gradito perciò Ci è questo incontro, e tanto più vivi sono i Nostri voti di frutti copiosi e duraturi, che dalla celebrazione della anzidetta Settimana possono scaturire. Ne fa fede la lettera che il Nostro Cardinale Segretario di Stato ha indirizzata a Mons. Ceriani per tale occasione, e che voi avete accolta con tanta riverenza.

Che cosa rimane a Noi da aggiungere a quanto sul tema centrale della Settimana : « Eucaristia e comunità cristiana » è stato già detto, con tanta abbondanza e con tanta competenza di dottrina, e con comprensione e devozione è stato meditato e tradotto in magnifici e piissimi atti di culto?

Valori eterni della verità cristiana e loro inserimento nella realtà della vita

Cercando di leggere negli animi vostri, Ci pare di scoprire in voi l'attesa d'una Nostra approvazione, d'una Nostra conferma a quanto cotesta vostra visita, quasi facendone significativa offerta, Ci presenta davanti. Voi venite, innanzi tutto, inalberando un vocabolo introduttivo come un vessillo che definisce il metodo del vostro lavoro : « aggiorna-

* Die 6 Septembris mensis a. 1963.

mento », parola questa che ha avuto l'onore di essere accolta dal Nostro venerato e compianto Predecessore Giovanni XXIII, di felice memoria, ed è stata da Lui iscritta nel programma del Concilio ecumenico.

Applicata al campo ecclesiastico è parola che indica il rapporto tra i valori eterni della verità cristiana ed il loro inserimento nella realtà dinamica, oggi straordinariamente mutevole, della vita umana, quale nella storia presente, inquieta, torbida e feconda, viene continuamente e variamente modellandosi. È la parola che indica l'aspetto relativo e sperimentale del ministero della salvezza, al quale nulla sta più a cuore quanto il riuscire efficace, e che avverte quanto la sua efficacia sia condizionata dallo stato culturale, morale, sociale delle anime a cui si dirige, e quanto opportuno per la buona cultura, ma specialmente per l'incremento pratico dell'apostolato, sia conoscere le altrui esperienze e far proprie quelle buone : *omnia probate, quod bonum est tenete.*[1] **È la parola che mostra il timore delle consuetudini superate, delle stanchezze ritardatarie, delle forme incomprensibili, delle distanze neutralizzanti, delle ignoranze presuntuose e inconsapevoli circa i nuovi fenomeni umani, come pure della scarsa fiducia nella perenne attualità e fecondità del Vangelo. È la parola che può sembrare ossequio servile alla moda capricciosa e fuggente, all'esistenzialismo incredulo nei valori obiettivi trascendenti e avido solo di momentanea e soggettiva pienezza, ma che invece assegna al succedersi rapido ed inesorabile dei fenomeni, in cui si svolge la nostra vita, la dovuta importanza, e cerca di collegarsi con la celebre raccomandazione dell'Apostolo :** *redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.*[2]

E parola perciò che Noi pure accoglieremo con piacere, quasi espressione di carità desiderosa di dare testimonianza alla perenne e perciò alla moderna vitalità del ministero ecclesiastico.

Come svolgere le sollecitudini pastorali di fronte all'errore e per salvare le anime

E a questo proposito Noi dobbiamo fare buona accoglienza ad un altro termine, che qualifica l'attività di cui voi siete promotori o seguaci ; vogliamo dire il termine ((pastorale ». Oggi è termine programmatico e glorioso. Il Concilio ecumenico, com'è noto, l'ha fatto suo, e vi polarizza le sue finalità riformatrici e rinnovatrici. Non bisogna vedere in questo

[1] ***1 Thess.*** 5, 21.
[2] ***Eph. 5,*** 16.

aggettivo, che si accompagna alle manifestazioni più alte e caratteristiche della vita ecclesiastica, un'inavvertita ma nociva flessione verso il pragmatismo e l'attivismo del nostro tempo, a scapito dell'interiorità e della contemplazione, che devono avere il primato nella nostra valutazione religiosa : tale primato rimane, anche se nella pratica le esigenze apostoliche del regno di Dio, nelle contingenze della vita contemporanea, reclamano un'assegnazione preferenziale di tempo e di energie all'esercizio della carità verso il prossimo. Nè si creda che questa sollecitudine pastorale, di cui oggi la Chiesa si fa programma prevalente, che assorbe la sua attenzione e impegna la sua cura, significhi cambiamento di giudizio circa errori diffusi nella nostra società e già dalla Chiesa condannati, come il marxismo ateo, ad esempio : cercare d'applicare rimedi salutari e premurosi ad una malattia contagiosa e letale non significa mutare opinione su di essa, sì bene significa cercare di combatterla non solo teoricamente, ma praticamente; significa far seguire alla diagnosi una terapia; e cioè alla condanna dottrinale la carità salvatrice.

Sarebbe perciò parimente incauto vedere nell'importanza attribuita alla attività pastorale una dimenticanza, o una rivalità nei confronti della speculazione teologica : questa conserva la sua dignità e la sua eccellenza, anche se le impellenti necessità della vita ecclesiastica reclamano che la dottrina sacra non rimanga puramente speculativa, ma sia considerata e coltivata nel quadro completo dell'economia cristiana, dottrina cioè a noi data per praticare una vera religione, per essere annunciata alle anime e per dimostrare nella realtà storica la sua virtù salvatrice. Oggi mente e volontà, pensiero e lavoro, verità ed azione, dottrina ed apostolato, fede e carità, magistero e ministero assumono nella vita della Chiesa funzioni complementari, sempre più strette ed organiche, con reciproco splendore ed incremento.

Contenuto evangelico ed apostolico nelle caratteristiche mirabili del Buon Pastore

Ma, ciò detto, Ci piace rendere onore, anche in questa occasione, a quanto di evangelico e di apostolico cotesta qualifica di ((pastorale » ci presenta. Essa ci richiama alla mente uno dei nomi, con cui Gesù Cristo volle a noi descriversi ; e col nome la figura ineffabile, soave ed eroica del buon Pastore ; e con la figura la missione di guida, di maestro, di custode, di salvatore, che Cristo fece sua per amore nostro, e che a Pietro fra tutti assegnò. Ci richiama alla mente uno dei rami più fiorenti della teologia pratica, la teologia pastorale, e cioè la scienza e l'arte

propria delia Chiesa, arricchita di particolari poteri e carismi, di salvare le anime, ch'è quanto dire di conoscerle, avvicinarle, istruirle, educarle, guidarle, servirle, difenderle, amarle, santificarle. Ci richiama alla mente Fumile, grande comune espressione del ministero sacerdotale : la cura d'anime, la carità della Chiesa in atto, nella forma più consueta, più assidua, spesso più generosa, certo più necessaria.

Noi profittiamo di questa occasione per manifestare la Nostra altissima stima, la Nostra speciale benevolenza, il Nostro fraterno e vivissimo incoraggiamento ai Pastori d'anime. È loro dovuto questo particolare ricordo, che la vostra insegna pastorale subito solleva nell'animo Nostro, perchè siamo stati fatti Noi stessi Pastori, dapprima in una diocesi che sembra essere stata nei secoli passati, con S. Ambrogio, con San Carlo, e ai giorni nostri con i Servi di Dio Cardinali Ferrari e Schuster, ed essere tuttora campo sperimentale di tipica e positiva importanza pastorale ; ed oggi su questa Cattedra di Pietro chiamati da Cristo a pascere la sua Chiesa.

È loro dovuta questa espressione della Nostra affettuosa venerazione, perchè il ministero pastorale obbliga a dedizione completa, come c'insegna, con la parola e l'esempio, Gesù nostro Maestro : *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis;* [3] **ed è perciò dedizione che tocca i vertici della carità, come ancora Cristo stesso ci ammonisce :** *Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.*[4] **È dovuto il Nostro incoraggiamento ai Pastori d'anime, ai Vescovi e ai Parroci specialmente, e a quanti altri alle cure pastorali sono dedicati, perchè sappiamo in quali condizioni essi oggi lavorano : lo stato spirituale del mondo presenta oggi difficoltà enormi, alcune delle quali fino a ieri sconosciute.**

Il Papa comprende, stima, ama, segue tutti i Sacerdoti di Cristo

Noi sappiamo quali apprensioni pesano spesso sul cuore d'un Vescovo, quali sofferenze sovente lo affliggono, non tanto per la indigenza dei mezzi, anch'essa talora così grave e mortificante, ma per la sordità di chi dovrebbe ascoltare la sua parola, per la diffidenza che lo circonda e lo isola, per l'indifferenza e la disistima, che squalificano il suo ministero e lo paralizzano. Noi sappiamo quanti Parroci e Coadiutori esercitano la cura d'anime in quartieri vasti e popolosi, dove il numero, la

[3] ***Io.*** 10, 10.
[4] ***Io.*** 15, 13.

mentalità, le esigenze degli abitanti li obbligano a lavoro indefesso ed estenuante; e sappiamo anche quanti Sacerdoti invece devono esercitare il ministero nel nascondimento in piccoli paesi, nella mancanza di conversazione, di collaborazione e di risultati confortanti : gli uni e gli altri spesso in condizioni economiche penose, spesso contrastati ed incompresi, e obbligati a vivere ripiegati su se stessi ; paghi solo di ritrovare negli umili che li circondano, nel libro sacro delle loro preghiere e nel tabernacolo il mistero del divino Presente. Noi Ci sentiamo obbligati ad assicurare questi cari e venerati fratelli, affaticati operai'[4] del Vangelo, ovvero modesti e tenaci ministri della Chiesa di Dio, che il Papa li pensa, li comprende, li stima, li assiste, li ama, e perciò li segue con la sua preghiera e con la sua benedizione.

Grandezza sovrumana del Sacerdote ministro del Sacramento Eucaristico

Ed ecco che questo riferimento alla comunione di spirito che Ci unisce alla grande schiera di Sacerdoti, impegnati nella cura d'anime, Ci fa concludere queste Nostre parole con un accenno al tema trattato durante la vostra Settimana di aggiornamento pastorale, e cioè al tema sull'« Eucaristia e la comunità cristiana », per augurare che la vostra riflessione su argomento di tanta ricchezza dottrinale e spirituale abbia a continuare nell'esercizio del vostro ministero, a conferma della convinzione che nessuna altra azione ne realizza la pienezza di grazia e l'efficacia pastorale quanto la celebrazione del divin Sacrificio, nella quale, da un lato, la sovrumana potestà dell'Ordine rende realmente presente, in forma sacramentale, l'Umanità reale di Cristo, Capo di tutto il Corpo mistico e delle singole comunità locali, e dall'altro la missione pastorale, che è affidata al Sacerdote in cura d'anime, è obbligata a rendere realmente presente, in forma comunitaria, il Corpo mistico di Cristo, che è la Chiesa.

Abbia a continuare, dicevamo, per alimentare nel vostro Sacerdozio l'inebriante coscienza del suo rapporto antecedente e conseguente con la Eucaristia, per il quale il Sacerdote è ministro generatore di tanto Sacramento, e poi primo adoratore e sapiente rivelatore e instancabile distributore. Abbia a continuare per assegnare al vostro stesso Sacerdozio come primo dovere, anche sotto l'aspetto della carità e della fecondità pastorale, quello, comune e sublime, di « dire la Messa ». Sì, dire la Messa, ma in modo tale che sia puntuale e perfetta nel rito, sia semplice nella solennità e solenne nella semplicità, sia raccolta nel silenzio e nella compostezza dell'assemblea e unanime nella preghiera e nel

canto, sia parlante e misteriosa nel significato, sia da tutti partecipata nello svolgimento, e sia da tutti cordialmente, devotamente assistita, dai fanciulli, dai giovani, dagli studenti,. dagli operai, da ogni ceto sociale ; dagli uomini e dalle donne, dalle famiglie intere, dalle associazioni cattoliche e dalle istituzioni dimoranti nel territorio parrocchiale, e con accoglienza più premurosa, dalle care Suore, fiori sacri delle nostre Parrocchie ; e poi dai sofferenti, dai piangenti, dai vecchi, dai poveri, da tutto il popolo di Dio, da tutta la comunità invitata, insieme col Sacerdote, che ivi funge *in persona Christi* **e nello stesso tempo da capo, interprete e rappresentante della plebe cristiana, ad esprimere il suo proprio « sacerdozio regale », in modo da rinnovare e perpetuare il fenomeno, indice e vertice della realtà comunitaria, della prima « moltitudine dei credenti », che era, com'è scritto negli** *Atti degli Apostoli :* **((un cuor solo e una anima sola ».**[5]

Abbia a continuare, ripetiamo, a diffondersi, e a portare questi frutti auspicati, con la Nostra Benedizione Apostolica.

IV

Ad Excellentissimum Virum Ioannem Leone, supremi Consilii publicae rei administrandae in Italia Praesidem. *

Signor Presidente,

Le siamo molto grati della Sua visita.

Essa Ci offre nuova prova della deferenza dell'Autorità governativa Italiana verso la Sede Apostolica, e nuova conferma della lealtà, con la quale il presente Consiglio dei Ministri, a cui Ella degnamente presiede, vuole, non meno di quelli che in questi anni lo hanno preceduto, conservare i buoni rapporti vigenti fra la Chiesa e lo Stato. Ce ne compiacciamo vivamente con Lei, Signor Presidente, e con i membri del Suo Governo.

Ci è facile scorgere inoltre in cotesta presenza, tanto cortese e per Noi tanto gradita, l'attestato dei sentimenti personali, a Noi non da oggi ben noti, che Ella professa, come cattolico e come italiano, nei riguardi del Sommo Pontificato e di chi ora indegnamente ne esercita

« ***Act.*** 4, 32.

* Die 12 Septembris mensis a. 1963.

le alte funzioni : Noi ben sappiamo da quale sincerità del Suo animo essi provengono e quale nobiltà essi conferiscono ad ogni aspetto, privato e pubblico, della Sua attività ; ed anche per il significato, che sotto questo riguardo assume l'incontro, di cui ora Ci è dato godere, dobbiamo esprimerLe la Nostra viva riconoscenza.

Ella può allora ben comprendere, Signor Presidente, quanti e quali auguri salgano dal Nostro cuore, dapprima verso la Sua persona, che siamo lieti di vedere meritamente circondata da fiduciosa stima per la probità, l'esperienza, la dedizione, con cui Ella serve il pubblico bene ; e poi verso la Sua missione, che sappiamo, in questo momento, quanto provvida e delicata : Noi volentieri facciamo voti che l'opera Sua possa validamente contribuire al benessere della Nazione e al consolidamento delle sue istituzioni. Noi anzi non dubitiamo che tali felici risultati saranno conseguiti, ove siano risolutamente confortate, come certo è nei propositi del Suo Governo, le energie morali, di cui è sempre ricca e feconda la coscienza del popolo italiano, e da cui il vero progresso non può, senza suo danno, prescindere.

Voglia Iddio, come Noi ne Lo preghiamo, Signor Presidente, sostenere le Sue generose fatiche, e quelle di quanti Le sono Colleghi e Collaboratori, mentre da parte Nostra le avvaloriamo con la Nostra paterna Benedizione.

V

Ad Excellentissimum Virum Conradum Adenauer, supremi Consilii publicae rei administrandae in Foederatis Germaniae Civitatibus Praesidem. *

Hochgeehrter Herr Bundeskanzler!

Ihr Besuch, Herr Bundeskanzler, weckt in unserm Geiste die angenehme Erinnerung an die Begegnungen, die wir in den vergangenen Jahren mit Euer Exzellenz hatten, als wir noch im Staatssekretariat Pius XII. hochseligen Angedenkens, tätig waren. Damals hatten wir das Glück, von Ihnen während Ihres Sommer auf enthaltes im Landhaus in Cadenabbia empfangen zu werden, wo Sie uns mit so grosser Liebenswürdigkeit aufnahmen und wir eine gemeinsame Aussprache hatten, die uns unvergesslich geblieben ist wegen der so freundlichen Art und ob der Wichtigkeit der besprochenen Argumente.

Wir müssen noch mehr sagen : Ihre Gegenwart, Herr Bundeskanzler,

* Die 17 Septembris mensis a. 1963.

in diesen Räumen erweckt in uns aber auch so viele andere Erinnerungen, die Papst XII., den wir eben erwähnten, vor unserm Auge erstehen lassen in seinen Bemühungen für Deutschland vor, während und nach dem grossen Krieg, Bemühungen, die unter verschiedenen Gesichtspunkten äusserst wichtig waren, aber immer getragen von einer ganz hohen Wertschätzung und einer ganz grossen Liebe für das deutsche Volk.

Sie, Herr Bundeskanzler, haben in opfervollen Jahren am grossen Werk des Wiederaufbaus Ihres Landes in massgeblicher Weise beitragen können und dürfen nunmehr auf eine so sichtlich gesegnete Lebensaufgabe zurückblicken.

Es ist uns eine besondere Freude, in Ihnen einen christlichen Staatsmann begrüssen zu können, der seinen religiösen Glauben und seine Treue zur Kirche offen bekennt. Ja, wir grüssen mit Ihnen alle Ihre Landsleute und benützen gern diese Gelegenheit, unserer Bewunderung Ausdruck zu geben über den hohen Beitrag, den sie der Welt an echt religiösen Leben, an geistigen und kulturellen Werten schenken. Nicht zuletzt gilt auch unser Dank dem deutschen Volk für alles, was es zur Förderung der Völker in der Entwicklung geleistet hat und noch leistet, woran insbesondere auch die Katholiken tätigen Anteil haben.

Gott, der Geber alles Guten,[1] beschütze Sie, hochgeehrter Herr Bundeskanzler, auch weiterhin auf Ihrem Lebensweg. Ihnen, Ihren Angehörigen und Ihren Mitarbeitern wie dem gesamten uns teuren deutschen Volk erflehen wir von Herzen Gottes überreichen Segen.

NUNTII SCRIPTO DATI

I

Ad Exc.mum P. D. Benedictum Printesis, Archiepiscopum Atheniensem, iuvenibus exploratoribus, v. « Boy-scouts », ex universo terrarum orbe Marathona convenientibus, Coetui XI v. « Jamboree » interfuturis.

Au moment où se rassemblent, dans la plaine historique de Marathon, des milliers de scouts venus du monde entier pour leur traditionnel Jamboree, Notre cœur se tourne vers eux avec une paternelle affection ;

[1] Cfr. ***Iac.*** 1, 17.

et, à l'exemple de Nos derniers Prédécesseurs, Nous invoquons d'un cœur ému sur leur grand rassemblement mondial la protection du Dieu Tout-Puissant.

Ayant Nous-même connu de très près le scoutisme, Nous avons dès longtemps apprécié les vertus éducatives de ce magnifique Mouvement, et son aptitude à développer dans l'âme des jeunes les meilleurs éléments de la personnalité. Culte de l'honneur et de la loyauté, service du prochain dans un esprit de fraternel dévouement, entraînement au courage physique et moral par une discipline volontairement acceptée; autant de valeurs humaines que le Christianisme a toujours reconnues comme siennes, toujours encouragées. Voir cet idéal partagé et pratiqué par un nombre croissant de jeunes à travers le monde est pour Nous un motif de joie profonde et de solide espérance.

Le thème de ce XIème Jamboree, résumé en une formule particulièrement expressive: *Plus haut et plus loin!* **est à lui seul un programme plein de promesses et auquel l'Eglise ne peut qu'applaudir. Que désire-t-elle, en effet, sinon l'élévation et le progrès des âmes? La vie, vue dans la lumière de Dieu, n'est pas stagnante ; elle est une marche, elle est une ascension. Et à quoi tend l'éducation chrétienne sinon à former, avec le secours de la grâce, des hommes qui voient haut et loin? Et c'est de tels hommes que le monde a, aujourd'hui, plus que jamais besoin.**

Ainsi donc, chers Scouts du XIème Jamboree, mettez votre effort et votre honneur à voir toujours plus haut, toujours plus loin. Plus haut que la vie facile des cités modernes, plus haut que les intérêts ou les plaisirs matériels, où trop d'âmes s'avilissent et s'enlisent! Plus loin que les étroits calculs de l'égoïsme individuel, que les mesquines rivalités de races, de langues, de nations ... Puisse votre « Grand Jeu de l'Amitié », symbole de l'esprit qui vous anime, aider au dépassement des barrières artificielles élevées entre les hommes ou les groupes ethniques, être pour tous un stimulant à avancer dans les voies de la fraternité universelle, enseignée par le Christ, fondée dans la reconnaissance du Dieu, unique et Tout-Puissant, Père de tous les hommes ! Voilà Nos vœux pour votre Jamboree.

Il se déroule sur une terre privilégée ; vous saurez entendre les voix qui s'élèvent de ce sol, imprégné, comme il en est peu au monde, de culture humaine et chrétienne. Il se déroule à l'époque d'un Concile œcuménique, en un moment historique où un immense désir soulève les âmes, de mettre fin à des divisions séculaires ; vous saurez reconnaître ce souffle de l'Esprit et vous en inspirer.

A Nos chers Fils les Scouts catholiques, à leurs frères de toutes nations rassemblés avec eux à Marathon, aux organisateurs de cette grande manifestation, à vous enfin, Vénérable Frère, vont Nos salutations cordiales, Nos félicitations, Nos vœux, Notre Bénédiction Apostolique.

Du Vatican, le 20 juillet 1963.

PAULUS PP. VI

II

Ad populum Vietnamensem, cum civium concordia in illa natione in grave adduceretur discrimen.

Nous estimons de Notre devoir de manifester Notre douloureuse préoccupation au sujet des pénibles événements qui affligent le cher Peuple du Vietnam. L'angoisse devient de jour en jour plus profonde et plus lancinante, comme les Evêques l'ont très bien exprimé dans leur déclaration paternelle.

Notre espérance toutefois demeure vive, car Nous avons confiance dans les sentiments de bonté et de solidarité du Peuple Vietnamien qui a donné tant de preuves solides de son amour de la Patrie, en montrant par là sa volonté de préserver ses plus hautes valeurs morales et spirituelles, ansi que tout ce qui favorise le bien commun.

Nous formulons donc le souhait que tous, dans une généreuse collaboration et dans le mutuel respect des libertés légitimes, voudront concourir à rétablir la concorde réciproque et fraternelle. Et Nous élevons de ferventes prières vers le Tout-Puissant en invoquant le secours divin sur tout le Peuple et sur ses libres institutions.

Du Vatican, le 30 août 1963. <

PAULUS PP. VI

NUNTIUS TELEGRAPHICUS

Ad Exc.mos Viros : Foederatarum Americae Septemtrionalis Civitatum Praesidem; supremi Consilii publicae rei administrandae in Anglia Praesidem; publicae rei Moderatorem in Foederatis Russiarum Civitatibus; Consilii Nationum Unitarum Secretarium generalem. *

The signing of the Treaty banning nuclear experiments has also touched very intimately Our heart, because We see therein a proof of good will, a pledge of harmony, and a promise of a more serene future.

Welcoming in Our soul, always solicitons for the welfare of humanity, the echo of satisfaction and hope which rises from every corner of the world, We express Our félicitations on the conclusion of an act so comforting and so significant, and We pray God that He prepare the way for a new and true peace in the world.

PAULUS PP. VI

* Die 5 Augusti mensis a. 1963.

ACTA IOANNIS PP. XXIII

LITTERAE DECRETALES

Beato Antonio Mariae Pucci Confessori Sanctorum honores decernuntur

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Boni pastoris imaginem quotiescumque animo consideramus, suavissima illa mentem subeunt verba, quibus Christus intima sui cordis discipulis aperiens totius vitae suae rationem complexus est : « Ego sum pastor bonus ; bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis » *(Io.* **10, 11). Quae quidem verba iam ab Apostolis pastoralis muneris summam esse existimata vel ea documento sunt quae S. Petrus, postquam a Christo universi gregis pascendi officium trepido animo suscepit** *{Io.* **21, 15-17), presbyteris seu sacerdotibus verba fecit : « Pascite qui in vobis est gregem Dei ... forma facti gregis ex animo »** *(1 Pet.* **5, 2-3). Sacerdotes enim cum Christi personam in hominibus quodammodo agant, eiusdem etiam vitae rationem et mores exprimant oportet, virtutesque edant quae sint cum inito munere pares.**

E complurimis autem sacerdotibus, quos Christi virtus indeficiens in Ecclesia excitavit nostrae aetatis hominibus ad religionis sensum conformandis, gratum Nobis est hodie Antonium Mariam Pucci sanctitatis Ínfula decorare, cuius pastoralem caritatem cum modestia copulatam Deus ita alacrem reddidit ut, eo praeeunte, innumeri tum suae tum insequentis aetatis homines ad veram religionem allicerentur, et ad christianae vitae praecepta componerentur.

Antonii Mariae vitae initia omnino parva et humilia, si ad hominum iudicium et existimationem referas, fuerunt. Natus est in pago vulgo *Poggiolo* **cognominato, prope municipium quod** *Vernio* **vocant, in dioecesi Pistoriensi, die sexto decimo mensis Aprilis anno Domini millesimo octingentesimo undevicesimo, patre Augustino, matre Maria Oliva Macchi, piis sane agricolis, qui pro suo christianae vitae studio, eodem quo natus est die, infantem sacramento Baptismi ablui curaverunt, Eustachio nomine indito.**

Itaque a puero non terrenas divitias Eustachius est expertus, neque huius vitae commoda, sed fratrum sororumque dulcem coronam, ingenuamque pietatem qua impensissime parentes Deum colebant eiusque sanctissimam Matrem. A quibus cum exempla sumebat laboris, modestiae, fortitudinis, tum potissimum christianae fidei, spei et caritatis documenta capiebat, quibus demissi tenuesque agricolae supra modum terrestrium rerum attollebantur, ad aeterna bona intenti.

Vix decimum ingressus annum, contra temporum illorum consuetudinem, eucharistica Dape primum est refectus, magna cum animi laetitia, quam per totam vitam grata memoria est prosecutus.

Cum autem prima litterarum iatinique sermonis elementa a parocho edisceret, qui bonam pueri indolem admiratus libenter eum domum arcessebat, post rusticum nempe opus privataque negotia expleta, eo vivendi genere angelicus iuvenis ad magnam cum Deo familiaritatem invitabatur, intima cum eius Matre inita societate. Quod non sine admirabili Dei consilio fiebat, qui cum religiosae res haud prospere in Italia inclinarentur, hostilesque factiones catholico nomini publice adversaretur, Ecclesiae iura impugnantes, seorsum paulatim ministrum sibi comparabat (cfr. *1 Sam.* **1, 26), qui olim antiquam populi fidem pro sua parte tueretur, vitaeque exemplo homines doceret quo modo vera immortaliaque bona essent quaerenda.**

Nihil igitur mirum si Eustachius, cum pietate, tum ingenio praestans, haud fallaci Dei instinctu consilium iniit ut totum se Deo manciparet; quod ut sanctissimae Dei Genitricis ductu auspicioque fieret, die decimo mensis Iulii, anno millesimo octingentesimo tricesimo septimo, duodeviginti annos natus, in Ordinem Servorum Mariae ingressus est, cuius mox vestem induit, nomine Antonio Maria sumpto. Nonnulla quae illorum dierum afferuntur testimonia palam ostendunt firmam ei stetisse sententiam integrum Christi sacerdotem fidelemque eius Matris servum evadere.

Post Novitiorum autem tirocinium Florentiae expletum, in Monasterium Servorum Mariae ad Senarium montem perrexit, ut philosophicis theologicisque studiis vacaret, ubi praesentissima Septem Ordinis Conditorum memoria servabatur. Qua in solitudine quinquennium mansit.

Cum ingenio praestaret, in humanitatis litteris theologicisque disciplinis valde profecit, uti ex moderatorum et aequalium testimoniis efficitur, sed tam singulariter in virtutibus profecit, maxime in castitate, paupertate, oboedientia, ut iure merito ipsa virtutis imago ab omnibus existimaretur. Cotidie enim magis flamma, quam pectore alebat, vide-

batur augere, hoc est studium Christum mutandi, « ut perfectus esset homo Dei, ad omne opus bonum instructus » (cfr. *2 Tim. S,* **17).**

Postquam autem die tricesimo primo mensis Maii, anno millesimo octingentesimo quadragesimo tertio sollemnia vota nuncupavit, quibus sodalibus Ordinis Servorum Mariae perpetuo est ascriptus, eodem anno, die scilicet vicesimo quarto mensis Septembris, Florentiae sacerdotio initiatus est.

Insequenti anno Ordinis Servorum Mariae moderatores novum sacerdotem curioni ad S. Andreae in urbe Viaregio auxiliatorem dederunt, plane confisi fore ut eius animi ornamenta, modestia nempe, recondita sapientia, morumque ingenua suavitas commisso populo uberes salutaresque fructus ederent. Neque spem fefellit eventus. Etenim delatum hoc sibi officium tam generoso animo Antonius Maria suscepit et exsecutus est ut, tres post annos, dignus sit habitus qui curio ad S. Andreae ipse designaretur.

Impossibile est autem ea omnia afferre quae Dei servus in hoc munere obeundo Christi caritate urgente (cfr. *2 Cor.* **5, 14) mira alacritate effecerit. Boni Pastoris enim imaginem exprimens oves suas singulas internovit, praecessit exemplo, ab hostibus est tuitus, doctrina pavit, donis caelestibus auxit. « Fidelis servus ac prudens super Dei familiam constitutus » (cfr.** *Mt.* **24, 45) eiusdem bono veri nominis aeternaeque saluti impense studuit, Christi vestigia persecutus, qui seipsum pro hominibus tradidit (cfr. •***Cal.* **2, 20).**

Cum sibi persuasum haberet primum idque praecipuum Pastoris officium in Evangelii doctrina vulganda consistere, nihil intentatum reliquit quo christianae salutis verba (cfr. *Act.* **13, 26) commode ad omnium aures et animos dimanarent, ad eos praesertim quos ipsorum vitae genus prohiberet a sacris caerimoniis frequentandis, cuiusmodi sunt nautae et aegroti, quos frequenter invisebat, christianae vitae solacia et hortamenta allaturus. Vel maiore alacritate puerorum curam suscepit, quos candida vitae ratio praecipue Deo commendabat; quibus caelestis doctrinae principia sedulo tradebat, invigilabat ediscentibus, praemia bene merentibus proponebat.**

Sacrum autem docendi munus plane inane esse nisi verbis vitae documenta accederent bene intellegens, eam vitae rationem iniit quae cum Christi exemplo plane congrueret : modestiam et paupertatem adeo coluit, ut nihil sibi unquam tribueret, pecuniamque quam sponte ei darent victus vestiumque causa is pauperibus largiretur, qui numquam vaçuis manibus ab eo discedebant. Quam ob rem brevi factum est ut,

qui una veste eaque obsoleta indueretur, ab universa civitate «pater pauperum » appellaretur.

E cuius eximiae caritatis speciminibus ea memoratu digna videntur quae cholerae morbo saeviente edidit, cum nimirum mira profecto gessit animis corporibusque curandis eorum qui lue essent affecti, quos vel humeris accipiebat, ut in vaïetudinarium adduceret. Neque silentio praetereundum eum quodam die scelestis hominibus, ita ipsum mulcantibus ut paene vitam amitteret, impunitatem veniamque dedisse.

Cum autem in animorum curatione necesse omnino sit non modo evangelica praecepta docere sed caelestia etiam alimenta praebere, curio diligentissimus Sacramentis ministrandis impense studuit, tamquam « dispensator mysteriorum Dei » *(1 Cor.* **4, 1), eo plane spectans ut omnes, qui sibi commissi essent, donis caelestibus fruerentur, cum sani tum aegroti, cum pueri tum senes, viri praesertim patresque familias; in quibus singulari studio iis prospiciebat quos falsa opinio a christianae vitae consuetudine removeret, quos Perdolentis Virginis tutelae conv mendabat, cui vel totam civitatem, initio curialis muneris, tradiderat protegendam.**

Ut autem in gravi hoc caelestium bonorum dispensatoris officio maiores fructus perciperet, assiduas orationes die noctuque Deo adhibebat. Egregia praeprimis eius fuit pietas in divino Sacrificio celebrando, in quo cum Christo cibo et hostia intima societate iungebatur, simul exemplum ab eo sumens et firmamentum. Impense etiam Beatam Virginem coluit, quam tamquam suavissimam Matrem caram habuit magnamque ad Deum deprecatricem.

Eo autem consilio ut animorum curatio cum ad doctrinam tradendam quod attinet, tum ad caelestem vitam cum hominibus communicandam magis atque magis sui temporis homines afficeret, de coetibus condendis cogitavit, quibus iuvantibus christiana religio altius in hominum animos descenderet, latiusque mores et instituta pervaderet. Sunt autem eiusmodi : Sodalitas christianae doctrinae tradendae ; Sodalitas a S. Aloisio iuvenibus virtute continendis ; Pium Sodalicium Filiorum a S. Iosepho, christianae fidei alendae in provectioris aetatis viris eorumque familiis ; Sodalitas a Virgine Perdolente, pietati erga Beatissimam Dei Matrem inflammandae; Coetus denique Vincentianus pauperibus iuvandis. Matres etiam familias congregabat Coetus Matrum Christianarum, dum puellis educandis operam dabant Sorores a Virgine Perdolente, quas ipse condiderat ; pueris denique strumosis prospiciebat Maritimum Hospitium, quod ipse primum in Italia constituendum curavit.

Septuagesimum tertium suae aetatis annum agebat, quintum et quadragesimum a curiali munere suscepto, cum Deus fidelem servum ad aeterna praemia vocavit.

Cum enim quadam nocte eum adVocavissent ad quemdam, graviter aegrotantem, extrema unctione Uniendum, non hiems, non tenebrae, non saeviens procella neque exuti humeri pallio, quod ante cuidam mendico donaverat, eum ne iret prohibuerunt, sed domum reversum mox ardentes febres corripuerunt ; quibus paucis post diebus fragile corpus est consumptum.

Itaque die duodecimo mensis Ianuarii, anno millesimo octingentesimo nonagésimo secundo, postquam rite caelesti pabulo est refectus et opobalsamo inunctus, placidissime veluti somno consopiri visus est, e quo evigilavit gloriam Domini aspecturus.

Nuntiata Pastoris mors illico universam civitatem commovit, quae ad eius corpus venerandum festina properavit. Neque illud silentio praetereundum Consilium Civitatis administrandae, quamquam alieno animo ab Ecclesia sacerdotibusque erat, sollemnes exsequias publico sumptu faciendas decrevisse, admirationem ostendendi causa, qua in defunctum Pastorem ferebatur.

Cum autem demortuum Dei famulum magna veneratione universa civitas prosequeretur, cumque eius sanctitatem, uti aiebant, caelestibus signis Deus confirmaret, quae quidem signa adhuc eo vivente indubia testimonia facta esse declarabant, causa statim agitari coepta est de Beatorum Caelitum honoribus servo Dei decernendis; cànonicisque de more peractis processibus tum in Lucensi Curia, tum Senis et Romae, ad inquisitiones apostolicas ventum est, atque die tertio decimo mensis Aprilis anno millesimo nongentesimo tricesimo secundo decretum introducendae causae a Sacra Rituum Congregatione prodiit, quae ita feliciter acta est ut, post habitas de more antepraeparatoriam et praeparatoriam, quae dicuntur, et generalem Congregationem, quae die vicesimo quinto mensis Novembris anno millesimo nongentesimo quadragesimo septimo in arce Gandulfi, coram Decessore Nostro Pio XII, facta est, ab eodem declaratum fuerit, die duodevicesimo mensis Ianuarii sequenti anno, constare de gradu heroico tum theologalium tum cardinalium virtutum venerabilis Servi Dei Antonii Mariae Pucci.

Tum quaestio de miraculis agi coepta est, quae eodem Dei famulo deprecante operatus Deus esse dicebatur. Post acres autem Sacrae Congregationis Rituum investigationes, idem Decessor Noster die altero mensis Martii anno millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo constare

edixit de duobus miraculis, venerabili Antonio Maria Pucci interveniente, a Deo patratis, nimirum de instantánea pêrfectaque sanatione cum Elvirae De Angelis Mallegni a gravi arthropathia organica chronica laevi numeri, tum Mariae Zappelli viduae Lippi a gravi glomerulonephrite haemorrhagica, toxicae urhaemiae coniuncta. Die autem sexto mensis Aprilis, eodem anno, statutum est tuto procedi posse ad sollemnem venerabilis Antonii Mariae Pucci beatificationem. Quae sollemnia die vicesimo secundo mensis Iunii eodem anno in Petriana basilica sunt habita."

Cum vero post decretos eidem Beato supernorum Caelitum honores eiusdem cultus crescerei, eoque deprecante nova dicerentur effecta a Deo miracula, apostolici denuo processus initi sunt de Beato Antonio Maria Pucci sanctitatis infula decorando. Postquam autem in Sacrae Rituum Congregationis comitiis disceptatum est de duabus praecipue sanationibus quae eo intercedente dicerentur impetratae, die vicesimo sexto mensis Iunii, hoc anno, in Congregatione Generali, quae dicitur, venerabilis Frater Noster Benedictus S. R. E. Cardinalis Aloisi Masella, Episcopus Praenestinus huiusque causae Relator, dubium posuit an et de quibus miraculis, post indultam Beato Antonio Mariae Pucci venerationem, constaret in casu et ad effectum de quo ageretur, omnesque qui affuerant tum Cardinales, tum Praelati Officiales Patresque Consultores, sanationes propositas vera esse habenda miracula affirmarunt. Quibus suffragiis libenter exceptis, post rem iterum atque iterum consideratam ac caeleste lumen pluries invocatum, die septimo mensis Iulii, hoc anno, sollemniter ediximus : Constare de duobus miraculis a Deo patratis per intercessionem Beati Antonii Mariae Pucci, nempe de instantánea pêrfectaque sanatione dominae Carolae Pucci Cupisti ex urbe Viaregio a gravi osteoartrosi deformante in femore dextro; deque instantánea pêrfectaque sanatione iuvenis Iosephi Altidoro Barrientos Gómez a fractura ossis ischio-pubici per ponderosi plaustri compassionem inducta.

Duobus autem miraculis ita probatis, unum expediendum erat dubium, utrum scilicet eidem Beato Sanctorum Caelitum honores decerni possent. Qua super re, post preces Deo adhibitas remque saepius consideratam, per decretum die vicesimo secundo superioris mensis Septembris datum, ediximus tuto procedi posse ad Beati Antonii Mariae Pucci sollemnem Canonizationem. Sacrum deinde quod indiximus Consistorium, die quinto decimo mensis Novembris in Basilica Vaticana celebratum est, in quo dilectus Filius Noster Arcadius S. R. E. Cardinalis Larraona, Sacrae Rituum Congregationis Praefectus, aequum esse osten-

dit ut Beati illius memoria summis consecrantur honoribus, enixeque postulavit ut quam primum ad id deveniretur. Receptis ideo omnium qui aderant S. R. E. Cardinalium et sacrorum Praesulum suffragiis, plane comperimus Beatum illum concordi sententia ab iis dignum aestimari qui fulgido honestaretur Sanctorum diademate, ad eiusque Canonizationem diem statuimus nonum proximi mensis Decembris.

Quo sácerrimae caerimoniae die in Petrianam Basilicam descendimus, magno fidelium atque sacrorum Antistitum, ex universo terrarum orbe Concilii Oecumenici Vaticani II celebrandi causa Romae astantium, numero frequentissimam. Tunc dilectus Filius Noster S. R. E. Cardinalis Arcadius Larraona, perorante dilecto filio Camillo Corsanego, Consistorialis Aulae Advocato, instanter de more, instantius, instantissime postulavit ut Antonium Mariam Pucci, una cum Petro Iuliano Eymard et Francisco Maria a Camporubeo, sanctus declararetur. Cui Consistoriali Advocato per dilectum filium Hamletum Tondini, ab Epistulis Nostris ad Principes, respondimus iam in eo esse ut huiusmodi postulationi concederemus. Itaque a Divino Paraclito luminis copia implorata, in sancti Petri Cathedra sedentes uti supremus universae Ecclesiae magister, haec sollemniter pronuntiavimus : *Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et christianae religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita, et divina ope saepius implorata, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum, in Urbe exsistentium, consilio, Beatos Petrum Iulianum Eymard, Antonium Mariam Pucci et Franciscum a Camporubeo, Confessores, Sanctos esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo ascribimus: statuentes illorum memoriam quolibet anno die eorum natali, prima nempe Augusti pro Petro Iuliano, duodecima Ianuarii pro Antonio Maria, et decima septima Septembris pro Francisco, inter Sanctos Confessores pia devotione recoli debere. In nomine Pa* £B *tris et Fi* £B *Iii et Spiritus* l$i *Sancti. Amen.*

Quibus verbis prolatis, precibus annuentes eiusdem Cardinalis Arcaclii Larraona, hasce Decretales sub plumbo Litteras confici et expediri iussimus. Deinde post grates omnipotenti Deo una cum astantibus aetas, de novensilium Sanctorum virtutibus sermone habito, eorum patrocinium primi invocavimus, ut Nobis, qui Summi Pontificatus pondere premeremur, ea omnia potissimum a divina clementia impetrare vellent, quae ad suscepta consilia et incepta ad exitum felicem deducenda, eae-

lesti opitulante gratia, valerent; ut christianis universis, fraterno inter se amore coniunctis, unum esset ovile unusque Pastor (cfr. *Io.* **10, 16), atque populi omnes, tandem pacatis animis ac rebus ordine, iustitia caritateque compositis, ad eam prosperitatem assequendam progredeentur, quae aeternae felicitatis esset auspex atque praenuntia.**

Quae cum ita sint, auctoritate Nostra haec acta confirmantes, mandamus ut harum Litterarum exemplis et locis, etiam typis impressis, manu tamen alicuius tabellionis subscriptis sigilloque munitis, eadem tribuatur fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Nemini autem iis quae per has Litteras statuimus obniti liceat; quod si quis temere ausus fuerit, iustis poenis plectetur.

Datum Eomae, apud S. Petrum, die nono mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quinto.

Ego IOANNES catholicae Ecclesiae Episcopus



£8 **Ego EUGENIUS Episcopus Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae Card. TISSERANT, Sacri Collegii Decanus.**

f$ **Ego CLEMENS Episcopus Veliternus Card. MICARA.**

Ego IOSEPHUS Episcopus Albanensis Card. PIZZARDO.

££i **Ego BENEDICTUS Episcopus Praenestinus Card. ALOISI MASELLA, S. R. E. Camerarius.**

j$j **Ego HAMLETUS IOANNES Episcopus titulo Tusculanus Card. CICOGNANI.**

£B **Ego IOSEPHUS Episcopus titulo Sabinensis et Mandelensis Card. FERRETTO.**

Ego IACOBUS ALOISIUS titulo S. Laurentii in Damaso Presbyter Card. COPELLO.

Ego GREGORIUS PETRUS titulo S. Bartholomaei in Insula Presbyter Card. AGAGIANIAN.

Ego VALERIUS titulo S. Silvestri in Capite Presbyter Card. VALERI.
Ego PETRUS titulo S. Praxedis Presbyter Card. CIRI ACT.
Ego PAULUS titulo S. Mariae in Vallicella Presbyter Card. GIOBBE, S. R. E. Datarius.
Ego FERDINANDUS titulo S. Eustachii Presbyter Card. CENTO.
Ego CAROLUS titulo S. Mariae in Porticu Presbyter Card. CHIARLO.
Ego CAROLUS titulo S. Agnetis extra moenia Presbyter Card. CONFALONIERI.
Ego PAULUS titulo S. Andreae Apostoli de Hortis Presbyter Card. MARELLA.
Ego HILDEBRANDUS titulo S. Sebastiani ad Catacumbas Presbyter Card. ANTONIUTTI.
Ego EPHRAEM titulo S. Crucis in Ierusalem Presbyter Card. FORNI.
Ego GUSTAVUS titulo S. Hieronymi Illiricorum Presbyter Card. TESTA.
Ego ALOISIUS titulo S. Andreae de Valle Presbyter Card. TRAGLIA.
Ego IOSEPHUS titulo S. Priscae Presbyter Card. DA COSTA NUNES.
Ego ALAFRIDUS S. Mariae in Domnica Diaconus Card. OTTAVIANI.
Ego ALBERTUS S. Pudentianae Diaconus Card. DI JORIO.
Ego FRANCISCUS S. Caesarii in Palatio Diaconus Card. BRACCI.
Ego FRANCISCUS S. Mariae in Cosmedin Diaconus Card. ROBERTI.
Ego ANDREAS S. Georgii in Velabro Diaconus Card. JULLIEN.
Ego ARCADIUS MARIA SS. Blasii et Caroli ad Catinarios Diaconus Card. LARRAONA.
Ego FRANCISCUS SS. Cosmae et Damiani Diaconus Card. MORANO.
Ego VILLELMUS THEODORUS S. Theodori in Palatio Diaconus Card. HEARD.
Ego AUGUSTINUS S. Sabae Diaconus Card. BEA.
Ego ANTONIUS S. Eugenii Papae Diaconus Card. BACCI.
Ego IOACHIMUS ANSELMUS S. Apollinaris Diaconus Card. ALBAREDA.
Ego MICHAEL S. Pauli in Harenula Diaconus Card. BROWNE.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. ***R. E. Cancellarius***

ARCADIUS Card. LARRAONA
S. ***R. C. Praefectus***

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*
Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Loco £ß Plumbi

In Cane. Ap. tab., vol. CXI, n. hi

EPISTULA

Ad Rev.mum P. Benedictum Reetz O. S. B., Archiabbatem Beuronensis Archicoenobii a S. Martino et Congregationis Beuronensis Praesidem, saeculo revoluto ab eodem constituto Archicoenobio.

Hoc anno feliciter contingit, ut r evolutum impleatur saeculum, ex quo benedictinum Beuronense Archicoenobium constitutum est.

Ut compertum Nobis est, sollemnibus ritibus et coetibus a te, dilecte fili, sodalibusque tuis istic huiusmodi saecularis memoria concelebrabitur ; et in tantae communionem laetitiae iure merito accèdent religiosae familiae, quae vel directo vel remote a Beuronensi benedictina Congregatione, cui digne praees, pendent.

« Laudate Dominum, quia bonus est, psallite Deo nostro, quia suavis est : decet eum laudatio ».[1] « Terra dedit fructum suum : benedixit nobis Deus, Deus noster ».[2]

Haec dulcisona sacri Psaltae verba congruere putamus vobis, ut iucundo concentu animorum et vocum Deo summas gratiarum actiones persolvatis, qui religioso Instituto vestro propitius afflavit et praesenti munimine adest. Tenellus profecto surculus, a Mauro et Placido Wolter monachis istic consitus, in proceram frugiferam arborem se fudit : quin etiam olearum nobili edita corona, vegeta subole, gloriatur.

Ad praescripta et spiritum legiferi Patris vestri S. Benedicti, religiosa vita istic floruit ; et catholico nomini prof uturis inceptis ita vacatum est, ut nomen vestrum commendatissimum personaret.

Praeter alia apud vos sacra doctrina insigniter exculta est ; liberales artes, praesertim quae ad cantum et ad picturam divini cultus usui addicendam pertinent, in honore positae ; Sacrorum Bibliorum latinae interpretationis perveteris sagaci studio collectae et restitutae reliquiae. Singulari quoque vobis decori tribuitur quod rei liturgicae discendae, exercendae, propagandae coenobium vestrum praecipua est sedes.

Haec gratulati ex animo, paterna benevolentia moti, vota facimus, ut spiritualem hereditatem, quam a maioribus percepistis, indemnem servetis. Catholicae fidei puritas, exquisita pietas, sanctimonia morum, fraterna concordia, alacris caritas, quae ad universitatem Christi Regni

[1] *Ps.* 146, 1.
[2] *Ps.* 66, 6-7.

se pandat, pulchre- foedere negotium iustum otio sancto sociatum, in vobis semper maneant, vigeant, niteant.

Ut in progressione singularium virtutum, quae coenobitis propriae sunt, valide vires ponatis, tantus qui occurrit recolendus eventus, omnis et singulos vos exstimulat. Quaenam hae virtutes sint, S. Augustini effatum quoddam declarat, et ad eas a Deo impetrandas insusurrat accommodas preces : <x Suavitatem et eruditionem et scientiam doce me, quoniam mandatis tuis credidi. Augeri sibi ista poscit et perfici ... Doce me suavitatem inspirando caritatem, doce me disciplinam inspirando patientiam, doce me scientiam illuminando intelligentiam ».[3]

Multum optantes, ut ea quae instauratur celebratio, exacto saeculo ab ortu Beuronensis Archicoenobii a S. Martino, opimi pii fructus sit ferax et suaviter replicandam post se diuturnam recordationem linquat, tibi, dilecte fili, et Monasterii istius sodalibus itemque universis, Sacrorum Antistitibus, sacerdotibus, monachis, fidelibus, qui festo conventui intererunt, atque denique cunctae Beuronensi Congregationi, cui praees, Apostolicam Benedictionem, supernorum munerum pignus, ad potiora et meliora incitamentum, libenter impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xx mensis Aprilis anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri quinto.

IOANNES PP. XXIII

[3] S. Augustinus, in *Ps. CXViII Enarratio,* Sermo XVII, 4.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Paulus Divina Providentia Pp. VI,, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum :

die 25 Iunii 1963. — **Titulari episcopali Ecclesiae Idassensi praefecit R. D. Bodanum Bejze, e dioecesi Lodzensi, philosophiae doctorem in Athenaeo Theologico Varsaviensi, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Michaelis Klepacz, Episcopi Lodzensis.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Bityliensi R. D. Ioannem Zareba, Officialem tribunalis archidioecesis Gnesnensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Antonii Pawlowski, Episcopi Vladislaviensis.**

die 25 Iulii. — **Coadiutorem cum iure successionis Excmi P. D. Caroli Francisci Buddy, Episcopi Sancti Didaci, Exc. P. D. Franciscum I. Furey, Episcopum tit. Temnitanum.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Gurzensi R. P. D. Ieronymum P. Hastrich, Vicarium Generalem dioecesis Madisonensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Gulielmi Patricii 0'Connor, Episcopi Madisonensis.**

— **Titulari episcopali Ecclesiae Germaniensi in Numidia R. P. D. Iosephum a Carmelo Gallardo, Canonicum decanum Capituli metropolitani et Vicarium Generalem archidioecesis Serenensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Petri Aguilera Narbona, Episcopi Iquiquensis.**

die 26 Iulii. — **Cathedrali Ecclesiae Mercedensi R. D. Aloisium Tomé, curionem paroeciae titulo Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis in urbe Bonaerensi.**

die 6 Augusti. — **Cathedrali Ecclesiae Sancti Sebastiani Exc. P. D. Laurentium Bereciartua Balerdi, hactenus Episcopum Seguntinum-Guadalajarensem.**

die Î0 Augusti. — **Metropolitanae Ecclesiae Mediolanensi Exc. P. D. Ioannem Colombo, hactenus Episcopum titularem Philippopolitanum in Arabia.**

— Titulari episcopali Ecclesiae Thagastensi R. P. D. Aloisium Bettazzi, Canonicum theologum Capituli metropolitani Bononiensis et Delegatum archiepiscopalem pro Actione Catholica eiusdem archidioecesis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Iacobi S. R. E. Cardinalis Lercaro, Archiepiscopi Bononiensis.

die tk Augusti. **— Cathedrali Ecclesiae Soanensi-Pitilianensi Exc. P. D. Aloisium Pirelli, hactenus Episcopum titularem Lysiadensem.**

die 3X Augusti. **— Titulari episcopali Ecclesiae Voncariensi Exc. P. D. Mariam Georgium Petit, hactenus Episcopum Virodunensem.**

die 2 Septembris. **— Metropolitanae Ecclesiae Vestmonasteriensi Exc. P. D. Ioannem Carmelum Heenan, hactenus Archiepiscopum Liverpolitanum.**

— Titulari episcopali Ecclesiae Zeugmatensi in Syria Exc. P. D. Dionisium Borra, hactenus Episcopum Fossanensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Apolloniensi B. P. D. Henricum Petrilli, Antistitem Urbanum, Vicarium Generalem archidioecesis Senensis, quem deputavit Auxiliarem Excmi P. D. Ismaëlis Marii Castellano, Archiepiscopi metropolitanae Ecclesiae Senensis.

die 6 Septembris. **— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Pessinuntinae Exc. P. D. Paulum Gouyon, hactenus Episcopum Baionensem, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Enii P. D. Clementis Aemilii S. R. E. Cardinalis Roques, Archiepiscopi Rhedonênsis.**

die 9 Septembris. **— Metropolitanae Ecclesiae Armachanae Exc. P. D. Villelmum Conway, hactenus Episcopum titularem Nevensem.**

die Í2 Septembris. **— Titulari episcopali Ecclesiae Birthensi Exc. P. D. Franciscum Walsh, hactenus Episcopum Aberdonensem.**

II

JALAPENSIS-HUAJUAPANENSIS-TEHUACANIENSIS

DECRETUM

De finium immutatione

Maiori Christifidelium spirituali bono apprime studens, Excmus P. D. Aloisius Raimondi, Archiepiscopus titularis Tarsensis, in Ditione Mexicana Apostolicus Delegatus, ab Apostolica Sede enixe expostulavit ut limites, quibus in praesens archidioecesis Jalapensis, dioeceses Huajuapanensis et Tehuacaniensis circumscribuntur, aliquantulum immutarentur ac aptius disponerentur, ita quidem ut ecclesiastici fines cum civilibus limitibus deinde conveniant.

Sacra Congregatio Consistorialis, attento favorabili voto Excniorum quorum interest Ordinariorum, rata huiusmodi immutationes aeternae animarum saluti cessuras, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Ioanne, Divina Providentia Pp. XXIII, tributarum, oblatis precibus benigne annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, praesenti Consistoriali Decreto :

1 - ab archidioecesi Jalapensi distrahit territorium civilis districtus vulgo *Alcomunga,* intra fines municipii cui nomen *Ajalpán* exstans, illudque dioecesi Tehuacaniensi adnectit ;

2 - a dioecesi Huajuapanensi separat pagum vulgo *San Pedro Atzumba* nuncupatum, infra limites municipii *Zapotitlán Salinas* situm, eumdemque dioecesi Tehuacaniensi adsignat.

Mandat insuper Sacra Congregatio Consistorialis ut documenta et acta praefatorum territoriorum clericos, fideles et bona temporalia respicientia a Curia a qua ad Curiam cui illa nuper aggregata sunt, quam primum, transmittantur.

Ad clerum vero quod attinet statuit ut, simul ac praesens Decretum ad effectum deductum fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio ecclesiasticum beneficium aut officium legitime detinent; ceteri autem sacerdotes, clerici Seminariique tirones dioecesi illi incardinati maneant vel incardinentur, in cuius territorio legitimum habeant domicilium.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda Sacra Congregatio Consistorialis memoratum Excmum P. D. Aloisium Raimondi deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eamdem Sacram Congregationem, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Consistoriale Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 25 mensis Martii anno 1963.

CAROLUS Card. CONFALONIERI, *a Secretis*

L. © S.

f Franciscus Carpino, Archiep. tit. Serdicen., *Adsessor*

III

SECCOVIENSIS

DECRETUM

De mutatione nominis dioecesis

Apostolicis sub plumbo Litteris « Quod non tua)), diei 22 Iunii 1218, dioecesis Seccoviensis, ab urbe Seccovia, erecta fuit ac metropolitanae Ecclesiae Salisburgensi suffraganea constituta.

Ab anno autem 1786, quin mutaretur dioecesis nomen, sedes episcopalis translata fuit in civitatem Graecium, vulgo *Graz,* **utpote civilis provinciae Styriae caput atque negotiorum frequentia et incolarum numero caeteris provinciae urbibus praestantem.**

Quae cum ita sint, Exc.mus P. D. Ioseph SchoisAvohl, **Episcopus Seccoviensis, ab Apostolica Sede nuper expostulavit ut dioecesis Seccoviensis, veteri retento nomine, ab episcopali civitate Graecio ((Graecensis-Seccoviensis » appellaretur.**

Quapropter Sacra haec Congregatio Consistorialis, praehabito favorabili voto Exc.mi P. D. Opilii Rossi, Archiepiscopi titulo Ancyrani et in Austria Apostolici Nuntii, vigore specialium facultatum a Ss.mo Domino Nostro Ioanne, Divina Providentia Pp. XXIII, sibi tributarum, hoc Decreto statuit ut memorata dioecesis, et Episcopus pro tempore Seccoviensis, posthac appelletur *Graecensis-Seccoviensis.*

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 22 Aprilis 1963.

CAROLUS **Card.** CONFALONIERI, *a Secretis*

L. © S.

f Franciscus Carpino, Archiep. tit. Serdicen., *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

YOLAËNSIS - MAIDUGURIENSIS

DECRETUM

De mutatione finium

Cum in territorio Mgeriae Septentrionalis limites inter dioecesim Yolaënsem et praefecturam apostolicam Maiduguriensem hodiernis apostolatus necessitatibus non amplius respondere videantur, ad partialem eorundem limitum commutationem inter memoratas circumscriptiones ecclesiasticas efficiendam procedere visum est.

Itaque hoc Sacrum Consilium Christiano Nomini propagando, re mature perpensa, consensu Ordinariorum quorum interest prae oculis habito, acceptoque favorabili voto Excmi ac Revmi Domini Sergii Pignedoli, Archiepiscopi tit. Iconiensis atque Apostolici in Africa Media Occidentali Delegati, vigore facultatum specialium sibi a Sanctissimo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Papa VI concessarum, limites inter supradictas circumscriptiones ecclesiasticas ita emendandos censuit ut districtus civilis, vulgo « Madagali » appellatus, usque adhuc ad dioecesim Yolaënsem pertinens, in posterum praefecturae apostolicae Maiduguriensi addictus maneat, atque praesens ad rem Decretum confici et expediri iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, die 2 mensis Augusti a. D. 1963.

G. P. Card. AGAGIANIAN, *Praefectus*

L. © S-

f Petrus Sigismondi, Archiep. tit. Neapolitan. in Pisidia, *a Secretis*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

NEAPOLITANA SEU PINNEN.

Beatificationis et canonizationis Venerabilis Servi Dei Nuntii Sulprizio, adolescentis laici.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, **tuto** *procedi possit ad sollemnem eiusdem Venerabilis beatificationem.*

Qui ineffabili sapientia infirma mundi eligit Deus ut confundat fortia (cfr. / ***Cor.*** **1, 27), quique laudem perficit ex ore infantium atque lactentium (cfr.** ***Ps.*** **8, 3), Nuntium Sulprizio adeo caelestis gratiae r ore praevenit, ut adhuc puerulus virtute effloresceret fieretque deinde opificibus, praesertim iuvenibus, novum virtutis exemplar.**

Is natus est in oppido Pesculo Sampsonisco, Pinnensis intra fines dioecesis, anno 1817, egenis piisque parentibus. Patre orbatus, matreque secundas ineunte nuptias, a prima aetate in avunculi Iosephi transiit potestatem, qui suae ferrariae officinae tenellum puerum addixit, cuius animum pietate imbuendum avia suscepit. Religiosae curae apprime respondit Nuntius, qui ex tunc nihil gratius habuit, quam suas producere preces piisque operibus sedulo vacare. Avunculus autem insontem puellum sex annos duris supra aetatem laboribus fatigabat, saepe defraudabat victu, verberibus etiam plectebat. Hinc gravi affectus est morbo, ex quo teterrima plaga in tibia erupit. In Neapolitano xenodochio receptus, ubi ad saevi morbi curationem biennium degit, clariore virtutum fulgore praestitit ; quo factum est, ut omnium oculos et amorem in se convertent, praecipue vero cuiusdam illustris viri, qui propterea adolescentem domi suae hospitio excepit totoque habuit postremo vitae biennio. Ille autem, dum eximiae viri benevolentiae respondit, ad maiores evangelicae perfectionis gradus ascendere conabatur. Interim morbus, quem nulla removere vis potuit, augebatur in dies, ita ut postremo moriturus decubuerit; atque caelesti refectus pabulo reliquisque christianae religionis adiumentis munitus, obdormivit in Domino die 3 Maii anno 1836, aetatis suae undevicesimo.

Sanctitatis famam, qua Nuntius vivens praestabat, post obitum auctam et diffusam, Deus caelestibus signis visus est comprobare. Quapropter causa de beatorum caelitum honoribus ipsi decernendis agi coepta est.

Instructis itaque ordinaria potestate processibus in Curiis ecclesiasticis Pinnensi et Neapolitana, introducta est causa apud Sacram Rituum Congregationem die 14 Iulii a. 1859. Post autem apostolicos in iisdem Curiis adornatos processus, de virtutibus theologalibus et cardinalibus eiusdem Famuli Dei disceptatum est, easque heroum in modum exercitas fuisse Leo Papa XIII die 21 Iulii a. 1891 edixit. Inita postmodum quaestione de miraculis, quae eodem Venerabili Nuntio Sulprizio intercedente a Deo patrata ferebantur, omnique re in suetis comitiis diligenter exquisita, Sanctissimus Dominus noster Ioannes Papa XXIII f. r. die 7 mensis Martii anni huius de duobus constare sollemniter decrevit.

Unum tandem aliquando, iuxta sacri huius Fori leges et statuta, ad caelestes honores Venerabili huic decernendos inquirendum superfuit, nimirum : *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum,* tuto *procedi posset ad sollemnem ipsius beatificationem.* Id fieri posse cum Purpurati Patres, sacris ritibus tuendis praepositi, tum Praelati Officiales Patresque Consultores cunctis suffragiis affirmaverunt. Beatissimus vero Pater Paulus Papa VI, attenta rei magnitudine, mentem aperire distulit, donec ad eam sententiam ferendam maiorem caelestis adiumenti copiam effusis ad Deum precibus impetraret.

Hodierno autem die, postquam Sacris pie operatus est, Sacrae Rituum Congregationis votum suprema Sua auctoritate ratum habuit et confirmavit, edicens : Tuto *procedi posse ad sollemnem Venerabilis Servi Dei Nuntii Sulprizio beatificationem.*

Hoc autem Decretum rite promulgari et in Acta eiusdem Sacrae Congregationis referri iussit, atque Apostolicas Litteras sub Anulo Piscatoris de sollemniis beatificationis eiusdem Venerabilis in Patriarchali Basilica Vaticana quandocumque celebrandis conscribi mandavit.

Datum Romae, die 6 Septembris a. D. 1963.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

L. $ S.

t Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *a Secretis*

II

DECRETUM

De mozzetta in Oecumenici Concilii sessionibus deferenda

Spiritum Sanctum posuisse episcopos regere Ecclesiam Dei sollemne habet Paulus Apostolus.[1] Hoc autem maxime fit in Oecumenico Concilio, cum episcopi omnes, una cum Summo Pontifice coadunati, universae Ecclesiae negotia, Divino assistente Paraclito, suprema auctoritate diiudicant.

Quapropter congruum sane videtur, ut etiam in conciliaribus sessionibus iisdem honorificis fruantur privilegiis, quibus in sua quoque dioecesi singuli gaudent.

Hac motus ratione Sanctissimus Dominus noster Paulus Divina Providentia Papa VI benigne indulget ut omnes archiepiscopi et episcopi residentiales uti possint supra mantelletum mozzetta, praesente quoque Summo Pontifice, sed in ipsis dumtaxat Concilii sessionibus, idemque privilegium ad archiepiscopos et episcopos titulares Sanctitas Sua benigne extendit, sed in ipsis dumtaxat Concilii sessionibus; ac insuper, cum eadem restrictione seu limitatione, ad abbates et praelatos *nullius* **seu Ordinarios qui intra limites iurisdictionis suae mozzettam deferunt et in Concilio suffragium deliberativum ferre valent.**

Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Rituum Congregationis, die 12 Septembris 1963.

ARCADIUS **M. Card.** LARRAONA, *Praefectus*

f Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *a Secretis*

[1] Cfr. ***Act. Ap.*** 20, 28.

SACRA CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

I

DECRETUM

Deustensis Studiorum Universitas Ecclesiae in civitate Flaviobrigensi (Bilbao) canonice constituitur.

Incorruptae evangelicae lucis filii nihil antiquius unquam habuerunt quam sapientiam divinitus revelatam hominibus cunctis proponere a Verbo Veritatis fonte hauriendam, minime tamen neglectis humanarum litterarum scientiarumque studiis quibus mentes evehuntur, ornantur, contra saeculi huius vanitatem fallaciamque firmantur, ad aeternum supernumque finem ultimum probatorum doctorum institutione, Ecclesiae Magisterio praelucente, tute diriguntur. Quamobrem impigre a quattuor saeculis Ignatii Loyolensis sodales naturalis supernaturalisque magisterii munere in Ecclesia funguntur, inclyti Parentis vestigia prementes, cuius «auxilio et imitatione» suffulti ((certantes in terris» *(Liturgica Oratio in Festo S. Ignatii)* iuvenes ita ab errore vitioque eruantur, ut « ad coronam pervenire mereantur » huius vitae ac futurae. Inter huiusmodi superioris doctrinae scholas, quas in Hispaniarum ditione condiderunt, illa notatu digna est quam in Flaviobrigensi civitate, prope Cantabricum mare, a. D. MDCCCLXXXVI, insignium benef actorum munificentia adiuti, constituerunt, sectionibus tum Iurisprudentiae tum Philosophiae Litterarumque tum Oeconomicarum disciplinarum nitentem. Nunc autem, cum altiorum hoc studiorum domicilium et omni apparatu quem nostrae aetatis eruditio postulat ornatum et magistris in unoquoque genere peritissimis instructum sit, opportunum visum est illud ad Universitatis Catholicae dignitatem erigere ad normam Canonici Iuris. Attentis ergo Praepositi Generalis Societatis Iesu humillimis precibus, tum Apostolici Nuntii Matritensis, tum Episcopi Flaviobrigensis supplicibus commendationis litteris suffultis, re diligentissime perpensa, Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus de tanto negotio certiorem fecit Augustum Pontificem fel. regn. Cum autem Ssmus Dominus Noster Paulus Div. Prov. Pp. VI perlibenter annuere dignatus sit, eadem Sacra Congregatio, post approbata peculiaria exhibita Sta-

tuta, Athenaeum canonice erigendum ad normam can. 1376 C. I. O. pro munere deliberavit. Hisce igitur, ad gloriam Dei O. M., ad Sanctae C a n tholicae Ecclesiae decus ac incrementum atque ad animarum proventum, *Deustensem Studiorum Universitatem Ecclesiae* **in civitate episcopali v. d. Bilbao vigentem, Sodalibus Societatis Iesu commissam, pro munere;** *constituit erigitque* **atque in perpetuum** *erectam* **declarat, his studiorum Facultatibus praeditam quibus impraesentiarum constat : Iuris (cum annexis Institutis Oeconomiae et Scientiarum Socialium necnon Schola Praxis Iuridicae) atque Philosophiae Litterarumque (cum annexo Instituto Linguarum Modernarum), ipsi Catholicae Universitati prorsus agnitis iuribus, honoribus, privilegiis, quae ad huiusmodi Athenaea in universo Catholico Orbe spectant. Sacra memorata Congregatio insuper praecipit ut omnia ad effectum traducantur quae approbata Statuta tum de moderatoribus praescribunt, tum de magistrorum discipulorumque officiis definiunt, imprimis de ipsa Sacra Congregatione statis tenir poribus edocenda eademque roganda de novo Rectore nominando, de nova Facultate vel Superiorum Studiorum Instituto forte inchoandis, de quavis in Statuta a Sede Apostolica probata mutatione inducenda, ceteris servatis de iure servandis ; contrariis quibuslibet minime obstantibus.**

Romae, ex aedibus S. Congregationis, d. x m. Augusti, in f esto Sancti Laurentii Martyris, a. D. MCMLXIII.

✠ IOSEPHUS **Card.** PIZZARDO, *Praefectus*

L. *ÏB* **S.**

f Dinus Staffa, Archiep. tit. Caesarien. in Palaest., *a Secretis*

II

DECRETUM

Studium Theologicum Collegii Internationalis Claretiani in Urbe Facultati Sacrae Theologiae Pontificiae Universitatis Lateranensis aggregatur.

Clarentem tum humana tum praesertim sacra doctrina, religiosam Congregationem Cordi Immaculato Beatae Mariae Virginis devotam Romani Pontifices magni semper fecerunt, quae, sancti sui Conditoris vestigia premens, magistros Ecclesiae suppeditare iugiter est nisa omnimoda eruditione praeclaros. Praxis autem doctrinalis laboris, ab inclyto

Patre summopere commendata,, anno Domini MCMXXXV permanens institutio facta est sub nomine Collegii Claretiani in Urbe « ad studia maiora et specialia)) fovenda provehendaque. Post alterum immane bellum, laudatum Collegium in ampliores aedes receptum, peculiarissimum finem sibi impensius praestituit, ut lectissimi auditores ex omni orbis regione acciti studia theologica tali « amplitudine, cura soliditateque)) perficerent, qui et magistri in scholis fierent omni puncto absoluti et sacrarum disciplinarum cultores evaderent scientifica omnino methodo instructi. Quare, summi Moderatores Familiae Claretianae, praeeunte Emo ac Revmo Arcadio S. R. E. Cardinali Larraona, eiusdem Familiae sodali, omnibus comparatis quae academico Ecclesiae iure requiruntur, in primis Docentibus suae quibusque disciplinae vere peritis necnon Bibliotheca libris ceterisque studii investigationisque instrumentis quam ditissima, Sanctam Sedem enixe rogaverunt ut Studium Theologicum Collegii Claretiani per aggregationem ad Facultatem Sacrae Theologiae Pontificiae Universitatis Lateranensis ad ordinem academicum eveheretur. Sacra Congregatio de Seminariis et studiorum Universitatibus, re attente inspecta, cum compererit omnia in eodem Collegio ad normam Apostolicae Constitutionis « Deus scientiarum Dominus » bene esse disposita exhibitaque peculiaria Statuta rite approbaverit, benigne annuente Ssmo D. N. Paulo Div. Prov. Pp. VI, petitionem laudatorum Moderatorum Emique Purpurati Patris libenter excipiens, Studium Theologicum Collegii Internationalis Claretiani in Urbe Facultati Sacrae Theologiae Pontificiae Universitatis Lateranensis *aggregatum constituit declaratque,* facta eidem potestate academicos gradus Baccalaureatus post tertium curriculi annum, Licentiae vero post quintum, alumnis conferendi, omnibus servatis de iure servandis, ante omnia memorata Apostolica Constitutione eique adnexis Ordinationibus, necnon peculiaribus Collegii Statutis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, d. d. xxii m. Augusti, in festo Immaculati Cordis B. M. V., a. D. MCMLXIII.

£ß IOSEPHUS Card. PIZZARDO, *Praefectus*

L. Ei s.

H. Cecchetti, *Subsecretarius*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, **12** settembre **1963,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Visita Ufficiale Sua Eccellenza l'On. Prof. Giovanni Leone, Presidente del Consiglio dei Ministri d'Italia.

Martedì, **17** settembre **1963,** il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Visita Ufficiale Sua Eccellenza l'On. Dott. Konrad Adenauer, Cancelliere della Repubblica Federale di Germania.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, di venerata memoria, si degnò di nominare :

14 gennaio 1963. L'Emo e Revino Signor Card. Bea Agostino, *Protettore delle « Povere Ancelle di Gesù Cristo » —• Arme Dienstmägde Jesu Christi* — (Dernbach, dioc. di Limburg).

31 maggio » L'Emo e Revmo Signor Card. Cicognani Amleto Giovanni, *Protettore delle « Sisters of the Third Order of St. Francis of Mary Immaculate* » (Joliet, Illinois).

» » » L'Emo e Revmo Signor Card. Landâzuri Ricketts Giovanni, *Protettore delle « Religiosas Franciscanas de la Inmaculada Concepción* » (Lima). .

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Giovanni XXIII, di venerata memoria, si degnò di nominare :

Assistenti al Soglio Pontificio :

29 maggio 1963. S. E. Revma Monsig. Roleff Enrico, Vescovo titolare di Elea.

31 » » S. E. Revma Monsig. Sosa Gaona Emilio, Vescovo titolare di Sergenza.

Protonotari Apostolici ad instar participantium :

20 agosto 1962. Monsig. Quaglia Edmondo (Canelones).
31 ottobre » Monsig. Büttner Alberto (Limburg).
30 novembre » Monsig. Jansen Ermanno Giuseppe (Köln).
10 aprile 1963. Monsig. Michulka Valentino (Burlington).
» » » Monsig. Kennedy Giovanni M. (Burlington).
» » » Monsig. Crosby Guglielmo P. (Burlington).
» » » Monsig. L'Ecuyer Giorgio E. (Burlington).

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

11 luglio 1963. L'Emo e Revmo Signor Card. Larraona Arcadio M., *Protettore delle « Religiosas Franciscanas Misioneras de la Inmaculada de S. Diego »* (Quito).
» » » L'Emo e Revmo Signor Card. Browne Michele, *Protettore della Congregazione dei « Fratelli Saveriani »* (Roma).
26 » » L'Emo e Revmo Signor Card. Antoniutti Ildebrando, *Prefetto della Sacra Congregazione dei Religiosi.*
1 agosto » L'Emo e Revmo Signor Card. Antoniutti Ildebrando, *Presidente della Commissione « de Religiosis » del Concilio Ecumenico Vaticano II.*
15 » » S. E. Revma Monsig. Limongi Paolino, Arcivescovo tit. di Mcea Minore, *Nunzio Apostolico nella Repubblica di Costa Rica.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

Assistente al Soglio Pontificio :

9 luglio 1963. S. E. Revma Monsig. Piontek Ferdinando, Vescovo titolare di Barca.

Protonotari Apostolici ad instar participantium:

17 luglio 1963. Monsig. Schulemburg Guglielmo *(Messico).*
24 » » Monsig. Ubaldi Giovanni (Urbino).
» » » Monsig. Valentini Aldo (Carpi).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di confermare:

Camerieri segreti soprannumerari di Spada e Cappa di Sua Santità:

24 giugno 1963. Il Conte Lovatelli Gustavo (Roma).
» » » U Conte Antamoro Nicola (Roma).
» » » Il Conte Forni Paolo (Modena).

24	giugno	1963.	II	sig. Flajani Ottavio (Teramo.)
	»	»	II	Marchese Bisleti Ferdinando (Veroli-Frosinone).
	»	»	II	sig. Freiré de Andrade Narciso Emanuele (Fribourg).
		»	II	Conte Boada y Flaquer Tommaso (Madrid).
26	»	»	II	sig. Santucci dei Conti Giovanni Battista (Boma).
»		»	II	Conte Casale de Bustis y Figoroa Guido (Roma).
27	»	»	II	Nob. Battibocca dei Conti Raffaele (Roma).
		»	II	Conte Battibocca Venanzio (Roma).
»	»		II	Nob. Battibocca dei Conti Tommaso (Roma).
»		»	II	Marchese Sallier de La Tour Carlo (Roma).
			II	Nob. Giorgi-Costa Pier Luigi (Roma).
			II	sig. Solari dei Baroni Ugo (Roma).
»		»	II	Nob. de Mojana di Cologna Don Pietro (Milano).
»			II	Marchese Castiglioni Guido (Roma).
	»		II	Conte Petrangolini Filippo Maria (Roma).
			II	sig. Páparo Mario (Roma).
			II	sig. Alessandri Francesco (Roma).
»	»	»	II	sig. Utley Giacomo Domenico (Westminster).
		»	II	sig. Antonucci Lucidi Augusto (Roma).
			II	Nob. Franchi Giuseppe (Roma).
28			II	sig. Sa vini Nicci Mario (Roma).
			II	sig. Leonetti Tommaso Conte di Santo Janni (Napoli).
	»		II	Barone Oddasso Francesco Maria (Roma).
»			II	sig. Oddasso dei Baroni Aldo (Roma).
4	luglio		II	sig. Caffery Jefferson (Lafayette).
5	»		II	sig. Egano d'Arzignano Mario (Roma).
»	»		II	Marchese Del Carretto di Novello Giacomo (Roma).
6		»	II	Conte von Schoenborn-Wiesentheid Carlo (Roma).
»	»		II	sig. Sellati Bartolomeo (Venezia).
			II	Conte Cataldi Enrico (Roma).
			II	Nob. Sterbini Giorgio (Roma).
	»		II	Nob. Tosi Giuseppe (Roma).
	»	»	II	sig. Dragonetti de Torres dei Marchesi Cosimo (Roma).
»	»		II	Nob. Riccardi dei Conti Lodovico (Roma).
»	»		II	Nob. Adorni Braccesi dei Conti Renzo (Roma).
	»	»	II	Conte Antamoro Luigi Carlo (Roma).
	»	»	II	Conte Pagani Planea Incoronati Alberto (Roma).
	»		II	Nob. Capelletti dei Marchesi Rodolfo (Roma).
»	»		II	sig. Del Balzo Raimondo Conte di Presenzano (Roma).
	»		II	Nob. Lovera di Castiglione dei Marchesi di Maria Carlo (Roma).
»		»	II	sig. de Mello Travassos Valdêz, Conte do Bomfim, Giuseppe (Lisboa).
	»		II	sig. Eckert Federico (Wien).
»	»	»	II	Marchese Travaglini di Santa Rita Raffaele (Roma).
	»	»	II	sig. Sassòli Tomba della Rosa dei Conti Giuseppe (Roma).
	»	»	II	sig. Cassinis Paolo (Roma).
»			II	Nob. Bajóla Parisani Filippo (Roma).

6	**luglio**	**1963.**	**Il Conte Antamoro Carlo Giovanni (Roma).**
»	**»**	**»**	**Il Nob. Jordanow-Osnobichine Alessandro (Roma).**
8	**»**	**»**	**U sig. de Lavergnolle Giovanni (Limoges).**
»	**»**	**»**	**Il sig. Batthyány Ladislao (Wien).**
10	**»**	**»**	**H Nob. Tosi Mario (Roma).**
Quo magnae sollemnitatis die in Petrianum templum descendimus, magno fidelium numero frequentissimum, dilectique Filii Nostri S. R. E. Cardinalis Arcadii Larraona, quem memoravimus, perorante dilecto filio Ioanne Baptista Ferrata, postulationem audivimus ut Vincentium Pallotti sanctum declararemus. Nos autem per dilectum filium Hamletum Tondini, ab epistulis Nostris ad Principes, respondimus iam in eo esse ut huiusmodi precibus accederemus. Itaque, a Divino Paraclito superni luminis copia implorata, supremi Catholicae Ecclesiae magistri munere fungentes, haec sollemniter pronuntiavimus : *Ad honorem Sanctae et individuae Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicae et Christianae Religionis augmentum, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra: matura deliberatione praehabita, et divina ope saepius implorata, ac de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum et Episcoporum, in Urbe exsistentium, consilio, Beatum* **Vincentium Pallotti** *Sanctum esse decernimus et definimus, ac Sanctorum catalogo ascribimus: statuentes illius memoriam quolibet anno die eius natali vicesima secunda Ianuarii inter Sanctos Confessores pia devotione recoli debere. In nomine Pa* £B *tris et Fi* E& *Iii et Spiritus* £ß *Sancti. Amen.*

Qua formula prolata, precibus annuentes eiusdem Cardinalis Arcadii Larraona, per eundem Consistorialem Advocatum Nobis admotis, hasce Decretales sub plumbo Litteras confici et expediri iussimus ; praesentibus vero Protonotariis Apostolicis ut de hac canonizatione publicum conficerent instrumentum mandavimus. Deinde postquam hymnum *Te Deum laudamus,* **ut gratias omnipotenti Deo ageremus, cum astantibus cecinimus, atque Sancti illius patrocinium primi invocavimus, sermonem de novensilis Caelitis virtutibus habuimus.**

Ceterum, perpensis omnibus quae inspicienda erant, certa scientia ac de Nostra apostolica auctoritate, quae supra diximus confirmamus, mandantes ut harum Litterarum exemplis vel locis, typis etiam editis, manu tamen alicuius tabellionis subscriptis sigilloque impressis, eadem tribuatur fides, quae hisce haberetur si ostenderentur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri quinto.

Ego IOANNES catholicae Ecclesiae Episcopus



83 **Ego** EUGENIUS **Episcopus Ostiensis ac Portuensis et S. Rufinae Card.** TISSERANT, **Sacri Collegii Decanus.**

83 **Ego** CLEMENS **Episcopus Veliternus Card.** MICARA.

83 **Ego** IOSEPHUS **Episcopus Albanensis Card.** PIZZARDO.

83 **Ego** BENEDICTUS **Episcopus Praenestinus Card.** ALOISI MASELLA, **S. R. E. Camerarius.**

83 **Ego** HAMLETUS IOANNES **Episcopus titulo Tusculanus Card.** CICOGNANI.

83 **Ego** IOSEPHUS **Episcopus titulo Sabinensis et Mandelensis Card.** FERRETTO.

Ego IACOBUS ALOISIUS **titulo S. Laurentii in Damaso Presbyter Card.** COPELLO.

Ego GREGORIUS PETRUS **titulo S. Bartholomaei in Insula Presbyter Card.** AGAGIANIAN.

Ego VALERIUS **titulo S. Silvestri in Capite Presbyter Card.** VALERI.

Ego PETRUS **titulo S. Praxedis Presbyter Card.** CIRIACI.

Ego PAULUS **titulo S. Mariae in Vallicella Presbyter Card.** GIOBBE, **S. R. E. Datarius.**

Ego FERDINANDUS **titulo S. Eustachii Presbyter Card.** CENTO.

Ego CAROLUS **titulo S. Mariae in Porticu Presbyter Card.** CHIARLO.

Ego CAROLUS **titulo S. Agnetis extra moenia Presbyter Card.** CONFALONIERI.

Ego PAULUS **titulo S. Andreae Apostoli de Hortis Presbyter Card.** MARELLA.

Ego GUSTAVUS **titulo S. Hieronymi Illiricorum Presbyter Card.** TESTA.

Ego ALOISIUS **titulo S. Andreae de Valle Presbyter Card.** TRAGLIA.

Ego IOSEPHUS **titulo S. Priscae Presbyter Card. da** COSTA NUNES.

Ego HILDEBRANDUS **titulo S. Sebastiani ad Catacumbas Presbyter^Card.** ANTONIUTTI.

Ego EPHRAEM **titulo S. Crucis in Ierusalem Presbyter Card.** FORNI.

Ego ALAPRIDUS **S. Mariae in Domnica Diaconus Card.** OTTAVIANI.

Ego ALBERTUS **S. Pudentianae Diaconus Card. Di** IORIO.

Ego FRANCISCUS **S. Caesarii in Palatio Diaconus Card.** BRACCI.

Ego FRANCISCUS **S. Mariae in Cosmedin Diaconus Card.** ROBERTI.

Ego ANDREAS **S. Georgii in Velabro Diaconus Card.** JULLIEN.

Ego ARCADIUS MARIA SS. **Blasii et Caroli ad Catinarios Diaconus Card.** LARRAONA.

Ego FRANCISCUS SS. **Cosmae et Damiani Diaconus Card.** MORANO.

Ego VILLELMUS THEODORUS **S. Theodori in Palatio Diaconus Card.** HEARD.

Ego AUGUSTINUS **S. Sabae Diaconus Card.** BEA.

Ego ANTONIUS' **S. Eugenii Papae Diaconus Card.** BACCI.

Ego IOACHIMUS ANSELMUS **S. Apollinaris Diaconus Card.** ALBAREDA.

Ego MICHAEL **S. Pauli in Harenula Diaconus Card.** BROWNE.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. B. E. Cancellarius

ARCADIUS Card. LARRAONA
S. B. C. Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Begens

f Alfonsus Carinci, Archiep. tit. Seleucien. in Isauria, *Proton. Apost. Decanus*

Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco **68** Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXI, n. 92.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

CALCUTTENSIS - RANCHIENSIS
(IAMSHEDPURENSIS)

Quibusdam territoriis ab Ecclesiis Calcuttensi et Ranchiensi detractis, nova in India dioecesis constituitur, « Iamshedpurensis » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Sicut bona mater, iuxta sacri Evangelii verba, nato filio gaudet, quia natus est homo (cfr. *Io.* 16, 21), id est nova Dei creatura, ita et Nos gaudemus vehementerque laetamur cum ex peramplo Ecclesiae sinu nova oritur dioecesis, eo quod id documento est non solum Ecclesiam, fiante Dei virtute, fecunda fertilitate praestare, verum etiam novum augendae fidei religionisque intendendae subsidium christianis praesto esse. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Iacobus Robertus Knox, Archiepiscopus titulo Melitenaeus et in India Apostolicus Internuntius, id proposuerit ut in ea Natione, detractis ab Ecclesiis Calcuttensi et Ranchiensi nonnullis territoriis, nova dioecesis conderetur, Nos, de sententia venerabilium Fratrum earundem Ecclesiarum Praesulum Ordinariorum, deque consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Fidei Propagandae praepositorum, haec quae sequuntur decernimus et iubemus. Ab archidioecesi Calcuttensi duos districtus, quos dicunt, de Dhanbad et de Purulia ac plagam orientalem districtus de Singbhum separamus; ab archidioecesi vero Ranchiensi reliquam partem eiusdem districtus de Singbhum, ex iisque territoriis dioecesim constituimus, *Iamshedpurensem* nomine, ac metropolitanae Sedi Ranchiensi suffraganeam ; quam sane decernimus curis Patrum Societatis Iesu gubernandam concredi. Conditae Ecclesiae sedes Episcopique domicilium in urbe Iamshedpur erunt, cathedra autem episcopalis dignitatis et potestatis in templo S. Iosephi Opificis collocabitur, ibidem exstante, prope urbem. Volumus praeterea ut Canonicorum Collegium condatur; quod usque dum fieri possit, Consultores dioecesani deligantur, ad iuris normam, Episcopo opem laturi. Hi autem a suo

munere cessabunt, Canonicis constitutis. Curet etiam sacer Antistes, cui dioecesis committetur, ut Seminarium saltem minus struatur pueris excipiendis, qui ad sacerdotii munera Dei invitatione vocentur. Ceterum, has Litteras Nostras venerabilis Frater Iacobus Robertus Knox fieri studebit, vel quem ille delegaverit. Re vero acta, idem documenta exarari curabit, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Christiano Nomini Propagando cito mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostender en tur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die altero mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*

Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CX, n. 52.

II

ISANGIENSIS

Praefectura Apostolica Isangiensis ad gradum dioecesis attollitur

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Decessorum Nostrorum vestigiis insistentes, eas praefecturas apostolicas quae sicut frugiferae arbores haud parva incrementa susceperunt ad dioecesis gradum evehere quandoque solemus. Quod quidem et ad praefecturam apostolicam Isangiensem quod attinet faciendum putamus, ut non tantum dilectis Nobis Societatis Mariae Monfortanae Patribus meritas ob exantlatos ibidem labores laudes tribuamus, sed etiam ut fidelibus ipsis animum confirmemus ad Christi nomen istis in terris pro viribus latius propagandum. Libentissime ideo confirmantes ratumque habentes quod, de sententia venerabilis Fratris Vedasti Mojasky-Perrelli, Archiepiscopi titulo Amideni atque Apostolici in Congo et Ruanda-Urundi Delegati, venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales qui Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praesunt hac super re statuerunt, suprema usi Nostra potestate praefecturam apostolicam *Isangiensem* **ad gradum et dignitatem dioecesis attollimus, eodem nomine iisdemque servatis finibus, cum iuribus quae ceteris ubique terrarum dioecesibus competunt. Eiusdem vero dioecesis Episcopis praeterquam quod iusta iura damus, obligationes imponimus cum dignitate et munere congruentes. Decernimus insuper ut nova cathedralis Ecclesia suffraganea sit metropolitanae archidioecesi Stanleypolitanae.; ut sedem suam Episcopus in urbe ponat vulgo Isangi appellata, cathedram autem magisterii in sacra aede eiusdem urbis principe ; ut tandem pro Canonicorum Collegio, ad normas quae per alias sub plumbo Litteras edentur condendo, Consultores dioecesanos idem deligat, qui in potioribus dioecesis regendae negotiis sibi assint. Ceterum quae mandavimus exsequenda studebit venerabilis Frater Vedastus Mojaisky-Perrelli, quem memoravimus, qui poterit alium delegare, dummodo in ecclesiastica dignitate constitutum virum. Si autem tempore exsecutionis alius in Congo et Ruanda-Urundi Delegati Apostolici partes aget, hic mandata Nostra faciet. Qui vero rem perfecerit, effecti negotii documenta exarabit eademque ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide cito mittet.**

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ;

ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per bas Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die altero mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Caesar Federici, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco **6B** Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CX, n. 37.

III

S. SALVATORIS IN BRASILIA
(FORI S. ANNAE)

Territoriis ab archidioecesi S. Salvatoris in Brasilia detractis, nova dioecesis « Fori S. Annae » conditur.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem novae Ecclesiae constitutio fuit semper novae spei fons et origo, idcirco aequo animo expostulationem excepimus venerabilis Fratris Armandi Lombardi, Archiepiscopi titulo Caesariensis Phi-

lippi et in Brasilia Apostolici Nuntii, qui religiosa sollicitudine actus ab hac Romana Sede petiit ut, divisa archidioecesi S. Salvatoris in Brasilia, nova conderetur dioecesis. Re igitur magna consideratione reputata, sententiaque venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum exquisita, de Nostra summa et apostolica auctoritate haec quae sequuntur censemus et facienda mandamus. Ab archidioecesi S. Salvatoris in Brasilia territorium municipiorum horum separamus : Feira de Santana, Santaluz, Conceiçâo do Coite, **Serrinha, Riachäo do Jacuîpe, Irara, Coraçâo de Maria, Sâo Gonçalo dos Campos, Conceiçâ da Feira, Serra Prêta, Santo Estêvâo, Tanquinho, Valente, Araci ; territorium praeterea municipiorum nuperrime constitutorum : Conceiçâo do Jacuípe, Amelia Rodríguez ; quibus novam dioecesim constituimus** *Fori 8. Annae* **appellandam, cuius fines iidem scilicet erunt ac regionis e qua constat, ut per legem civilem terminatur. Sedes dioecesis erit in urbe quam populus Feira de Santana appellare consuevit, in qua urbe Episcopus commorabitur cathedramque ponet suae auctoritatis, ita ut templum ibidem exstans S. Annae B. M. V. Matri consecratum ad dignitatem cathedralis aedis tollatur, cum iuribus et privilegiis. Ecclesiam quam condidimus Sedi metropolitanae S. Salvatoris in Brasilia suffraganeam facimus; item eius Episcopum sacro Antistiti eiusdem archidioecesis volumus obnoxium. Ad caerimoniarum splendorem augendum censemus ut in nova dioecesi Canonicorum Collegium constituatur, iuxta normas per alias apostolicas Litteras edendas ; interim tamen Consultores dioecesani deligantur, qui Episcopo assint consilio, opera, industria. Quod ad mensam episcopalem pertinet, eadem Curiae proventibus efficietur, fidelium collationibus, dote a civili auctoritate danda, bonorum parte quae ad novam Ecclesiam accedet secundum canonem 1500 Ç. I. C. Curet etiam sacer Episcopus ut Seminarium saltem minus struat pueris excipiendis qui Dei numine moti sacerdotium appetant ; idque gravi obligatione : sunt enim futuri animorum duces et curatores. De clero autem id statuimus ut, condita per harum Litterarum exsecutionem dioecesi Fori S. Annae, eo ipso sacerdotes qui in eius territorio beneficium aut officium habeant tamquam proprius eius clerus habeantur, ceteri clerici ei Ecclesiae addicantur, in qua legitimo domicilio degant. Acta denique et documenta novam Sedem eiusque cives respicientia, ad eius Curiam episcopalem cito mittantur, ibidemque religiosa cura asserventur. Ceterum haec omnia ad exitum adduci venerabilis Frater Armandus Lombardi curabit, vel quem ille legaverit, iustis facultatibus. Re vero acta,**

documenta exarentur, eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittantur. Quod si forte alius eo tempore Apostolicae Nuntiaturae praesit, hic mandata Nostra omnia haec perficiet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrompere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die uno et vicesimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

Pro S. B. E. Cancellario
IOANNES H. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Begens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco £8 Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXI, n. 20.

PANAMENSIS
(CITRENSIS)

Panamensi archidioecesi divisa, nova dioecesis conditur, *Citrensis* appellanda.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Danielis prophetia, secundum quam lapis abscissus de monte ita crevit ut terram impleret *(Dem.* 2, 34 et 45), quam commode Ecclesiae sanctae imaginem praebere videtur, quae etsi a parvo prima sumpsit exordia a paucisque viris, Apostolis nempe, est propagata, ita brevi adolevit ut Dei munere et beneficio in universum orbem terrarum sit diffusa, ex omnibusque populis et nationibus complexu suo gentes comprehenderit; quin immo cotidie fines proferat felicissime. Cuius rei indicia tum alia multa sunt, tum etiam expostulatio venerabilis Fratris Antonii Pinci, Archiepiscopi titulo Tarasensis inque Panamensi Republica Apostolici Nuntii, qui petiit ut diviso territorio Ecclesiae Panamensis alia excitaretur dioecesis in eius populi christiani commodum et utilitatem. Huius autem Nos precibus concedere volentes, consilio venerabilium Fratrum Nostrorum usi S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum, de Nostra summa et apostolica auctoritate haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. Ab archidioecesi Panamensi territorium civilium provinciarum separamus, quas vulgo Los Santos et Herrera cognominant, eoque novam dioecesim constituimus *Citrensem* appellandam iisdemque finibus terminandam atque provinciarum e quibus coalescit. Cuius sane Ecclesiae caput urbs Chitré erit, in qua Episcopus sedem atque domicilium collocabit cathedramque ponet, in templo videlicet S. Ioannis Baptistae, quod iuribus et privilegiis talium templorum cathedralium honestamus. Citrensem dioecesim suffraganeam facimus metropolitanae Sedis Panamensis, e qua originem duxit; item Episcopum obnoxium volumus eiusdem archidioecesis Antistiti. In cathedrali templo Canonicorum Collegium condatur, iuxta normas per alias apostolicas Litteras edendas; interim tamen Consultores dioecesani deligantur, qui consilio suo suaque industria sacro Praesuli assint. Hi autem a munere suo cessabunt, Canonicis constitutis. Seminarium pariter Episcopus construat saltem minus, pueris ad sacerdotium vocatis educandis, cuius regimen ad leges iuris com-

munis et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus temperetur. Ex eo autem, cum iuvenes adoleverint, optimos quosque Episcopus Romam mittet, in Collegium Pontificium Pianum Latinum Americanum, ut philosophia atque sacra theologia imbuantur. Mensam episcopalem constituent Curiae proventus, fidelium collationes, pars bonorum quae ad canonem 1500 C. I. C. novae circumscriptioni obvenient. De clero vero hoc censemus ut, his Litteris Nostris ad effectum adductis, qui sacerdotes in territorio Ecclesiae Citrensis beneficium aut officium habeant, eidem addicantur, clerici vero Seminariique tirones eidem in qua legitimo degant domicilio. Volumus postremo ut acta et documenta, quae ad novam Ecclesiam eiusve cives respiciant, ad eius Curiam episcopalem mittantur, religiosissime in tabulario custodienda. Ceterum haec omnia fieri studebit venerabilis Prater Antonius Pinci, quem memoravimus, vel eius legatus. Re autem acta, documenta exarentur, quorum exempla sincere scripta ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittantur. Si vero alius eo tempore Apostolicae Nuntiaturae in Panamensi Republica praesit, hic mandata Nostra haec religiose faciet.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die uno et vicesimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. *B. B. Cancellarius*

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Begens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco 68 Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXI, n. SS.

V

CURITIBENSIS
(PARANAGUENSIS)

Detractis territoriis ab archidioecesi Curitibensi, nova dioecesis conditur « Paranaguensis » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesia sancta, Christi memor praecepti, qui iussit Apostolos omnibus Nationibus praedicare Evangelium, non desistit animos mentesque hominum ad immortalia erigere bona, quorum spes cum ad altiora propellat homines, fieri non potest quin eorum etiam civile consortium egregie afficiat. Cuius rei gratia, cum venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi et in Brasilia Apostolicus Nuntius, post auditum venerabilem Fratrem Emmanuelem da Silveira d'Elboux, Archiepiscopum Curitibensem, expostulaverit ut, diviso Curitibensis Ecclesiae territorio, alia ex eodem dioecesis excitaretur, Nos, populi utilitatibus servire cupientes, exquisita sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Negotiis Consistorialibus praepositorum, consensuque suppleto eorum qui aliquod ius in hoc negotio habeant, summa et apostolica Nostra potestate haec statuimus atque decernimus. Ab archidioecesi Curitibensi integrum territorium detrahimus sequentium municipiorum, sic lingua vulgari cognominatorum : Paraíiaguá, Antonina, Adrianopolis, Bocaiuva do Sul, Campina Grande do Sul, Cerro Azul, Guaraqueçaba, Guaratuba, Morretes, quibus terris novam dioecesim efficimus *Paranaguensem* nomine, quae iisdem limitibus terminabitur ac municipia simul sumpta prout nunc lege civili describuntur. Novae dioecesis Sedes in urbe vulgo Paranaguá cognominata ponetur, in qua Episcopus domicilium suum statuet, cathedra in templo curiali Beatae Mariae Virgini a Ssmo Rosario dicato collocata, quod tamquam cathedrale habebitur, cum iuribus, honoribus, privilegiis propriis. Eadem sane iura et insignia Episcopo damus, cui tamen congruas obligationes imponimus ; in his autem memorare placet esse nempe eum una cum sua Ecclesia sacro Praesuli Curitibensi obnoxium et suffraganeum. In constituta dioecesi Canonicorum Collegium condatur, iuxta normas per alias sub plumbo Litteras edendas; quoadusque tamen id fiat, permittimus ut Consultores dioecesani deligantur, qui sincero consilio et opera suo Praesuli assint. Item gravi obligatione curabit Epi-

scopus Seminarium saltem minus condere, iuvenibus excipiendis qui ad sacerdotium vocabuntur, ad normas iuris communis atque Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus. Ex eo autem lecti iuvenes Romam mittantur, philosophiae atque theologiae disciplinis in Pontificio Collegio Piano Brasiliano imbuendi. Sacerdotes qui, his Litteris ad effectum deductis, in Paranaguensi dioecesi vel beneficium vel officium habeant, eidem censeantur ascripti ; ceteri vero clerici ei in qua legitimo degant domicilio. Ad regimen, administrationem quod attinet, item ad electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, cetera eiusmodi, id fieri censemus quae Codex Iuris Canonici statuit. Volumus denique ut cum dioecesis constitutio facta fuerit, documenta et acta, quae ad eam quoquo modo pertineant, ad eius Curiam episcopalem mittantur, ibique religiosa cura in tabulario asserventur. Ceterum has Litteras Nostras venerabilis Frater Armandus Lombardi, quem memoravimus, exsequi studebit, vel per se ipse, vel per alium, factis ad id potestatibus necessariis. Cum autem res acta fuerit, idem documenta exarari iubebit, quorum fide digna exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem mittet. Quodsi fiat ut eo tempore alius eidem Apostolicae Nuntiaturae praesit, hic mandata Nostra faciet.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efi&cacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die uno et vicesimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. ***R. E. Cancellarius***

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam, Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXI, n. 73.

VI

ILHEOSENSIS
(CARABELLENSIS)

'Quibusdam detractis territoriis a dioecesi Hheosensi, in Brasilia, nova alia conditur « Carabellensis » nomine.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Omnium Ecclesiarum, quotquot in orbe terrarum exstant, qui superno Dei consilio Rectores Pastoresque sumus, eas praesertim regiones attento animo consideramus, quae et fidelium frequentia praestant et locorum amplitudine. Quarum in numero cum sit etiam dioecesis Uheosensis, a Nobis venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi et in Brasiliana Republica Apostolicus Nuntius, post auditos venerabiles Fratres Provinciae Ecclesiasticae S. Salvatoris in Brasilia Ordinarios, postulavit ut, eiusdem diviso territorio, nova ibi dioecesis conderetur. Censentes autem Nos maxime id esse •christifidelium bono cessurum, adhibitis precibus accedendum esse statuimus. Qua de re, de sententia venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, qui Sacrae Congregationi Consistoriali sunt praepositi, consensu praeterea suppleto eorum omnium qui hoc in negotio aliquid iuris vel habeant vel se praesumant habere, ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. A dioecesi Ilheosensi integrum territorium municipiorum separamus, prout in praesens lege civili terminantur, quae vulgo appellantur Santa Cruz Cabrália, Porto Seguro, Prado, Alcobaça, Caravelas, Mucuri, Itanhém, Medeiros Neto, ex iisque novam circumscriptionem ecclesiasticam constituimus, *Garabellensem* **appellandam iisdemque circumscribendam finibus ac simul sumpta municipia, -e quibus fit. Fundatae dioecesis Sedem episcopalem in urbe vulgo Caravelas nuncupata poni censemus, episcopalis autem magisterii cathedram in curiali templo ibidem exstante, Deo in honorem S. Antonii Patavini sacro, quod ad gradum et dignitatem cathedralis attollimus, cum iuribus congruis. Item Episcopo omnia iura damus atque obligationes imponimus, quibus residentes ceteri Episcopi obstringuntur. Carabellensem -dioecesim suffraganeam facimus metropolitanae Sedi S. Salvatoris in Brasilia, cuius Archiepiscopo sacrorum Carabellensis Antistes erit obnoxius. Decernimus praeterea ut Canonicorum Collegium condatur, ad normas per alias sub plumbo Litteras edendas ; quoadusque autem id fiat,**

consultores dioecesani deligantur, qui consilio et ope Episcopo adsint. Mensa episcopalis, quae dicitur, Curiae emolumentis fiet, fidelium collationibus, dote a civili auctoritate danda, bonis denique quae ad normam canonis 1500 C. I. C. dioecesi Carabellensi obvenient. Iubemus insuper, idque gravi obligatione, ut minus Seminarium saltem Episcopus struat, pueris excipiendis qui ad sacerdotium efformentur, quorum qui ingenio atque animi pietate praestent Romam, cum adoleverint, mittantur in Pontificium Collegium Pianum Brasilianum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Carabellensi dioecesi constituta, eo ipso clerici ei Ecclesiae ascripti erunt, in qua beneficium aut officium habeant; ceteri vero clerici ei, in qua legitimo domicilio degant. Acta et documenta, quae quovis modo novam dioecesim respiciant, e Curia Ilheosensi ad Carabellensem mittantur, in tabulario religiose custodienda. Haec omnia quae statuimus exsequenda curabit venerabilis Frater Armandus Lombardi, quem diximus, vel quem ille delegaverit, cuius erit perfectae rei documenta, rite signata sigilloque impressa, ad Sacram Congregationem Consistorialem mittere. Si autem tempore exsecutionis alius in Brasiliana Republica Nuntius Apostolicus erit, hic mandata Nostra exsequetur.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efiîcacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die vicesimo primo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco 66 Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. GXI, n. 74.

VII
GRANADENSIS
(JUIGALPENSIS)

Detractis e dioecesi Granadensi territoriis, nova Praelatura « nullius » conditur, Juigalpensis nomine.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi voluntas, qua salutiferam Evangelii virtutem ad omnes gentes afferri iussit, summopere cotidie Ecclesiam movet ut aptis subsidiis congr uisque dispositis auxiliis Regno Dei in terris provehendo inserviat. Qua de re, cum venerabilis Frater Sanctes Portalupi, Archiepiscopus titulo Christopolitanus et in Nicaraquana Republica Apostolicus Nuntius, id petierit ut, diviso territorio dioecesis Granadensis, nova ibi loci ecclesiastica circumscriptio conderetur, Nos, consilio petito a venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, qui Sacrae Congregationi Consistoriali praesunt, de sententia sacri Praesulis Granadensis, haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. A dioecesi Granadensi territoria separamus regionum seu districtuum quos populus Chontales et Rio San Juan appellat, iisque novam Praelaturam efficimus, ab urbe Juigalpa *Juigalpensem* appellandam. Huius Ecclesiae Sedes in urbe quam memoravimus erit, in qua Praelatus cathedram suam collocabit, in templo scilicet B. M. V. in Caelum Assumptae, quod ad dignitatem praelaticiae aedis evehimus, cum debitis iuribus et honoribus. Quam constituimus Ecclesiam Sedi metropolitanae Managuensi suffraganea subicietur ; item eius Praelatus Archiepiscopo metropolitae. Mensa, quam vocant, efficietur Curiae proventibus, populi collationibus et congrua bonorum parte quae ad normam canonis 1500 C. I. C. novae Sedi ob venient. Curae sit sacro Juigalpensi Praesuli Seminarium saltem minus construere, pueris excipiendis qui ad sacerdotium vocentur ; quod faciat secundum leges communes et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus. Cum vero iuvenes adoleverint, qui optimi fuerint in Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum, quod in Urbe est, mittantur, ut philosophia et sacra theologia recte imbuantur. Ad clerum quod attinet decernimus ut, simul ac hae Litterae Nostrae ad effectum sint deductae, sacerdotes Ecclesiae illi accenseantur

adscripti in cuius territorio legitimum beneficium vel domicilium habeant ; ceteri vero clerici Seminariique tirones illi accenseantur in qua legitime degant. Quod autem ad regimen, administrationem attinet, ad electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, cetera eiusmodi, Iuris Canonici normae omnino serventur. Ceterum, haec quae iussimus venerabilis Frater exsequetur Sanctes Portalupi, quem diximus, vel qui eo tempore eodem officio fungetur atque ille. Poterit tamen et alium legare, quem voluerit, dummodo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Re vero peracta, documenta exarari iubebit eademque ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex arce Gandulfi, prope Romam, die uno et vicesimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco **68** Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXI, n. I4.

VIII

BARRENSIS ET ALIARUM
(SPELAEOPOLITANAE A BONO IESU ET IUAZEIRIENSIS)

Detractis e dioecesibus Barrensi, Bonfimensi et Caetitensi quibusdam territoriis, novae dioeceses fundantur, « Spelaeopolitana a Bono Iesu » et « Iua» zeiriensis » appellandam

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi Ecclesia, quam Dei Filius ideo in terris constituit ut homines per fidem et sacramenta sanctificaret ad aeternamque beatitatem dirigeret, christianorum coetum tamquam mater omnium amantissima fovet eique omnimodis opitulatur. Quod profecto tunc quoque fit cum, aptius partitis ecclesiasticis circumscriptionibus, sacrorum mittendorum Antistitum maiorem ipsa dat copiam. Volentes ideo Nos, qui suprema in Ecclesia pollemus potestate, id hodie nonnullis praestare Brasiliae fidelibus, optatis accedere censuimus venerabilis Fratris Armandi Lombardi, Archiepiscopi titulo Caesariensis Philippi et in eadem Bepublica Apostolici Nuntii, qui, sacris auditis Ordinariis provinciae Ecclesiasticae S. Salvatoris, ab Apostolica Sede petivit ut a seiunctis aliquibus territoriis dioecesium Barrensis, Bononiensis et Caetitensis duae excitarentur episcopales Sedes. Suppleto ideo consensu eorum omnium qui hoc in negotio aliquid iuris vel habeant vel se praesumant habere, de summa potestate Nostra ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. A dioecesi Barrensi integrum territorium separamus municipiorum, prout scilicet in praesens per legem civilem terminantur, quae vulgo nuncupantur Oarinhanha, Cocos, Coribe, Correntina, Paratinga, Santa Maria da Vitoria, Santana atque territorium municipii Bom Iesus da Lapa quod ad eandem dioecesim pertinet ; a dioecesi vero Caetitensi alteram territorii partem separamus eiusdem municipii, quod Bom Iesus da Lapa appellant, ex iisque simul sumptis dioecesim constituimus *Spelaeopolitanam a Bono Iesu,* iisdem circumscribendam finibus ac municipia quae diximus, excepta tamen municipii « Carinhanha » parte in dextera fluminis S. Francisci ripa sita, quam dioecesi Caetitensi in perpetuum ascribimus. Huius dioecesis Sedes episcopalis in urbe « Bom Iesus da Lapa » ponatur, templumque curiale ibi exstans, Deo dicatum in honorem B. M. V. a Monte Carmelo, tamquam cathedrale templum habeatur,

cui profecto omnia iura insigniaque tribuimus ex iure Communi eidem competentia. Episcopo autem praeterquamquod debitos honores privilegiaque damus, onera etiam imponimus et obligationes eius muneris propria. Mensam episcopalem constituent Curiae emolumenta, fidelium collationes sponte oblatae, bonorum pars quae ex peracta dioecesium divisione ad normam canonis 1500 C. I. C. novae Ecclesiae obvenient, dimidia denique pars oblationum quas fideles in templo vulgo « Bom Iesus da Lapa » appellato facient, postquam scilicet Sanctuarii necessitatibus provisum fuerit. Pontificio autem in Brasiliana Bepublica Administro curae erit, audito Episcopo Spelaeopolitano a Bono Iesu, peculiari decreto statuendi quot pecuniarum requiratur ad dotem mensae episcopalis Spelaeopolitanae a Bono Iesu conficiendam. Item a dioecesi Barrensi territorium separamus municipiorum, ut sunt in praesens lege civili circumscripta, quae per vulgus nuncupantur Casa Nova, Juàzeiro, Pilao Arcado, Remanso, Sento Sé; a dioecesi vero Bonfimensi territorium municipii Curaca, ex iisque omnibus dioecesim *Iuazeiriensem* **condimus, quae iisdem finibus terminabitur ac simul sumpta municipia e quibus coalescit. Eius Sedes episcopalis in urbe « Juàzeiro » erit, episcopalis autem magisterii cathedra in curiali templo Deo dicato in honorem B. M. V. quam populus « Nossa Senhora das Grotas » nominat, quod ad gradum cathedralis sacrae aedis attollimus, cum iuribus et privilegiis debitis. Episcopo vero, praeter debita iura, congruas imponimus obligationes, quae sunt omnium Episcoporum propriae. Mensa episcopalis constituetur Curiae emolumentis, fidelium collationibus, bonorum parte quae Iuazeiriensi dioecesi obvenient ex perfecta ad normam canonis 1500 C. I. C. divisione, dimidia denique bonorum parte ex solo provenientium curiae vulgo appellatae Nossa Senhora das Grotas, in civitate Iuàzeiro exstantis. Novae quas condidimus dioeceses suffraganeae erunt archidioecesi S. Salvatoris in Brasilia, earumque Episcopi metropolitano iuri eiusdem Sedis Archiepiscopi subicientur. Decernimus praeterea ut, ad normas tamen per alias sub plumbo Litteras edendas, Canonicorum Collegia constituantur ; quoadusque autem id fiat, Consultores dioecesanos in sua quisque Ecclesia Episcopus deligat, qui sibi consilio et ope assint. Item, ut minus saltem Seminarium struatur, pueris accipiendis et efformandis qui ad sacerdotium vocentur, ad normas videlicet ecclesiasticas peculiaresque leges Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus. Cum autem ii adoleverit, optimus quisque sive ingenii praestantia sive animi virtutibus Romam mittatur, in Pontificium Collegium Piánum Brasilianum, philosophicis ac theologicis disciplinis imbuendus. Quod ad regimen dioecesium attinet, Vicarii Capitularis electionem, cetera eiusmodi, iuris canonici normae omnino serventur. De clero praeterea mandamus ut,**

post has Litteras ad effectum, deductas, eo ipso sacerdotes illi Ecclesiae censeantur ascripti in cuius territorio vel officium vel beneficium habeant ; ceteri autem clerici ei, in qua legitimo domicilio degant. Acta denique et documenta, quae ad novas dioeceses spectant eiusque sacerdotes, earum curiis cito mittantur in condendo tabulario religiose custodienda. Ceterum haec Nostra decreta ad exitum adduci curabit venerabilis Frater Armandus Lombardi quem diximus, vel quem ipse delegaverit, factis ad id debitis facultatibus. Quod si tempore quo hae Nostrae sub plumbo Litterae ad effectum deducantur, alius in Brasiliana Bepublica Apostolicae Nuntiaturae praeerit, hic mandata Nostra faciet. Omnibus autem rite perfectis, documenta exarentur, eorumque sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittantur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex arce Gandulfi, prope Bomam, die altero et vicesimo mensis Iulii, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. *B. E. Cancellarius*

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Begens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco **£8** Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXI, n. **7.**

IX

DE LOURENÇO MARQUES
(INHAMBANIANAE)

Detractis ab archidioecesi de Lourenço Marques quibusdam territoriis, nova dioecesis conditur « Inhambaniana » nomine.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Supremi muneris Nostri esse putamus dioecesium rationes pro temporum rerumque adiunctis ita disponere ut efficacius christiana veritas inter homines efferatur, iisdemque uberior supernorum bonorum copia detur. Cum igitur venerabilis Frater Maximilianus de Furstenberg, Archiepiscopus titulo Paltenus et in Lusitania Apostolicus Nuntius, ab hac Petri Sede postulaverit, iuxta Conventiones nempe quae inter Romanam Sedem et Rempublicam Lusitanam die septimo mensis Maii anno MCMXL initae et calendis Iunii eodem anno ratae sunt habitae, ut archidioecesis de Lourenço Marques, peramplis partitis territoriis, nova constitueretur dioecesis, adhibitas preces libenti animo accepimus. Quapropter consensum eorum supplentes qui in hac re aliquod ius vel habeant vel se putent habere, summa Nostra auctoritate haec quae sequuntur decernimus ac iubemus. Ab archidioecesi de Lourenço Marques integrum territorium seiungimus regionis quae vulgo Inhambane cognominatur, quod in novae dioecesis formam redigimus *Inhambanicmam* appellandam, iisdemque finibus definiendam ac territorium e quo fit. Inhambaniana Sedes eiusque pro tempore Praesul omnibus iuribus fruentur quibus ceterae per orbem terrarum Ecclesiae earumque Pastores ; obligationibus etiam adstringentur, inter quas enumerare placet esse novam Ecclesiam eiusque Episcopum metropolitanae iurisdictioni Archiepiscopi de Lourenço Marques obnoxia. Sedem suam Episcopus in urbe Inhambane cognominata statuet, cathedram autem episcopalis magisterii in paroeciali templo ibidem exstante Deo in honorem B. M. V. Immaculatae dicato, quod tamquam cathedrale habebitur, cum iuribus omnibus et privilegiis, usque dum aliud dignius exstruatur. Idem Canonicorum coetum condat, iuxta decreta per alias Litteras Nostras edendas ; quoadusque tamen hoc fiat, facultatem facimus ut Consultores dioecesanos eligat, quorum consilio et opera utatur. Novae dioecesis mensa episcopalis, quae dicitur, Curiae emolumentis fiet pecuniisque a fidelibus sponte oblatis ; quibus accèdent dos a civili Gubernio danda atque ea bonorum pars quae, ad iuris normam, ab archidioecesi de Lourenço Marques ei obvenient. Quod attinet ad regimen, administrationem, Vicarii Capitularis electionem, Sede vacante, cetera eiusmodi, iuris canonici normae omnino serventur. De clero praeterea mandamus ut, erecta Inhambaniana Ecclesia, sacerdotes

Ecclesiae -illi censeantur adscripti in cuius territorio legitime degant ; Seminarii vero tirones qui e territorio regionis Inhambane cognominatae originem ducant, novae dioecesi addicantur. Episcopi Inhambaniani onus erit, quam primum fieri poterit, Seminarium saltem minus struendi, pueris excipiendis ad sacerdotium vocatis; quod fiat ad iuris communis normam et iuxta leges quas Sacra Congregatio de Seminariis et Studiorum Universitatibus facit. Documenta denique et acta, quae ad dioecesim spectant eiusque sacerdotes, eius Curiae cito mittantur, in tabulario religiose custodienda. Ceterum haec Nostra decreta ad exitum deduci curabit venerabilis Prater Maximilianus de Furstenberg, quem memoravimus, vel quem ipse delegaverit, factis ad id debitis facultatibus. Quod si tempore, quo hae Nostrae sub plumbo Litterae ad effectum adduci debent, alius in Republica Lusitana Nuntiaturae praeerit, hic mandata Nostra faciet. Cum autem omnia rite fuerint perfecta, documenta exarentur eorumque sincera exemplaria ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittantur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die tertio mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Loco **£8** Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXI, n. 9.

X

DUMKAËNSIS

Detractis ex archidioecesi Calcuttensi quibusdam territoriis, ex iis atque ex Apostolica Praefectura de Malda nova dioecesis constituitur, « Dumkaënsis » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Exsultat sancta Mater Ecclesia quotiescumque filiorum agmina novas, Deo dante, capiunt accessiones eisque omnibus auxiliis adesse festinat quibus divinus Salvator eam instruxit Regno Dei in gentibus provehendo. Cum igitur venerabilis Frater Iacobus Robertus Knox, archiepiscopus titulo Melitenaeus et Apostolicus in India Internuntius eo sane consilio ut simul catholici nominis incrementa simul christianae caritatis opera, quae ibi locorum sodalium praesertim Societatis Iesu industria essent coepta, maiora usque fierent, a Nobis postulaverit ut nova ex Calcuttensis archidioecesis territoriis atque ex apostolica praefectura de Malda dioecesis constitueretur, eiusmodi consilio libenti animo annuimus. Suprema igitur Nostra potestate ea quae hac super re Sacra Congregatio de Fide Propaganda faciendum statuit, post auditum quidem Societatis Iesu Praepositum Generalem itemque Pontificii Instituti pro Missionibus Exteris Supremum Moderatorem, ratum habemus. Itaque ex archidioecesi Calcuttensi districtus Purnea et Santal Par ganas (Bihar), excepta parte quae ad praefecturam apostolicam de Bhagalpur pertinet, separamus, itemque subdivisiones Islampur et Rampurhat (West Bengal) cognominatas, ex iisque atque ex districtibus Malda et West Dinajpur (West Bengal) appellatis, hucusque apostolicam praefecturam de Malda constituentibus, novam dioecesim condimus, *Dumhaënsem,* ab urbe Dunka, cognominandam. Modo autem conditam Ecclesiam eiusque Episcopum metropolitanae Sedi Calcuttensi atque eius Archiepiscopo suffraganeos volumus; quod vero ad regimen attinet, eam sodalibus Societatis Iesu concreditam volumus, qui nulli labori parcent, sicuti hucusque fecerunt, solitaque industria, scientia, animorum studio in modo conditae dioecesis prosperitatem insistent. Quod autem ad Ecclesiae regimen respicit eiusque administrationem, ea omnia

serventur quae Codex Iuris Canonici statuat quaeve Sacra Congregatio Christiano Nomini Propagando decernat. Ea demum quae iussimus exsequenda curabit venerabilis Frater Iacobus Robertus Knox, quem memoravimus, vel per se, vel per alium in ecclesiastica dignitate constitutum virum. Qui vero rem perfecerit onus habebit effectae rei documenta, rite signata sigilloque impressa, ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel cor r umpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die octavo mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. *R. E. Cancellarius*

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. ***de Prop. Fide Praefectus***

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco **69** Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CX, n. 75.

XI

DARJEELINGENSIS

Ex Ecclesiis Calcuttensi et de Sikkim quaedam territoria detrahuntur, quibus nova dioecesis constituitur, « Darjeelingensis » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quem ad modum fertilis arbor et iugi Ugni incremento augescit, et nitidissimo ramorum, florum, fructuum tegitur ornamento, ita et Ecclesia sancta, evangelica scilicet illa arbor (cfr. *Mt.* 13, 31-32), quam Christi praedicatio et Apostolorum labores suscitarunt, humilibus quidem, exordiis nata, quotidie fere, novis conditis dioecesibus gentibusque ad salutem vocatis, accrescit, quarum accessibus tamquam viridissimae comae decore honestatur, usque dum perveniat in mensuram aetatis plenitudinis Christi (cfr. *Eph.* 4, 13), Ipseque Dei Filius sit omnia in omnibus (cfr. *I Cor.* 12, 6). Quam ob rem, cum propositum sit ut ex Ecclesiis Calcuttensi et de Sikkim nova conderetur dioecesis, Nos, id censentes bene et prospere fieri, post venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales, qui Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praesunt, sententiam rogatos, auditumque venerabilem Fratrem Iacobum Robertum Knox, Archiepiscopum titulo Melitenaeum in Indiaque Apostolicum Internuntium, eosque Ordinarios quos interesset, haec statuimus auctoritateque Nostra iubemus. Ab Ecclesia Calcuttensi eam partem districtus civilis de Darjeeling separamus quae ad eandem pertinet ; quo territorio una simul cum praefectura apostolica de Sikkim, comitatum, quem dicunt de Kalimpong (West Bengal), et parvum Statum de Sikkim comprehendente, novam dioecesim efficimus, ab urbe Darjeeling *Darfeelingensem* appellandam, quae erit Calcuttensi metropolitanae Sedi subiecta tamquam suffraganea et a clero saeculari administrantur. Sedes novae dioecesis in urbe principe collocabitur, in qua etiam Episcopus cathedram ponet, in templo scilicet B. M. V. Immaculatae, ibidem exstanti. Canonici deligantur. Quousque tamen id fiat, Consultores dioecesani renuntientur, sacro Praesuli consilio atque ope iuvaturi. Item Seminarium construatur, pueris educandis ad sacerdotium vocatis : hi enim sunt viridis Ecclesiae spes futurique dioecesium rectores. Ceterum

has Litteras Nostras volumus a venerabili Fratre Iacobo Eoberto Knox ad effectum deduci vel ab eo quem ille delegaverit, factis nempe debitis facultatibus. Re vero acta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittantur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitatis nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die octavo mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
8. B. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
8. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Begens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CX, n. 78.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris ecclesia cathedralis Posnaniensis decoratur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Posnaniae decus merito perhibetur esse cathedrale templum, Sanctis Petro et Paulo Apostolis sacrum, quippe quod antiquitate, artificiosis.. operibus, religione ita commendetur quam quod maxime. Anno enim fere DCCCCLXVI coeptum est aedificari, eo quidem structurae genere, quod antiquis basilicis proprium esse cognoscitur. Qua ecclesia ob temporum iniquitatem deleta, altera medio saeculo xi, secundum artis, quam dicunt, Romanicae praecepta, condita fuit. Cuius in locum, cum crevisset fidelium numerus, novum templum idque amplissimum et Gothica architectandi ratione maxime insigne, saeculo xiv ad finem vergente, est substitutum. Quod, altero bello per orbem terrarum saeviente, misere disiectum, proximis his annis praeteritis, summo cum artificio, invicta cum pietate, in pristinum revocatum est splendorem. Haec igitur aula Dei, quae duabus praealtis et venustis sacris turribus et xiv sacellis quasi corona ornatur, propter molis amplitudinem et magnificentiam digna habetur, quae ceteris Posnaniae sacris aedibus antecellat. Quam ob rem non solum civium studia sed etiam aliorum, procul incolentium, ad se convertit. Non modicam admirationem movet cella seu presbyterium, uti appelant, ob singularem artis Gothicae elegantiam ; plurimum vero sacello probantur, quae supra dicta sunt, utpote imaginibus et marmoribus renidentia. In quibus summis laudibus extollitur « Cappella Aurea », quam vocant, ab Italo artifice eleganti manu constructa; ubi priores Poloniae reges, de Ecclesia optime meriti, sepulchro sunt conditi. Tamen non solum iis templum abundat ornamentis, quae e lapide et metallo vel coloribus fiunt, sed iis etiam, quae ad animi vitam cultumque pertinent divinum. Canonicorum enim Collegium, cui paroecialis quoque cura credita est, sedulo dicitur agere, ut sacra celebrentur ea cum diligentia ac dignitate, quam augusta religio et bonum Christifidelium postulant. Beliquiis quoque Sanctorum Caelitum atque supellectile pretiosa ecclesia est affatim praedita. Proximo vero tempore mille annorum spatium explebitur, ex quo Mesco I, princeps Poloniae, una cum plurimis e gente sua fidem accepit catholicam ; quo factum est, ut Posnania e praecipua urbe ipsius, quae scilicet tunc caput erat nationis Polonicae, christiana sacra per eam regionem manarent. Praeterea item mille anni mox abibunt, ex quo

ibidem prima sedes episcopalis Poloniae a Ioanne Pp. XIII, Decessore Nostro, est erecta. Haec omnia reputans cum animo, Venerabilis Frater Antonius Baraniak, Posnaniensis Archiepiscopus, Nos rogavit, ut cathedrali, quod laudavimus, templo Basilicae Minoris nomen et ius tribueremus. Quibus precibus, quae a Venerabili Fratre Angelo Dell'Acqua, Archiepiscopo titulo Chalcedonensi, Substituto Officii publicis Ecclesiae negotiis accurandis, ad Nos relatae sunt, libenti animo statuimus obsecundare. Itaque, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum cathedralem ecclesiam Posnaniensem, Sanctis Petro et Paulo Apostolis dicatam, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Decembris, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris ecclesia Sanctae Mariae a Populeto, archidioecesis Tarraconensis, honestatur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Monasticae vitae sedes antiqua et melita praedicatur monasterium de Populeto, quod, Sacro Ordini Cisterciensi creditum, dimidio saeculo xn, intra fines Tarraconensis archidioecesis, conditum fuit. Regum, optimatium populique fidelis munificentia permagnis auctum incrementis, eo etiam inclaruit, quod pietatis virtutisque fuit quasi quaedam palaestra. Cuius coenobii praeclarum ornamentum habetur ecclesia, Deiparae Virgini dicata, quae saeculo

XII et XIII e lapide quadro eo structurae genere est aedificata, quod, arti « Romanicae » Gothicam iungens, Cisterciense solet appellari. Habet vero hoc templum admirationem non solum ob hanc architectándi rationem, sed etiam propter molis amplitudinem, sacram turrim mediae alae transversae impositam, imagines ex alabastrite sculptas vel colorum venustate expressas aliaque opera non pauca eximio confecta artificio. Id etiam commemorandum videtur eodem in templo esse conditoria Regum Aragoniae, sepulchrorum videlicet monumenta faberrime facta. Nec est cui non valde probetur sacrarium, saeculo xn ad artis ((Romanicae » rationem egregie perfectum, ubi sacra supellex magni pretii nec minoris pulchritudinis asservatur. Cum autem saeculo praeterito monachi inde essent deturbati, insignis haec ecclesia graviter est amictata ; quae damna, annitente Cisterciensi familia anno MCMXL eodem restituta, ac plebe Dèi auxilium praebente, nunc sarta sunt, ita ut templum novo splendeat fulgore. Quibus omnibus inductus, dilectus filius Edmundus M. Garreta, Populetani huius monasterii Abbas, submisse Nos rogavit, ut templum, quod supra laudatum est, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quas preces dilectus Filius Noster Beniaminus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis de Arriba y Castro, Archiepiscopus Tarraconensis, amplissime commendavit, suffragantibus etiam Venerabilibus Fratribus Episcopis eiusdem archidioecesis Suffraganeis et Sacri Ordinis Cisterciensis Procuratore Generali. Nos igitur, huiusmodi supplicationibus libenti animo obsecundantes, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum ecclesiam Sanctae Mariae a Populeto, quae finibus eiusdem Tarraconensis archidioecesis continetur, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis itidem appellatis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Ianuarii, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Sanctus Vincentius Pallotti, Confessor, in principalem Patronum Pontificiae Unionis Missionariae Cleri eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Salutifer nuntius Evangelii ut quoquoversus perferatur et, quae tenebris adhuc obvolutae sunt, gentes ad veritatis lumen perducantur, Sancta Ecclesia impense allaborat et opera plura, ad rem apta, instituit. Quae inter cum laude memoranda est Pontificia Unio Missionaria Cleri, quae magnum numerum sacerdotum, ad quinquaginta fere nationes pertinentium, comprehendit. Hanc igitur piam sacri ordinis virorum sodalitatem expedire visum est Caelitis praesidio obtegi, quo alacriores singuli ad christiani nominis propagationem studium conferrent et vel ampliores fructus spirituales colligerentur. Ob versatur autem mentibus Sanctus Vincentius Pallotti, cui caelestes honores nuper decrevimus, quique in rem missionalem sollertissimas curas intendit ac valdissime est annisus, ut fratres a Sedis Apostolicae communione seiuncti in unum Christi ovile redirent. Preces igitur a Dilecto Filio Nostro Gregorio Petro Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Agagianian, Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Praefecto, ad Nos sunt admotae, ut tam praeclarum virum, sacerdotum ardorem apostolicum consectantium fulgidum exemplum, praedictae sodalitatis praecipuum renuntiaremus Patronum. Quae vota, a Venerabili Fratre Nostro Ioanne Hamleto Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Cicognani, titulo Ecclesiae suburbicariae Tusculanae et a publicis Ecclesiae negotiis Purpurato Patre, relatas, perlibenter explere statuimus. Itaque, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Sanctum Vincentium Pallotti, Confessorem, Pontificiae Unionis Missionariae Cleri principalem apud Deum *Patronum* **constituimus ac declaramus, omnibus adiectis honoribus et privilegiis liturgicis, quae praecipuis coetuum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et Obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Aprilis, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

i

JADRENSIS - RAGUSINAE

DECRETUM

De mutatione finium

Insula Ladestinensis, quae ad Dalmatiam spectat, a remotis inde temporibus dioecesi Ragusinae pertinens, per Bullam « Pastorale Munus » diei 1 Augusti 1932 archiepiscopali Ecclesiae Jadrensi adscripta fuit.

Cum autem in praesenti, ob rerum commutationes, regio Dalmatica novam civilium finium descriptionem consecuta sit, Excmus P. D. Paulus Butoraé, Episcopus Ragusinus, ab Apostolica Sede efiflagitavit ut insula Ladestinensis, separata ab archidioecesi Jadrensi, denuo dioecesi Ragusinae annecteretur.

Porro Sacra haec Congregatio Consistorialis, vigore specialium facultatum a Ssmo Domino Nostro Ioanne Divina Providentia Pp. XXIII sibi tributarum, omnibus rerum adiunctis mature perpensis habitoque favorabili voto Excmi P. D. Matthaei Garkovié, Archiepiscopi Jadrensis, rata huiusmodi finium immutationem in animarum bonum cessuram, oblatas preces accipiendas esse censuit.

Quapropter praesenti Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae fuissent, insulam Ladestinensem ab archidioecesi Jadrensi separat eamque dioecesi Ragusinae in perpetuum assignat.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda Sacra Congregatio Consistorialis memoratum Excmum P. D. Paulum Butorac deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum,

onere ei imposito ad eandem Sacram Congregationem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis quam primum remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 8 Aprilis 1963.

CAROLUS Card. CONFALONIERI, *a Secretis*

L. © S.

f Franciscus Carpino, Archiep. Serdicen., *Adsessor*

II

DE RIO BRANCO
(RORAIMENSIS)
DECRETUM
Mutationis nominis praelaturae « nullius »

Apostolicis sub plumbo Litteris diei 30 mensis Augusti anno 1944, in Republica Brasiliensi praelatura *nullius* <(de Rio Branco » erecta fuit, a nomine Territorii Foederalis eiusdem Reipublicae vulgo « Rio Branco » appellati.

Cum vero memoratum Territorium Foederale in praesens, lege civili, « Roràima » nuncupetur, Excmus P. D. Ioseph Nepote-Fus, Episcopus titularis Helensis et Praelatus *nullius* de Rio Branco, ad quaslibet ambiguitates semovendas, ab Apostolica Sede expostulavit ut nomen praelaturae *nullius* de Rio Branco mutaretur.

Sacra Congregatio Consistorialis, praehabito favorabili voto Excmi P. D. Armandi Lombardi, Archiepiscopi tit. Caesariensis Philippi et in Brasilia Apostolici Nuntii, vigore specialium facultatum sibi a Ssmo Domino Nostro Ioanne Divina Providentia Pp. XXIII tributarum, praesenti Decreto statuit ut praelatura *nullius* de Rio Branco posthac *Roraimensis* nuncupetur, eiusque pro tempore Praelatus item Roraimensis nominetur.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda eadem Sacra Congregatio Consistorialis memoratum Excmum P.D. Armandum Lombardi deputat, necessarias et opportunas eidem tribuens facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem Sacram Congregationem Consistorialem, quam primum, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis remittendi.

Quibus super rebus praesens edit Decretum perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 29 mensis Aprilis anno 1963.

CAROLUS Card. CONFALONIERI, *a Secretis*

L. © S.

f Franciscus Carpino, Archiep. Serdicen., *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

DECRETUM

De collecta imperata « de Spiritu Sancto » tempore Concilii

In Adhortatione Apostolica ad universos Episcopos a Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI data, die 14 Septembris 1963, ad invocandum Spiritus Sancti lumen et adsistentiam pro Concilii Vaticani II felici exitu, Sanctitas Sua praescripsit : « ut in omnibus Missis, latini ritus, recitetur collecta imperata de Spiritu Sancto ».

Ad omnem dubitationem tollendam in exsecutione augusti mandati et ut respectus quoque habeatur praescriptionibus Codicis Rubricarum, Sacra haec Rituum Congregatio, de mandato ipsius Sanctitatis, declarat : orationem imperatam de Spiritu Sancto recitari debere in omnibus Missis, perdurantibus Concilii Vaticani sessionibus ; servato tamen praescripto Codicis Rubricarum n. 457, d) statuente : « prohibetur omnibus diebus liturgicis I et II classis, in Missis votivis I et II classis, in Missis in cantu et quoties commemorationes privilegiatae numerum pro singulis diebus liturgicis statutum compleverint ».

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Ex Secretaria S. Rituum Congregationis, die 24 Septembris 1963.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

© S.

f Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, di venerata memoria, si degnò di nominare :

Prelati Domestici di Sua Santità :

15	gennaio	1960.	Monsig. Overath Giovanni (Köln).
»	»	»	Monsig. Blumschein Massimiliano (München und Freising).
22	»	»	Monsig. Friedrichs Rinaldo (Münster).
»	»	»	Monsig. Quiel Giovanni (Münster).
5	febbraio	»	Monsig. Stehlin Alberto (Freiburg im Breisgau).
18	marzo	»	Monsig. Stuke Giovanni (Hildesheim).
24	»	»	Monsig. Janssen Giuseppe (Münster).
27	maggio	»	Monsig. Klausen er Eugenio (Köln).
9	giugno	»	Monsig. Kurz Giovanni Battista (Regensburg).
8	luglio	»	Monsig. Kalifelz Giuseppe (Mainz).
»	»		Monsig. Lenhart Lodovico (Mainz).
15	»	»	Monsig. Rompel Giorgio (Limburg).
	»	»	Monsig. Mitterbauer Giuseppe (Passau).
»	»	»	Monsig. Reisinger Giovanni Battista (Passau) :
»	»	»	Monsig. Stockinger Francesco Saverio (Passau).
	»	»	Monsig. Wickl Antonio Nicola (Passau).
27	ottobre	»	Monsig. Jonas Nicola (Trier).
»	»	»	Monsig. Paulus Giuseppe (Trier).
22	dicembre		Monsig. Streeb Giuseppe (Fulda).
»	»	»	Monsig. Richter Pietro (Limburg).
15	maggio	1961.	Monsig. Cortella Corrado (Lugano).
»	»		Monsig. Gabelli Aurelio (Lugano).
»	»	»	Monsig. Torriani Alessandro (Lugano).
19	»	»	Monsig. Cave Francesco (Southwark).
20	gennaio	1962.	Monsig. Da Veiga Giovanni Salvatore (Belgaum).
»	»	»	Monsig. Menezes Michele Ciriaco (Belgaum).
4	agosto	»	Monsig. Day Giuseppe Leone (Halifax).
»	»	»	Monsig. Mc Carthy Giovanni (Halifax).
	»	»	Monsig. Mulvihill Claudio Giacomo (Toronto).

18	agosto	1962.	Monsig. Deslauriers Lodovico (Saint-Jean de Québec).
»	»	»	Monsig. Gauthier Oscar (Saint-Jean de Québec).
»	»	»	Monsig. Lafortune Luigi (Saint-Jean de Québec).
25	»	»	Monsig. Aganier Hozael (Valleyfield).
»	»	»	Monsig. Beauchamp Luciano (Valleyfield).
1	settembre	»	Monsig. Berg Arnoldo (New Ulm).
10	novembre	»	Monsig. Collins Giuseppe (Peterborough).
»	»	»	Monsig. O'Donoghue Clayton (Peterborough).
24	»	»	Monsig. Robledo García Castore (Avila).
»	»	»	Monsig. Guzmán Giuseppe Luca (Espinal).
»	»	»	Monsig. Maltais Ruggero (Sherbrooke).
»	»	»	Monsig. Marchand Gerardo (Sherbrooke).
»	»	»	Monsig. Pereira Diaz Riccardo de Ossuna Batista Giuseppe (Tenerife).
»	»	»	Monsig. Hickey Luigi (Toronto).
»	»	»	Monsig. Lauzon Marcello (Valleyfield).
30	»	»	Monsig. Hull Gerardo (Saint George's).
8	dicembre	»	Monsig. Dono van Maurizio (Columbus).
»	»	»	Monsig. Estadt Harry (Columbus).
»	»	»	Monsig. Freund Ambrogio (Columbus).
»	»	»	Monsig. Kappes Guglielmo (Columbus).
»	»	»	Monsig. O'Brian Guglielmo (Columbus).
»	»	»	Monsig. Rodgers Raffaele (Columbus).
»	»	»	Monsig. Rubeck Uberto (Columbus).
»	»	»	Monsig. Me Carthy Giuseppe (Bridgeport).
»	»	»	Monsig. Cleary Donald (Rochester).
»	»	»	Monsig. Keleher Roberto (Rochester).
»	»	»	Monsig. Neary Giovanni (Rochester).
»	»	»	Monsig. Schneider Adalberto (Rochester).
»	»	»	Monsig. Simonetti Alberto (Rochester).
»	»	»	Monsig. Smith Leone (Rochester).
15	»	»	Monsig. Sánchez Muñoz Giovanni Bernardo (Bogotá).
20	»	»	Monsig. Lloverás Michele (Buenos Aires).
»	»	»	Monsig. Rosselli Antonio Zaccaria (Buenos Aires).
»	»	»	Monsig. Speroni Eusebio (Buenos Aires).
»	»	»	Monsig. Litot Edoardo (Gary).
»	»	»	Monsig. Hoffarth Isidoro (Hamilton).
»	»	»	Monsig. Kehoe Francesco (Hamilton).
»	»	»	Monsig. Mascari Carlo (Hamilton).
»	»	»	Monsig. Priester Vincenzo (Hamilton).
»	»	»	Monsig. Ryan Giacomo Bartolomeo (Hamilton).
»	»	»	Monsig. Coghlan Leone (Oakland).
»	»	»	Monsig. Forristal Giacomo (Oakland).
»	»	»	Monsig. McCabe Nial (Oakland).
»	»	»	Monsig. Ryan Filippo (Oakland).
»	»	»	Monsig. Tillman Taddeo (Oakland).
29	»	»	Monsig. Dahille Davide (Port Elizabeth).
»	»	»	Monsig. Kenny Giovanni (Port Elizabeth).

An. et vol. LV 15 Novembris 1963 (Ser. HI, v. V) - N. 15

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico — Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

CONCILIUM OECUMENICUM VATICANUM H

Die XXIX **Septembris a.** MCMLXIII, **dominica xvn post Pentecosten, in festo S. Michaelis Archangeli,** ALTERA CONCILII OECUMENICI VATICANI **II** SESSIO **inchoata est in Vaticana Basilica, adstante Summo Pontifice Paulo Pp. VI, qui, post Missam Pontificalem sueto ritu ab Emo Cardinali Sacri Collegii Decano celebratam, sollemnem Fidei professionem pronuntiavit, praestitaque a Concilii Patribus obedientia atque ab iisdem Fidei professione iterata, hanc habuit ad universum coetum Allocutionem.**

SUMMI PONTIFICIS ALLOCUTIO

Sálvete, Fratres in Christo dilectissimi, quos undeeumque gentium vocavimus, quo sancta et catholica Ecclesia suae protulit Hierarchiae ordines. Sálvete vos, qui a Nobis invitati libentes huc confluxistis, ut una Nobiscum in altera interessetis Concilii Oecumenici Vaticani Secundi sessione, quam hodie Nos, auspice Michaele Archangelo, christiani populi Defensore, laeto animo inchoamus.

O, ut in hunc dignissimum Fratrum consessum, in quem ob orientis et occidentis regionibus, ab australibus et septemtrionalibus plagis viri lectissimi convenerunt, apte cadit fatale et nobile nomen *Ecclesiae,* **hoc est congregationis et convocationis ! O, ut nova quadam ratione nunc verbum illud impleri videtur, quod, dum in hoc intendimus spectaculum, Nostro occurrit animo :** *In omnem terram exivit sonus eorum, et in*

fines orbis terrae verba eorum! [1] **O, ut mirabiliter coniunctae elucent arcanae illae Ecclesiae notae, quibus ipsam unam et catholicam praedicamus ! Atque ex hoc spectaculo, quo Ecclesia universalis demonstratur, eo adducimur, ut non modo de eius origine apostolica cogitemus, quam hic veluti depictam et celebratam videmus, sed de fine etiam sanctos efficiendi homines, ad quem dilectissima Nobis Ecclesia Dei contendit. Quae sunt propriae Ecclesiae notae, eae refulgent ; Christi Sponsae vultus renidet ; omniumque nostrum animi eo sensu inflammantur, comperto quidem, sed semper arcano, quo percipimus nos mysticum Christi Corpus esse, eamque simul capimus sine exemplo maximam laetitiam, adhuc profanis hominibus incognitam, quae ex illa sententia oritur :** *quam iucundum habitare fratres in unum.* [2] **Nonnihil igitur iuvare putamus nos, a primo initio, ea perspicere et in animum nostrum admittere, quae ex humano divinoque eventu manant, qui nunc agitur. Hic enim iterum sumus, quasi in altero cenáculo, quod, non amplissima moles, sed congregatorum hominum multitudo facit angustum; hic caelitus Maria Virgo, Christi Mater, profecto nobis assidet ; huc, circa Nos, qui, licet postremi tempore et meritis in Petri Apostoli successimus locum, cum eo tamen eandem auctoritatem et munus obtinemus, vos, Venerabiles Fratres, convenistis, qui et ipsi apostoli estis, et a Collegio Apostolico originem ducitis eiusque veri estis heredes; hic eadem fide eademque caritate coniuncti una preces fundemus; hic nos sine dubio superno dono fruemur Spiritus Sancti, praesentis, inflammantis, docentis, corroborantis; hic omnes omnium gentium linguae secum consonabunt, eritque univocus nuntius ad universitatem populorum mittendus; huc securo gressu pervenit Ecclesia, viginti iam saecula in hisce terris peregrinata; hic quasi ad fontem, omnem sitim restinguentem, novamque quamlibet sitim accendentem, reiicitur agmen apostolicum, ab universo terrarum orbe congregatum; atque hinc, iterum per mundum perque tempus itinere suscepto, ad propositum contendet, quod ultra has terras est et ultra hoc aevum.**

Sálvete, Venerabiles Fratres : ita vos accipit vestrum minimus, servus servorum Dei, etsi summis clavibus onustus, a Christo Iesu Petro traditis ; ita vobis ille gratias agit de testimoniis oboedientiae et fiduciae, quae vos eidem defertis ; ita vobis ille re ipsa ostendit se velle vobiscum et precari, et loqui, et deliberare, et operari. A primo initio alterius ses-

[1] ***Rom.*** 10, 18; ***Ps.*** 18, 5.
[2] ***Ps.*** 132, 1.

sionis magnae huius Synodi, Deum immortalem testamur, in Nostro animo neque ullum inesse humani dominii consilium, neque Nostrae solius potestatis studium ; inesse vero votum et voluntatem divini obeundi mandati, quod Nos, Fratres, vestrum omnium constituit interque vos Summum Pastorem. Quod mandatum a vobis id petit, quod Nostrum efficit *gaudium* et *coronam*[3] hoc est *sanctorum communionem,* vestram erga Nos fidelitatem, animum vestrum Nobiscum coniunctum, operam vestram Nobiscum sociatam. Nos autem in vicem ea vobis deferimus, quae deferre laetamur admodum : Nostram nempe venerationem, existimationem Nostram, Nostram fiduciam, caritatem Nostram.

Erat propositum Nobis ut, quemadmodum traditus mos suadebat, ad vos primas daremus Nostras Litteras Encyclicas; sed Cur —- ita Nobiscum ipsi quaesivimus — ea scripto communicemus, quae per faustissimam quandam singularemque opportunitatem — per hoc dicimus Concilium Oecumenicum — liceat voce cum praesentibus communicare? Omnino non possumus nunc cuncta exponere, quae mente agitamus, quaeque scriptis facilius tractantur. Sed tamen in praesentia hanc allocutionem sive Concilio huic, sive pontificali muneri Nostro proludere posse putamus. In praesens igitur vox Nostra in vicem reponatur Litterarum Encyclicarum, quas, Deo bene iuvante, ad vos speramus Nos esse daturos, operosis hisce diebus transactis.

Obsequium memoriae Ioannis XXIII delatum

Nunc autem, postquam vobis salutem diximus, oportere existimamus Nosmetipsos vobis proferre. Etenim recentes in pontificali munere sumus, quod obimus, vel potius inimus. Compertum namque habetis, die vicesimo primo superioris mensis Iunii — in quem nimirum diem Sacratissimi Cordis Iesu festum feliciter incidebat — Purpuratorum Patrum Collegium — cui praesenti gaudemus iterum obsequium et venerationem Nostram praebere — Nostra debilitate et humanitate neglecta, ad Romanam episcopalem Sedem, atque adeo ad Summum universae Ecclesiae Pontificatum eligere voluisse.

Qua de re dum Nobiscum recogitamus, facere non possumus, quin simul Nobis repraesentemus Decessorem Nostrum felicis et immortalis recordationis, Ioannem XXIII, quem valde dileximus. Cuius nomen Nobis, iisque omnibus quibus licuit eum contemplari in hac sede, quam Ipsi modo tenemus, memoriam affert eius imaginis dulcis et sacerdota-

[3] Cfr. ***Philip.*** 4, 1.

lis ; cum, die undecimo mensis Octobris superioris anni, primam inchoavit sessionem huius Concilii Oecumenici Vaticani Secundi, eamque habuit orationem, quae non tantum Ecclesiae, sed universae etiam hominum societati visa est praesagientis animi divinatio, ad nostram hanc aetatem quod attinet. Quae quidem oratio in memoria Nostra, in Nostraque conscientia adhuc personat, dum iter ostendit, quod Concilium instet; eademque profecto valebit ad animos nostros ab omni dubitatione, ab omnique lassitudine liberandos, si quae nos in difficili hoc itinere occupaverint. O earum et venerandum Ioannem Pontificem! Grates tibi agantur, tibi tribuantur laudes, quod Concilium hoc, divino quasi instinctus consilio, cogi iussisti, ut simul Ecclesiae novas aperires vias, simul a Christi Dei gratia novas easque bellefluentes aquas, adhuc occultas, in terras derivares. Tu, nullo terrenae rei stimulo incitante, nullis cogentibus singularibus adiunctis, quasi caelestis Numinis divinane consilia, atque in nostrae huius aetatis introspiciens obscuras acerbasque necessitates, comminutum filum Concilii Vaticani Primi resarciendum esse existimasti. Quod faciens, id etiam es consecutus, ut sponte eam diffidentiam discuteres, quam ex illo Concilio quidam immèrito collegerant, quasi scilicet ad regendam Ecclesiam satis esset summa potestas Romano Pontifici a Christo Iesu collata atque ab eodem Concilio agnita, praetermisso Conciliorum Oecumenicorum auxilio.

Tu praeterea Fratres, Apostolorum successores, non solum coëgisti, ut intermissa studia et in suspenso relictae leges revocaren tur, verum etiam ut iidem se cum Summo Pontifice veluti in unum corpus redactos sentirent, ab eoque robur acciperent et moderationem : *ut sacrum christianae doctrinae depositum efficaciore ratione custodiatur atque proponatur.*[4] **Attamen cum nobiliore hoc Concilii proposito illud quoque coniunxisti, quod pastorale appellant, quodque in praesentia magis instans videtur et salubre quam primum. Etenim admonuisti :** *Neque opus Nostrum, quasi ad finem primarium, eo spectat, ut de quibusdam capitibus praecipuis doctrinae ecclesiasticae disceptetur,* **sed potius ut:** *ea ratione pervestigetur et exponatur, quam tempora postulant nostra.*[5] **Insuper in iis, ex quibus magisterium ecclesiasticum constituitur, opinionem confirmasti, doctrinam christianam non esse solummodo veritatem ratione, quam fides illustraverit, investigandam, sed etiam verbum, vitam et operationem gignens; neque tantum Ecclesiae auctori-**

[4] ***A. A. ..S.*** v. LIV, 1962, p. 790.

[5] ***Ibid.,*** pp. 791-792.

tatem eo spectare debere, ut errores coargueret, qui eam polluissent, sed documenta etiam pronuntiare debere directa et vitalia, quorum eadem est ferax. Cum igitur magisterii ecclesiastici munus neque dumtaxat spectativum sit neque solum negans, necesse idcirco est, ut illud in hoc Concilio magis magisque vim virtutemque demonstret doctrinae Christi, qui dixit : *Verba, quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt.*[6]

Nos igitur neutiquam obliviscemur normas, quae a Te, primo huius Concilii Patre, sapientissimo consilio impertitae sunt, et quas iuvat hic in mentem revocare: ... *nostrum non est pretiosum hunc thesaurum — doctrinae scilicet catholicae — solum custodire, quasi uni antiquitati studeamus; sed alacres sine timore operi, quod nostra exigit aetas, nunc insistamus, iter pergentes, quod Ecclesia a viginti fere saeculis fecit.* **Quapropter : ...** *eae inducendae erunt rationes res exponendi, quae cum magisterio, cuius indoles praesertim pastoralis est, magis congruant.*[7]

Neque a nobis illa magni momenti quaestio neglegetur, quae omnium unitatem spectat, quotquot in Christo credunt et ad Ipsius volunt pertinere Ecclesiam, quam Tu, Ioannes, indicasti tamquam paternam domum omnibus patentem ; ita quidem ut altera celebranda sessio Concilii Oecumenici, a Te statuti et inchoati, viam fideliter terat a Te patefactam, ac proposita, quae flagrantissimis optasti votis, iuvante Deo, assequi possit.

Quaenam sint initi Concilii principium, via et finis

Quamobrem, Venerabiles Fratres, susceptum pergamus iter. Hoc autem manifestum consilium ad aliud considerandum Nostrum movet animum : idque tam gravis momenti est tamque praeclarum, ut Nos impellat ad illud vobiscum communicandum, quamvis totus hic consessus de eo certior sit factus, eiusque quasi lumine perfundatur.

Undenam, Venerabiles Fratres, iter Nostrum initium sumet? Praeterea quaenam via ferenda erit, si magis quam ad rationes modo expositas, ad leges divinas attendamus, quibus obsequi oportet? Denique itineri nostro quinam erit praestituendus finis? Qui quidem finis, dum his in terris degimus, quamquam ad mortalis huius vitae tempora et adiuncta accommodandus est, nihilominus semper spectare debet ad

[6] ***Ip.*** 6, 64.
[7] ***A. A. 8.*** v. LIV, 1962, pp. 791-792.

supremum: hominis finem, ad quem post terrestrem hanc peregrinationem perveniamus oportet.

Hae tres questiones, quae quamquam intellectu facillimae sunt, maximae tamen sunt gravitatis, nonnisi unam habent responsionem, quam hac ipsa sollemni hora et in hoc consessu, repetendam esse nobismetipsis putamus et universo mundo nuntiandam : scilicet Christum, Christum dicimus, principium nostrum esse, Christum ducem et viam esse nostram, Christum esse spem nostram nostramque finem.

Utinam hoc Concilium Oecumenicum vinculum illud plane perspectum habeat, unum et multiplex, firmum et incitans, arcanum et manifestum, arctum et suavissimum, quo nos cum Iesu Christo coniungimur, quo haec vivens ac sancta Ecclesia, hoc est nos, copulatur cum Christo, a quo procedimus, per quem vivimus, et ad quem tendimus. Non alio lumine praesens hic consessus noster fulgeat, nisi Christo, qui est lux mundi; non aliam veritatem quaerant animi nostri, nisi verba Domini, qui unus est magister noster ; nihil aliud studeamus nisi Eius praeceptis prorsus fideli obsequio obtemperare ; non alia fiducia nos suffulciat, nisi ea quae flebilem roborat infirmitatem nostram, cum Ipsius verbis innitatur : *Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi.* [8]

Utinam hac grandi hora ad Dominum Nostrum Iesum Christum vocem Ipso dignam Nobis liceret extollere! Hic usurpamus Sacrae Liturgiae verba : *Te, Christe, solum novimus — te mente pura et simplici — flendo et canendo quaesumus, — intende nostris sensibus!* [9] **Dum haec verba proferimus, ante oculos nostros, mirabundos ac trépidos, Iesus ipse obversari videtur, et quidem tanta insignis maiestate, quanta in vestris Basilicis, Venerabiles Ecclesiarum Orientalium Fratres, atquae etiam in occidentalibus, Pantocrator refulget. Nosmetipsi quodammodo videmur personam gerere Decessoris Nostri Honorii III, qualis in apside Basilicae Sancti Pauli extra moenia splendido musivo opere effingitur, Christum adorans. Ille Pontifex statura pusillus et corpus quasi exinanitum huiñi prosternens, Christi pedes osculatur, qui immensa magnitudine praestans, instar magistri regali praediti maiestate, multitudini in Basilica congregatae, hoc est Ecclesiae, praesidet atque bene precatur. Iamvero spectaculum huiusmodi Nobis repraesentari Videtur, non iam per imaginem in pariete lineis et coloribus descriptam,**

[4] ***Matth.*** 28, 20.

[5] ***Hymnus ad Laudes,*** feria IV.

sed re ipsa, hoc nempe consessu nostro, qui Christum agnoscit ut principium et fontem, unde humanae redemptionis opus et Ecclesia manant ; qui pariter Ecclesiam agnoscit tamquam eiusdem Christi terrestre idemque arcanum spiramentum et continuationem ; ita quidem ut mentis nostrae oculi quasi ea Apocalipsis visione percellantur, quam Ioannes Apostolus his verbis describit : *Et ostendit mihi fluvium aquae vivae splendidum tamquam cry stadium, procedentem de sede Dei et Agni.*[10]

Nobis prorsus opportunum esse videtur, ut hoc Concilium ex huiusmodi imagine, immo vero ex mystica hac celebratione initium capiat. Haec enim celebratio Dominum Nostrum Iesum Christum esse Verbum incarnatum proclamat, Filium Dei et Filium hominis, mundi Redemptorem, hoc est humani generis spem eiusque unum ac summum Magistrum, Pastorem, Panem vitae, Pontificem nostrum nostramque Hostiam, unicum Mediatorem inter Deum et homines, Servatorem terrae, Regem venturum aeterni saeculi; ac praeterea eadem celebratio declarat nos esse a Christo divinitus vocatos, eiusque esse discipulos, apostolos, testes, administros, legatos; itemque una cum ceteris fidelibus viva ipsius membra, quae in immensum illud atque unum mysticum Corpus coalescunt, quod Ipse, fidei et sacramentorum ope, per humanas, continuas aetates sibi format; ipsius Ecclesiam dicimus, quae spiritualis et adspectabilis societas est, fraterna et hierarchica, nunc temporalis, aliquando autem perpetuo mansura.

Venerabiles Fratres, si id attento animo perpendimus, quod summi momenti est, scilicet Christum esse Conditorem nostrum nostrumque Caput, non oculis cernendum sed verum, ac nos ab Ipso omnia recipere, ita ut cum Eo efficiamur : *Christus totus,* **de quo apud Sanctum Augustinum legimus, et quo tota doctrina de Ecclesia perfunditur, tunc sine dubitatione clarius patebunt praecipui huius Concilii fines; quos fines, brevitatis et claritatis causa, ad quattuor redigimus capita, quae sunt ; notio vel, si magis id placet, conscientia Ecclesiae, eius renovatio, unitatis redintegratio inter christianos universos, et Ecclesiae collocutio cum nostrae aetatis hominibus.**

Notio Ecclesiae plenius definienda

In primis dubium non est, quin id Ecclesia exoptet, immo necessitate et officio cogatur, ad dandam tandem de se ipsa plenam notionem. Ac nobis omnibus plane compertae sunt pulcherrimae imagines, quibus in

[10] ***Apoc.*** 22, 1.

Sacris Litteris natura Ecclesiae describitur ; ea enim variis in locis appellatur aedificatio Christi, domus Dei, templum et tabernaculum Dei, eiusque populus, grex, vinea, campus, civitas, ac tandem Sponsa Christi eiusque mysticum Corpus. Quarum puleherrimarum imaginum libertas causa fuit cur Ecclesia, earum consideratione permota, se ipsam agnosceret ut societatem hisce in terris constitutam, aspectabilem, sacra praeditam hierarchia, pariterque arcana virtute intus animatam. Per praeclaras Encyclicas Litteras Decessoris Nostri Pii XII, quibus initium *Mystici Corporis,* **factum est, ut partim implerentur Ecclesiae optata, tradendi plenam de se ipsa doctrinam ; partim vero eadem acrius impelleretur ad sui ipsius definitionem dandam propriam atque satis plenam. Concilium Oecumenicum Vaticanum primum iam sibi huiusmodi argumentum proposuerat, ad quod pertractandum, docti viri, sive intra sive extra Catholicae Ecclesiae septa, pluribus externis causis movebantur, cuiusmodi erant : socialis vitae incrementa, quibus huius temporis civilis cultus distinguebatur ; aucta commercia inter homines; necessitas varias christianas professiones iudicandi iuxta veram univocamque notionem, in divina revelatione contentam; et id genus alia.**

Mirum non est, si fere exactis viginti saeculis, postquam Christi religio condita est, ac post tot incrementa ab Ecclesia catholica ubique suscepta, a ceterisque religiosis communitatibus, quae a Christo nomen ducunt et Ecclesiae appellantur, mirum non est, inquimus, si vera, suprema ac plena notio Ecclesiae, qualem Christus condidit et Apostoli aedificare coeperunt, adhuc accuratiore enuntiatione indiget. Nam Ecclesia mysterium est, scilicet arcana res quae Dei praesentia penitus perfunditur, ac propterea talis est naturae, quae novas semper altioresque suipsius explorationes admittat.

Mens hominis cogitando et inveniendo natura sua progreditur. Ex veritatibus enim, quas experimentis percepit, ad concipiendas cogni tiones ascendit ratione et via magis conspicuas et elatas. Ex aliis veritatibus alias dialectice infert ; et cum in conspiciendo consistit, rem quandam multiplicem et prima praeditam certitudine, unum aliumve eius prospectum considerat; ita ut illa investigantis animi industria explicetur, de qua humani generis historia enarrat.

Nobis prorsus videtur advenisse nunc tempus, quo circa Ecclesiam Christi veritas magis magisque explorari, digerì, exprimi debeat, fortasse non sollemnibus illis enuntiationibus, quas definitiones dogma-

ticas vocant, sed potins declarationibus adhibitis, quibus Ecclesia clariore et graviore magisterio sibi declarat quid de seipsa sentiat.

Conscientia Ecclesiae sibimetipsi clarescit, dum firmissimo obsequio verbis et sententiis Christi adhaeret, dum reverenti memoria Sacrae Traditionis probata praecepta complectitur, dum interiori lumini Spiritus Sancti obsecundat, qui videtur hoc ab Ecclesia nunc exquirere, ut omnibus viribus nitatur, ut qualis ipsa sit ab hominibus plane agnoscatur.

Putamus hoc auspicato fore, ut Spiritus veritatis in hoc Oecumenico Concilio sacris Ordinibus Ecclesiae docentis radiantiorem lucem afferat, et evidentiorem proponat doctrinam de eiusdem Ecclesiae natura ; , atque perinde contingat, ut quasi Sponsa Christi in Ipso imaginem suam inquirat, et in Ipso, flagrantissimo mota amore, studeat propriam detegere formam, pulchritudinem scilicet, quam Ipse vult in Ecclesia sua elucentem.

Hanc ob rem argumentum princeps, quod in hac altera sessione Oecumenici Concilii proponetur, ad Ecclesiam ipsam spectabit. Cuius propterea intima natura penitus indagabitur, ut, pro humana fandi facultate, eius definitio idcirco exhibeatur, ut vera et primaria constitutio Ecclesiae altius ediscatur et eius multiplex salvificumque mandatum clarius patescat.

Potest inde theologica doctrina magnificas accipere explicationes plane dignas, quae etiam a seiunctis Fratribus attenta consideratione perpendantur; quae quidem explicationes, ut flagrantibus exoptamus votis, ipsis facilius usque iter demonstrent ad consensionum unitatem efficiendam.

Inter varias diversasque quaestiones, de quibus in Concilio pertractantur, primas habet quae ad vos attinet, utpote Episcopos Ecclesiae Dei. Haud dubitamus asseverare Nos magna spe ac sincera fiducia huiusmodi disceptationem exspectare. Enimvero, salvis declarationibus dogmaticis Oecumenici Concilii Vaticani Primi ad Romanum Pontificem attinentibus, altius investiganda erit doctrina de Episcopatu, de eius muneribus deque eius cum Petro necessitudinibus. Exinde rationes Nobis exponentur, quibus, ad doctrinam et usum vitae quod spectat, in apostolico munere Nostro obeundo utamur. Hoc namque universale munus, quamvis a Christo instructum sit plenitudine et iusta virtute potestatis, quam quidem scitis, poterit tamen auxilii et praesidii maiores vires sibi adiungere, si dilecti et venerabiles Fratres in Episcopatu,

modis et rationibus opportune statuendis, Nobis validiorem et suscepti oneris magis consciam praestabunt adiutricem operam.

Postquam huiusmodi doctrina declarata erit, aliud caput eam enodationem subsequetur, quod ad compositionem pertinebit Corporis visibilis et mystici Christi, Ecclesiam scilicet militantem et peregrinantem in terris, hoc est sacerdotes, religiosos sodales, fideles, itemque seiunctos a nobis Fratres, qui et ipsi ad ei plene adhaerendum vocantur.

Neminem praeterit quodnam momentum et pondus habiturum sit hoc Concilii theologicum munus, ex quo Ecclesia conscientiam sui haurire potest, suae nempe virtutis, lucem, laetitiam et sanctimoniam gignentis. Utinam has spes Nostras impleat Deus!

Catholicae Ecclesiae renovatio

Quae spes ad aliam quoque primariam causam indicti Concilii pertinent; ad sanctae Eclesiae videlicet renovationem, quam vocant.

Nostra quidem sententia, huiusmodi renovatio proficisci debet pariter e conscientia necessitudinis, qua Ecclesia cum Christo coniungitur. Vult, uti diximus, Ecclesia in Christo imaginem suam inquirere. Si quid umbrae, si quid vitii post hanc contemplationem in vultu suo, in sua veste nuptiali animadverterit, quid sponte et strenue ei est agendum? Uti liquet, nihil aliud spectet opus est, nisi ut se renovet, se corrigat, se ad eam congruentiam referat cum divino archetypo suo, quam sequi ex praecipuo officio suo tenetur.

Verba Iesu Christi memoriam repetimus, quae in prece sacerdotali protulit, cum eius supremi cruciatus et mors imminerent : *Et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint et ipsi sanctificati in veritate.*[11]

Oecumenicum Concilium Vaticanum Secundum — ut Nostra fert opinio — hanc certam vivendi disciplinam, quam Christus voluit, probare et amplecti debet. Tunc solum, cum interioris sanctimoniae tantum opus perfectum erit, Ecclesia vultum suum universo mundo ostendere poterit, talia fundens dicta: Qui videt me, videt Christum; quemadmodum divinus Redemptor de se dixit : *Qui videt me, videt et Patrem.*[12]

Ad hanc rationem, Oecumenicum Concilium veluti novum ver habendum est, quod immensas animorum vires et virtutes, in Ecclesiae sinu quasi occultas, excitet. Concilio enim, ut aperte patet, est propositum,

[11] ***Io.*** 17, 19.
[12] ***Io.*** 14. 9.

ut sive interiores Ecclesiae opes sive normae, quibus eius canonica instituta et rituales formae ordinantur, in pristinum redeant vigorem. Scilicet universalis haec Synodus in id nititur, ut Ecclesiae augeat venusiani illam perfectionem et sanctimoniam, quae nonnisi Iesu Christi imitatio atque mystica cum eo per Spiritum Sanctum coniunctio eidem tribuere possunt.

Sane quidem Concilium ad florentiorem spectat Ecclesiae renovationem. Attamen cavendum est ne, ex eo quod haec affirmamus atque optamus, quis putet Nos concedere Ecclesiam catholicam nostris his temporibus accusari posse, quod mentem Conditoris sui in re magni momenti violaverit. Quin immo ex explorata planius sua fidelitate erga Christum quoad summas res, eadem grata atque verecunda afficitur laetitia, atque alacritatem studiumque sumit emendandi labes, quae humanae sunt infirmitatis. Itaque renovatio, ad quam Concilium spectat, neque praesentem Ecclesiae vitam subvertere ducenda est, neque eius traditiones interscindere, in iis quae sunt potissima et venerabilia, sed potius his ipsis traditionibus honorem habere, caducis et mendosis formis exutis, atque easdem sinceras feracesque efficere velle.

Nonne ipse Iesus dixit discipulis suis : *Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, et omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut, fructum plus afferat?* [13] Quae Evangelii verba satis superque sunt ad ostendenda praecipua capita perfectionis, quam nunc temporis appétit et persequitur Ecclesia. Cuius perfectionis caput eiusdem interiorem exterioremque vitalitatem attingit ; Christo enim vivo Ecclesia viva respondere debet. Si vero fides atque caritas sunt principia eius vitae, plane liquet nihil omittendum esse, quod fidei laetam firmitatem novumque conferat alimentum, quodque christianam eruditionem et educationem efficaciorem reddat, ad eas res consequendas. Non esse omittenda dicimus neque studium impensius neque deditior divinae veritatis cultus, quae profecto uti fundamenta sunt habenda huius renovationis. Deinde caritatis disciplina nobilem obtinebit locum. *Ecclesiam caritatis* nempe appetere debemus, si volumus, ut ea potestatem habeat se penitus renovandi atque — quod perquam arduum et difficile est — mundum universum instaurandi. Praeterea caritas, ut omnibus notum est, regina est et veluti radix aliarum christianarum virtutum ; hoc est humilitatis, paupertatis, pietatis, se devovendi voluntatis, fortitudinis in veritate profitenda, iustitiae

[13] *Io.* 15, 1-2.

exquirendae amoris, aliarumve virium, quas .in agendo novus exserit homo.

Qua super re Oecumenici Concilii munus ad latissimos spatiatur campos : quorum unum, praestantissimum sane et caritate florens, sacra Liturgia occupat. De qua cum in prima sessione longe fuseque actum sit, fore speramus, ut nunc ad felicissimos ea perducatur exitus. Ad alios quoque campos eodem certe studio eademque diligentia Patres animum intendent; quamvis timendum sit ne, ob temporis angustias, omnes quaestiones, prout res postulat, explorari queant, ita ut quarundam disquisitio ad aliam futuram sessionem sit differenda.

Unitatis redintegratio inter universos christianos

Tertia est causa Oecumenico huic Concilio a Decessore Nostro Ioanne XXIII praestituta, quae in spiritualium rerum ordine gravissima sane est existimanda : causam dicimus, quae ad « alios christianos)> spectat, hoc est ad eos, quos, quamvis in Christo credant, nequimus — o abreptum Nobis gaudium ! — inter eos numerare qui sunt Nobiscum vinculo perfectae unitatis Christi coniuncti. Haec unitas, quam per se vi Baptismatis ipsi participare deberent, ab una catholica Ecclesia illis offerri potest, et ab iis vi naturaque sua percupitur.

Etenim ea quae recens in sinu christianarum communitatum a Nobis seiunctarum contingunt quaeque maiora in dies incrementa suscipiunt, duo perspicue demonstrant : Ecclesiam Christi unam esse et unam esse debere; et arcanam hanc et aspectabilem unitatem in rem deduci non posse nisi una fide, nisi participatione eorundem Sacramentorum, nisi apta cohaerentia unici ecclesiastici regiminis, quamvis admitti possint alibi alii sermones, sacri ritus et a maioribus accepti mores, locorum propriae praerogativae, investigationes de rebus spiritualibus, legitima instituta, actionis vitae normae, quas quis praeoptet.

Quid sentiat, quidve agat Concilium, quod attinet ad haec ingenua agmina seiunctorum a Nobis Fratrum, et ad possibiles varietates in unitate? Res prorsus patet. Etiam hanc ob rationem singularis evadit huius convocatio Concilii. Contendit nempe hoc ad oecumenicitatem, ut aiunt, plenam scilicet et universalem : saltem in votis, in precibus Deo admovendis, in praeparatione. Hodie affulget spes, cras fortasse res. Enimvero dum Concilium vocat, numerat, claudit in Christi ovili oves, quae illud iusto plenoque iure constituunt, aperit interea portas, vocem extollit, atque trepidanter praestolatur tot Christi oves, quae unici

ovilis saeptis adhuc non continentur. Quocirca hoc est huius Concilii proprium, ut vocet, ut exspectet, ut confidat fore ut in posterum plures fraterno animo veram oecumenicitatem suam participent.

Omni cum reverentia nunc alloquium Nostrum convertimus ad delegatos christianarum communitatum ab Ecclesia catholica seiunctarum, ab his idcirco missos, ut personam gerentes Observatorum, quos appellant, sollemnibus hisce coetibus intersint.

Suave est Nobis iis salutem ex animo impertire.

Gratias iis agimus, quod huc advenerunt.

Per eos nuntium, amoris Nostri paterni et fraterni interpretem, mittimus ad venerabiles christianas communitates, quarum ipsi hic personam sustinent.

Tremit vox Nostra, cor Nostrum palpitât, propterea quod quemadmodum praesens earum propinquitas Nobis inenarrabile solatium et spem dulcissimam affert, ita diuturna earum separatio animum Nostrum perquam acerbe afficit.

Si quae culpa ob huiusmodi separationem in nos admittenda sit, veniam humili rogatu a Deo petimus, ab ipsisque Fratribus veniam petimus, si iniuriam a nobis se accepisse putent. Ad nos quod attinet, animo parati sumus ad condonandas iniurias catholicae Ecclesiae illatas, et ad relinquendum moerorem, quo confecta est, diuturnarum dissentionum atque separationum causa.

Utinam caelestis Pater hanc nostram affirmationem benigne excipiat, nobisque universis pacem vere fraternam restituat. •

Supersunt, ut probe novimus, quaestiones rei natura graves atque implicatae, quae perscrutandae, tractandae atque dissolvendae sunt. Velimus sane, ut id statim fiat ob caritatem Christi, quae urget nos; persuasum tamen habemus multas condiciones requiri, ut causae huiusmodi componi ac dirimi possint; quae quidem condiciones nondum eo pervenerunt, ut res possit expediri. Verum non piget aequo animo faustum expectare tempus, quo perfecta reconciliatio tandem contingat.

Interea autem Observatoribus, qui hic adsunt, quasdam praecipuas rationes confirmare volumus, quibus innixi unitatem ecclesiasticam cum Fratribus seiunctis efficiendam esse putamus, ut eas ad suas quisque communitates christianas referant; itemque ut vox Nostra ad alias etiam venerabiles communitates christianas perveniat, a Nobis seiunctas, quae invitantibus Nobis ut huic Concilio, quamvis sine mutuo officii onere, adessent, renuerunt. Qui quamquam rationes illas, ut opinamur,

iam compertas habent, eas tamen posse hic salutariter declarari opinamur.

Sermo, quo eos alloquimur, est pacificus et sincerus omnino. Nullae in eo insidiae, nulla utilitatis terrestris studia occulta latent. Nos, ut oportet, fidei nostrae, quam divinam esse plane credimus, apertissime ac firmissime adhaeremus. Attamen pro certo habemus eam minime impedimento esse, quominus ad exoptatam consensionem inter nos et Fratres a Nobis seiunctos deveniatur; agitur enim de divina veritate, quae est principium unitatis, non discriminis et separationis. Ceterum nolumus fidem nostram esse causam ob quam cum illis concertemus.

Deinde debita, quae par est, reverentia religiosam hereditatem prosequimur antiquitus acceptam omnibusque communem, quam Fratres seiuncti servaverunt et ex parte etiam bene excoluerunt. Libenter sane eorum studia probamus, qui honeste in sua luce et honore ponere nituntur germanos veritatis vitaeque spiritualis thesauros eorundem Fratrum seiunctorum, ea mente, ut rationes, quae inter nos et illos intercedunt in melius mutentur. Fore autem confidimus, ut et ipsi pari voluntate permoti nostram doctrinam altius cognoscere velint et perspicere, quam rationaliter e divinae Revelationis deposito ea proficiscatur, atque etiam nostrae historiae nostraeque vitae religiosae uberiorem notitiam sibi comparare conentur.

Praeterea, ad rem quod attinet, dicere libet Nobis, qui conscii sumus praegravium difficultatum, quae optatissimae unitati etiamnum officiunt, suppliciter Nos fiduciam Nostram in Deo collocare. Quapropter ei admovere preces pergemus, operamque omnibus viribus dare, ut luculentius praebeamus testimonium vitae vere christianae fraternae - que caritatis. Quodsi eventus spei et exspectationi Nostrae non responderit, haec verba Christi, solacii plena, meminerimus : *Quae impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.*[14]

Ecclesiae collocatio cum nostrae aetatis hominibus

Denique, Concilio propositum est, ut humanam consortionem nostrae aetatis, quodam quasi ponte instituto, attingat. Rem sane miram ! Ecclesia enim, dum, internum vigorem suum Spiritus Sancti ope magis magisque animando, a societate profana, qua circumfunditur, distinguitur atque secernitur, interea apparet ut fermentum vivificum et instru-

[14] ***Luc.*** 18, 27.

mentum salutis eiusdem humanae consortionis, itemque munus missionale sibi praestitutum detegit et confirmat, quod est potissimum officium suum, eo pertinens, ut humano generi, quaecumque eius est condicio, Evangelium, pro accepto mandato, alacri studio annuntiet.

Ceterum vosmetipsi, Venerabiles Fratres, hoc prodigium experiendo novistis. Etenim, primae sessionis initium facientes et auspicali sermone Ioannis XXIII veluti infiammati, statim vestras esse partes duxistis fores aulae huius consessus, ut ita dicamus, patefacere et ilico ad omnes homines nuntium salutis, fraternitatis, spei e valvis apertis magna voce mittere. Singulare sane factum, sed admirabile ! Prophetiae donum, tit ita dicamus, Ecclesiae datum, tunc de repente erumpere visum est;,et quemadmodum Sanctus Petrus Pentecostes die impulsus est, ut sine mora verba faceret et orationem ad populum haberet, ita et vos confestim non de rebus vestris agere voluistis, sed de iis quae ad humanam spectarent familiam, non inter vos colloqui voluistis, sed ad homines vos con verter e.

Ex quo colligitur, Venerabiles Fratres, peculiarem notam huius Concilii esse caritatem, eamque amplissimam et vehementissimam, caritatem, quae potius de aliena quam de sua ipsius utilitate cogitat, caritatem dicimus universalem Christi !

Quae profecto caritas animum erigit nostrum. Nam, cum vita hominum, ut nunc est, oculis obversatur nostris, sponte fit ut metu magis afficiamur quam solacio, dolore magis quam laetitia, atque magis ad periculum arcendum et ad errores damnandos quam ad fiduciam et amicitiam moveamur.

Res ipsas spectare oportet, nullo modo vulnus celantes quod pluribus de causis huic ipsi universali Synodo illatum est. ijum adeo caeci sumus, ut plura loca in hoc consessu vacua esse non videamus? Ubinam sunt nostri Fratres ex iis Nationibus, ubi Ecclesiae bellum indictum est? Atque in quanam condicione religio ibidem versatur? Quae dum consideramus, graviora eadem videntur, si mentem intendimus ad ea quae novimus, multo magis autem ad ea quae noscere non licet, de sacra Hierarchia, de religiosis viris et sacris virginibus, ac de ingenti filiorum Nostrorum multitudine, qui ob invictam suam erga Christum et Ecclesiam fidelitatem timoribus, vexationibus, aerumnis, oppressionibus sunt obnoxii. Ob huiusmodi dolores quanta afficimur tristitia, et quam vehementer dolemus, cum cernimus in quibusdam territoriis religiosam libertatem, sicut alia praecipua hominis iura, opprimi eorum principiis

et artibus, qui opiniones a suis diversas de re politica, de hominum stirpibus, de cuiusvis generis religione non tolerant. Dolemus praeterea tot adhuc iniurias alicubi iis esse illatas, qui religionem suam honeste ac libere profiteri velint. Attamen in hisce malis deplorandis, potius quam acerba verba, sinceram humanamque adhortationem iis iterum adhibere placet, in quos tristis huius condicionis culpa recidit; ut tandem desinant animum gerere catholicae religioni sine causa infensum. Catholicae enim religionis asseclae non inimici vel infidi, sed potius honesti et operosi cives nationis, ad quam pertinent, sunt habendi. Catholicos vero, qui propter suam fidem doloribus premuntur, hanc etiam occasionem nacti, peramanter salutamus et pro ipsis peculiaria a Deo solacia precibus imploramus.

Nec satis hic tristitiae Nostrae. Dum hominum familiam aspicimus, summa aegritudine angimur ob plures alias calamitates quibus connectatur; ob atheismum potissimum, qui ad humanae consortionis partem pervasit, ita rerum ordinem perturbans, qui ad mentis culturam, ad mores et ad socialem vitam pertinet, ut inter homines germana eiusdem ordinis recta notio pedetemptim deponatur. Etenim dum clarior fit lux, quae e naturalium rerum scientia oritur, passim — pro dolor — obscurior evadit scientia Dei, ac propterea vera etiam hominis scientia. Quare dum progressae artes mirum in modum cuiusvis generis instrumenta perficiunt, quibus homo utatur, magis in dies ipsius occupant animum solitudo, tristitia, desperatio.

De implexis atque multas ob causas tristibus nostrae aetatis hominum condicionibus, plura a Nobis dicenda sunt ; sed de iisdem hodie loqui non vacat Nobis. Nunc, ut modo diximus, caritate fiagrat animus Noster, sicut flagrat Ecclesia in Concilium coacta. Aetatem hanc nostram eiusque varias et pugnantes significationes summa benevolentia prosequimur, itemque summo afiicimur studio, ut amoris, salutis et spei nuntium, quod Christus attulit mundo, nostrorum temporum hominibus deferamus : *Non enim misit Deus Filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum.*[15]

Probe noverit mundus se peramanter ab Ecclesia aspici, quae in ipsum sincera fertur admiratione sinceroque proposito movetur non ei dominandi sed serviendi, non eum contemnendi, sed dignitatem ipsius augendi, non eum damnandi, sed solacium et salutem ei afferendi.

[15] ***Io.*** 3, 17.

Ex hoc Concilio, unde in universum terrarum orbem prospectus patet, peculiari animi sollicitudine ad quosdam hominum coetus Ecclesia suae mentis oculos refert. Scilicet contuetur pauperes, egenos, maerentes, eos qui fame et dolore premuntur, qui in vincula sunt coniecti; hoc est eam humani generis partem peculiari modo aspicit, quae dolet et luget, cum sciat hos homines ad se iure evangelico pertinere; quare gaudet iisdem adhibere Dominica verba : *Venite ad me omnes.*[16]

Oculos praeterea Ecclesia conicit in viros doctrina excultos, qui litterarum studiis, rerum naturae investigationi, optimis artibus sunt addicti; hos quoque Ecclesia summo in honore habet, incensissimoque ardore studet eorum excipere experimenta, confirmare ingenii nisus, libertatem tutari, eorumque animis perturbatis et commotis aditum patefacere ad supernas divini verbi divinaeque gratiae regiones.

Respicit ad opifices, ad eorum personae et laboris dignitatem; ad eorum legitima optata ; ad necessitatem, qua ipsi tantopere adhuc afflictantur, ut in melius mutentur eorum rationes sociales, eorumque spiritualis vita proficiat ; ad munus denique quod ipsis committi possit, recto tamen christianoque animo absolvendum : munus dicimus novum condendi rerum ordinem, in quo homines liberi sint seseque fratres agnoscant. Ecclesia, Mater et Magistra, ipsis praesens adest.

Respicit ad populorum rectores. Pro gravibus monitis, quibus eos saepe appellare debet, Ecclesia hodie haec verba hortationis et fiduciae plena iisdem adhibet : Bono estote animo, Nationum moderatores ! Complura bona, quibus hominum vita indiget, hodie vestris gentibus suppeditare potestis, nempe panem, doctrinam, ordinem, dignitatem, liberorum et concordium civium propriam, dummodo tamen noscatis quid sit homo ; quam rem vos sapientia christiana tantum plene valet edocere. Coniunctis consiliis agentes ad iustitiae et amoris normam, vos pacem donare potestis, bonum omnium praestantissimum, quod tam sitienter omnes exoptant et Ecclesia tam strenue tuetur ac promovet ; atque adeo ex omni gentium familia potestis civitatem unam efficere. Deus vobiscum sit !

Catholica Ecclesia etiam longius respicit, ultra christianae familiae fines; quomodo enim certis terminis circumscribat amorem suum, cum imitari debeat amorem Dei Patris, qui omnibus bona sua dilargitur,[17] et sic dilexit mundum, ut pro eius salute unigenitum Filium suum

[16] ***Matth.*** 11, 28.

[17] Cfr. ***Matth.*** 5, 45.

daret? [18] **Ultra igitur christiana castra oculos suos dirigit, et ad alias religiones respicit, quae servant sensum et notionem Dei, unius, creatoris, providentis, summi et rerum naturam trascendentis ; quae Dei cultum exercent sincerae pietatis actibus ; quaeque ex iis usibus et opinionibus morum et socialis vitae praecepta derivant.**

In his quidem religionibus catholica Ecclesia cernit profecto, nec sine dolore, lacunas, defectus et errores ; facere tamen non potest, quin .ad eas quoque mentem suam convertat, ut easdem certiores faciat, catholicam religionem debita aestimatione iudicare quidquid veri, boni et humani apud ipsas reperitur ; itemque ut moneat, ad tuendum in hominibus huius temporis religionis sensum et Dei cultum — quod civilis cultus necessitas et officium postulant — se in prima acie stare, utpote quae Dei iura in homines validissime defendat.

Denique Ecclesia respicit ad alios eosque immensos humanae navitatis campos : ubi nempe novellae iuvenum aetates adolescunt, vivendi et excellendi studio incensae ; ubi recentiores nationes conscientiam suorum iurium, libertatem ac civilia instituta sibi vindicant ; ubi innumeri homines solitudine laborant, etsi inter tumultum humanae societatis vivant, quae ipsorum animis nullum salutare verbum proferre potest. Ad **hos singulos universos Ecclesia vocem suam spei plenam dirigit, atque lucem veritatis, vitae et salutis omnibus optat et praebet, quia Deus** *omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire.*[19]

Venerabiles Fratres,

Munus ministrandae salutis nobis commissum, grande et grave est. Quod **ut dignius sustineamus, nunc in hoc sollemni consessu una congregati sumus. Nostrorum animorum concordia, firma atque fraterna, nos ducat et roboret. Communio cum Ecclesia caelesti sit nobis propitia; adsint Sancti Caelites, qui in variis dioecesibus peculiari veneratione coluntur et in religiosis familiis ; adsint Angeli Sanctique omnes, ac praesertim Sancti Petrus et Paulus, Sanctus Ioannes Baptista, ac peculiarissimo modo Sanctus Ioseph, qui huius Concilii Patronus declaratus est. Assideat nobis, maternam et validam ferens opem, beatissima Virgo Maria, quam incensissimis precibus invocamus; Christus**

[18] Cfr. ***Io. 3,*** 16.
[19] ***1 Tim. 2, i.***

praesideat; atque omnia cedant in Dei gloriam, in honorem Sanctissimae Trinitatis, cuius benedictionem vobis omnibus audemus impertire, in nomine Patris et Filii et Spiritus Saneti.

Άπευθύνομεν τον έγκάρδιον Ημών χαιρετισμόν και προς τους χριστιανούς της ανατολικής παραδόσεως εις την έλληνικήν γλώσσαν ήτις ύπήρξεν ή γλώσσα των πρώτων οικουμενικών συνόδων, τών μεγάλων Πατέρων και Διδασκάλων της Εκκλησίας: Βασιλείου του Μεγάλου, Γρηγορίου Νύσσης, Γρηγορίου του Θεολόγου, Ιωάννου τον Χρυσοστόμου, Κυρίλλου Αλεξανδρείας, Ιωάννου του Δαμάσκηνου και τόσων άλλων, οϊτινες εφώτησαν άπασαν την οίκουμένην και παραμένουν ή δόξα της χριστιανικής σκέψεως.

Αδελφοί τών άγιων Εκκλησιών τής "Ανατολής, προσευχηθώμεν καί εργασθώμεν δια την δόξαν τοϋ Θεοϋ και την έπέκτασιν τής βασιλείας Αύτοΰ εν πίστει και αγάπη.

Мы приветствуем также христиан славянский народов и выражаем им наше желане молиться и трудиться на славу Бога и на расширение его царства в вере и любви.

NUNTIUS GRATULATORIUS

Ad E.mum P. D. Franciscum S. R. E. Cardinalem Bracci, sexaginta ab inito Sacerdotio impletos annos celebraturum.

Perlatus Nobis est nuntius, te sexaginta impletos celebrare annos, postquam ad sacri presbyteratus gradum evectus es. Nequaquam patimur huiusmodi anniversariam felicis eventus memoriam silentio praetergredi, quin tibi cuncta salutaria et optabilia cupiamus. Hoc autem libenter facimus, ut cumulador religiosa laetitia a te percipiatur, grato animo coniuncta, quo, decursum hactenus vitae spatium demetiens, Deo donorum largitori munifico summas gratias rependes.

Votis ominibusque gratulationes adnectimus, recordatione repetentes diligentiae plenam et fructuosam operam, quam in Romana Curia diu insumpsisti, ut Promotor Iustitiae ac postea Auditor Sacrae Romanae Rotae, ac praesertim cum Sacri Consilii Sacramentorum Disciplinae praepositi a secretis esses. Quibus bene gestis muneribus et laboribus, ac probatae virtuti tuae ut tribueretur praemium, Sacrae Romanae Purpurae fel. rec. Decessor Noster Ioannes XXIII decore te honestavit.

' Precibus tibi caelestia poscimus auxilia et solacia, ut superno tee tus

inunimine, operosa navitate et placida sapientia diu fruaris. « Mittat tibi auxilium dé sancto et de Sion tueatur te; memor sit omnis sacrificii tui, et holocaustum tuum pingue fiat ».[1]

Haec imo e pectore ominati, tibi, Dilecte Fili Noster, et universis sacro anniversario tuo adstantibus Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die III mensis Iulii, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri primo.

PAULUS PP. VI

ALLOCUTIONES

I

Artis medendi studiosis, qui e plurimis nationibus interfuerunt Coetibus Romae habitis de Chirurgia generali et de Chirurgia cordis sanguinisque vasculorum. *

Messieurs,

Nous vous sommes bien reconnaissant à tous pour cette visite ; Nous sommes même quelque peu flatté que des personnes si qualifiées, des savants si renommés dans le domaine de la chirurgie viennent Nous voir et Nous présenter l'hommage de leur présence et de leur parole.

Comme vous venez de le dire, Monsieur le Professeur, par des mots aussi courtois que précis, ce sont les participants à deux Congrès hautement scientifiques que Nous avons maintenant le plaisir et l'honneur de recevoir, c'est-à-dire le XXème Congrès International de Chirurgie et le Congrès de la Société de Chirurgie Cardiovasculaire. Quoique Nous n'ayons pas une compétence spécifique dans la discipline, qui engage vos études, et dans l'art, où vous êtes maîtres, Nous avons, comme tout le monde, une connaissance suffisante de vos progrès scientifiques et de votre extraordinaire habileté de chirurgiens, pour vous manifester toute l'admiration que mérite votre profession, si difficile, si délicate, si providentielle, et pour Nous faire l'interprète de tant de malades que

[1] ***Ps.*** 19, 3-4.

* Die 20 Septembris mensis a. 1963.

vous soignez et que vous réussissez à remettre en bonne santé. Vous êtes des bienfaiteurs du genre humain, lorsque l'exercice de votre profession est conforme — comme Nous ne voulons pas en douter — aux lois supérieures et permanentes de la morale; vous méritez bien qu'on vous loue et qu'on vous remercie pour tant de douleurs soulagées, pour tant de maladies vaincues, pour tant de condamnés arrachés à la souffrance et à la mort. Notre expression de louange et de gratitude est pleine de sincérité et d'enthousiasme, Messieurs les Chirurgiens ; soyez-en assurés !

Mais, à y faire attention, cela n'est pas tout ce que vous attendez que Nous vous disions en cette occasion extraordinaire. La chose nous paraît évidente : pourquoi, Messieurs, venez-vous voir le Pape, qui n'appartient pas à votre spécialité? Qu'a-t-il à faire avec vos travaux et avec votre profession?

Nous ne voulons pas croire que votre visite au Vatican ait pour motif une simple curiosité touristique : tant de solennité ne serait pas nécessaire pour la satisfaire, et elle ne serait pas entourée par des signes qui manifestent une autre intention que celle qui guide les visiteurs dans les musées.

Si Notre diagnostic spirituel ne Nous trompe pas, c'est une conscience secrète de la valeur supérieure de vos études et surtout de vos efforts contre les maux physiques qui affligent l'humanité qui vous mène jusqu'ici. H y a quelque chose, dont peut-être plusieurs d'entre vous ne sauraient donner une définition adéquate, quelque chose dans votre science et dans votre art qui mérite d'être apporté devant Notre personne, à cause de ce qu'elle représente et à cause de la mission qu'elle exerce. Votre activité, quoique engagée au bien-être du corps, est digne d'être présentée au seuil du royaume de l'esprit.

Eh bien, oui, que l'offrande soit apportée; elle mérite de monter au niveau des valeurs spirituelles; elle peut être transformée en acte religieux.

Le thème est profond et touche au mystère. Ce n'est pas le moment de l'explorer. Mais qu'il Nous soit permis de répondre à votre geste de gentilesse, pas seulement par des mots profanes, comme ceux que Nous venons de prononcer, mais par un mot qui monte du fond de notre science à nous, de notre connaissance de la vie humaine qui nous est enseignée par notre foi, c'est-à-dire par la sagesse divine. Et ce mot, c'est celui-ci : le corps humain, la chair de l'homme, dont vous explorez tous les secrets physiques et biologiques, est sacré. Oui, le divin y ha-

hi te; prenez-y garde! La vie humaine est imprégnée de la pensée de Dieu. L'homme en est l'image. Bien plus : quand la grâce sanctifie l'homme, son corps n'est pas seulement l'instrument de l'âme et son organe, il est aussi le temple mystérieux du Saint-Esprit. Dieu y habite. Autant dire qu'une conception nouvelle de la chair humaine s'ouvre devant nos yeux ; une conception qui ne trouble pas tout à fait la vision de la réalité physique et biologique ; au contraire, elle l'éclairé. Elle la remplit d'un attrait nouveau, un attrait qui dépasse l'attrait sensible et l'attrait esthétique, qui sont pourtant tellement réels et tellement puissants, et bien des fois tellement mauvais et fatals ; un attrait — que dirions-Nous? — mystique; un attrait nouveau que ni le plaisir, ni la beauté ne suggèrent, mais un attrait que l'amour du Christ inspire, la charité du Samaritain qui « le vit — lui, roué de coups, à demi mort, le pauvre homme blessé — et fut touché de compassion ».

Seriez-vous offensés, Messieurs, si Nous osons vous appeler les bons Samaritains du monde moderne?, si Nous vous octroyons les sentiments de l'humanisme supérieur de l'Evangile?, si Nous vous souhaitons d'ennoblir, voire de sublimer votre culte de la pauvre chair humaine par cette spiritualité religieuse, que le Christ nous ouvre et nous offre? Et si c'est cette magnifique conception de votre activité qui inspirait votre venue près de l'humble Vicaire du Christ sur la terre, ne lui permettrez-vous pas de donner, de tout Son cœur, à vous tous, à vos études, et à votre profession, Sa Bénédiction Apostolique?

II

Phthisiologie, qui interfuerunt septimo et decimo Coetui Internationali de ratione suhsidiisque contra phthisiaci morbi vim adhibendis. *

Messieurs,

Votre présence Nous remplit de reconnaissance et d'admiration. La courtoisie, avec laquelle vous avec voulu, au cours de votre XVIIème conférence Internationale de la tuberculose, Nous rendre visite, le nombre vraiment imposant de participants au Congrès, le nombre des Pays représentés, l'importance des problèmes abordés dans vos réunions et surtout l'incidence que vos études et votre activité exercent sur la thérapie d'une des maladies les plus répandues et par conséquent sur la société, sont autant de motifs qui Nous rendent très sensible à cette

* Die 27 Septembris mensis a. 1963.

rencontre et qui Nous obligent à vous faire l'accueil le plus cordial et le plus dévoué.

Il n'est pas de Notre compétence de Nous prononcer sur les différents thèmes qui ont retenu votre attention pendant les séances et les « symposia » de la Conférence que vous êtes en train de tenir. Mais Nous sommes assez renseigné sur le cours du grand et terrible phénomène de la tuberculose pour Nous croire autorisé, voire obligé, à vous présenter Nos plus vives félicitations. Nous voudrions que l'expression de ce sentiment ne fût pas seulement la voix personnelle de Notre esprit ému et reconnaissant, mais aussi l'interprète de la gratitude et de la satisfaction de la foule innombrable des malades que vous avez soignés et que vous assistez maintenant, de leurs familles et de la société tout entière.

Nous savons très bien que la terrible maladie n'est pas complètement vaincue et que ses ravages continuent à affliger un nombre immense d'êtres humains. Mais Nous savons aussi deux choses auxquelles s'adresse l'hommage de Nos félicitations, c'est-à-dire premièrement, que la tuberculose n'a plus la virulence d'autrefois, son taux de mortalité est fort réduit, et elle ne représente plus à présent le spectre fatal qui mettait le désespoir en tous ceux qui en étaient affectés. Elle a cédé aux cures multiples par lesquelles vous l'avez assiégée, surtout par les remèdes antibiotiques. C'est une victoire magnifique ! L'humanité tout entière vous doit sa louange et sa gratitude.

Et, deuxièmement, Nous savons que si la tuberculose est toujours un des plus grands fléaux de la santé humaine, vous vous proposez de poursuivre votre tâche admirable, de la combattre par toutes les formes de l'hygiène, de la prophylaxie, de la thérapie, de l'assistance sanitaire modernes. Vous n'êtes pas fatigués dans la lutte sans merci que vous avez engagée, et vous êtes décidés à déployer tout effort possible pour restreindre la funeste puissance de cette maladie, et en défendre les nouvelles générations ainsi que les peuples en voie de développement. Grande mission, grand mérite ! Autre motif de Notre satisfaction, autre raison qui ouvre Notre esprit à la plus haute considération pour l'armée courageuse et bienfaisante que vous êtes !

Tout le monde partage sûrement ces sentiments. Nous voudrions y ajouter une note qui Nous est spéciale. Laissez-Nous la formuler par une question, qui n'attend pas de répouse, mais qui voudrait arriver, tout discrètement du reste, au fond de vos âmes. La question est la suivante : c'est l'amour, n'est-ce pas, qui vous fait entreprendre votre

lutte contre cette triste maladie? L'amour, dirions-Nous, pas seulement de la science en tant que telle, ou de la profession à laquelle vous astreint votre devoir, mais l'amour aussi, et surtout, de vos malades, des hommes et des femmes, des enfants et des jeunes qui sans votre secours seraient perdus; l'amour, lâchons le mot, de votre prochain.

Nous voulons bien croire que c'est bien comme cela. Un grand idéalisme soutient votre travail; peut-être a-t-il inspiré le choix de votre spécialité médicale ; le désir d'être utiles aux autres, de faire du bien aux malheureux et à ceux qui souffrent, de donner réconfort et espérance à ceux qui, sans vous, n'auraient pu les avoir. Et alors : sachez, Messieurs, que vous avez accompli une œuvre qui va au delà de la scène présente, vous avez gagné un mérite, qui ne trouve pas en cette vie sa récompense adéquate, mais qui l'aura dans la vie future, où le Christ, le Chef de l'humanité immortelle et le Souffrant dans tous les souffrants de l'humanité temporelle, nous attend.

C'est dans cette perspective religieuse et surnaturelle que Nous envisageons votre magnifique travail ; et Nous osons croire que vous-mêmes vous désiriez recevoir de Nos lèvres, de Notre cœur, une pareille reconnaissance.

Qu'il Nous soit alors permis de donner à votre œuvre l'approbation la plus chaleureuse. Voilà un travail digne de la vraie civilisation. Voilà une lutte à laquelle tout le monde doit s'associer. Voilà un programme qui mérite la solidarité à tous les niveaux et dans la mesure la plus concrète et généreuse. Que les hommes vous comprennent, et que Dieu vous protège !

Notre sympathie, Notre estime, Notre encouragement vous sont assurés, et l'assentiment le plus favorable et le plus dévoué de Notre esprit vous est témoigné par Notre paternelle Bénédiction.

III

Diurnariis scriptoribus publice missis, ut suos cives de rebus actis in Oecumenica Synodo certiores faciant. *

Chers Messieurs,

Nous sommes très heureux de vous voir ce matin et il Nous est bien agréable de vous recevoir dans Notre demeure, au lendemain de l'ouverture de la seconde session du Concile Oecuménique. Soyez donc les

* Die 1 Octobris mensis a. 1963.

bienvenus au Vatican, qui, pour bon nombre d'entre vous, — et Nous avons plaisir à le relever, — commence à devenir familier. Les audiences se succèdent en effet pour le Pape, mais II ne peut cacher la joie toute particulière qu'il éprouve à s'entretenir un instant avec les journalistes et les reporters de la radio et de la télévision.

Et Nous sommes heureux de cette occasion de Nous féliciter de l'intérêt que vous portez à ce grand événement du monde d'aujourd'hui qu'est le Concile œcuménique, et d'exprimer Notre gratitude aux directeurs de journaux et de stations radiophoniques qui ont délégué à Rome, pour rendre compte de ces assises conciliaires, tant de reporters dont Nous Nous plaisons à reconnaître la qualité et la compétence professionnelles.

Nous avons eu déjà l'occasion de dire l'estime que Nous portons aux journalistes, et combien Nous avons conscience de la place si importante qu'ils tiennent dans le monde d'aujourd'hui, avec ce si redoutable pouvoir auprès de l'opinion publique. C'est une place de choix, et vous savez que l'honneur de votre profession exige de votre part l'objectivité des reportages et le constant souci de la vérité.

C'est ce souci qui va vous animer dans les compte-rendus que vous aurez à donner de cette nouvelle session conciliaire. Tâche difficile, Nous le comprenons bien, car cette imposante Assemblée ressemble à quelques égards aux manifestations collectives humaines, alors qu'elle est en réalité bien diverse. On peut être en effef tenté d'y chercher des « schèmes » bien connus : nationalismes, tendances, partis, diversités historiques et géographiques aussi, par exemple Orient et Occident ... Si le regard s'arrête à ces apparences, ou s'il se complaît à les souligner, la réalité se trouve altérée, peut-être est-elle faussée.

Car les évêques cherchent tous à éviter de donner consistance à ces divisions, pour être au contraire guidés par la vérité divine objective qu'ils professent et par la charité fraternelle qui les anime.

La discussion certes est variée et libre dans l'enceinte conciliaire, mais si elle est marquée, sans nul doute, par les milieux d'origine des évêques, elle n'est pas déterminée pour autant par des mentalités fermées et des parti-pris.

Aussi sommes-Nous très heureux que des personnes intelligentes comme vous aient cette occasion extraordinaire d'observer le « phénomène-Eglise » dans son visage humain, certes, mais aussi dans ses *notes* **caractéristiques, qui portent à beaucoup réfléchir : son** *unité,* **voulue, aimée, et spontanée ; sa** *catholicité* **et son universalité, si variée et si expressive, reflétant chaque race et chaque civilisation ; son** *apostolicae* **ou continuité historique si frappante à travers les générations successives qui la rattachent aux Apôtres du Christ; sa spiritualité et sa**

sainteté **religieuse propre, en dehors de tous les intérêts qui meuvent d'ordinaire les hommes.**

Oui l'Eglise, telle qu'elle se présente à vos regards, ne peut pas ne pas vous faire réfléchir, et — c'est là sa force apologétique — vous conduire jusqu'à celui de qui elle tire sa vie même : le Christ, Chef invisible de l'Eglise réunie en Concile.

Le Concile est certes un événement qui concerne au premier chef l'Eglise catholique. Mais vous savez, chers Messieurs, mieux que quiconque, combien cet événement a eu de résonance dans le monde chrétien, combien tous les croyants aussi et tous les hommes de bonne volonté se sont unis d'esprit et de cœur à cette grande espérance dont Notre inoubliable prédécesseur, le Pape Jean XXIII, Nous a laissé le précieux héritage.

Il tient à vous, pour une grande part, que le, monde entier, à l'écoute et en attente, reçoive les informations dont il a besoin pour comprendre le déroulement de cette grande assemblée. Et Nous voulons vous remercier de la peine que vous avez prise et que vous continuerez de prendre pour que tous les hommes de bonne volonté soient touchés par ce message que le Concile voudrait leur faire entendre : *Gloire à Dieu au plus haut des deux et paix sur la terre aux hommes de bonne volonté!*

Nous n'ignorons rien* certes, des obligations pesantes qui sont les vôtres : l'information puisée aux sources sûres, le commentaire fidèle, la présentation objective, et la réflexion équilibrée, dans des délais de temps souvent très brefs et des conditions de travail parfois difficiles.

Soyez assurés en tout cas que l'organisation du Concile fera de son mieux pour venir au devant de vos désirs. Et vous savez que vous trouverez toujours le meilleur accueil et la disponibilité la plus entière auprès du Secrétariat de **presse du Concile, dont Nous avons voulu confier la direction à un évêque, Notre vénérable Frère, Monseigneur Martin O'Connor.**

C'est et ce sera votre honneur d'être et de rester fidèles aux exigences de votre haute mission, malgré les difficultés. Vous aurez ainsi bien mérité des hommes, et le Seigneur, Nous n'en doutons pas, vous bénira. Quant à Son humble Vicaire sur terre, heureux de vous avoir rencontrés et d'avoir pu vous confier — trop brièvement certes — ces quelques pensées, Il tient à vous assurer de Son grande intérêt pour votre travail, de Sa profonde estime pour vos personnes, et de Sa prière à vos intentions. Oui, chers Messieurs, que le Seigneur vous aide et qu'il vous bénisse!

IV

Delegatis e plurimis nationibus ceterisque qui interfuerunt Conventui habito a Sodalitate v. d. « Association pour l'étude du problème mondial des Réfugiés ». *

Ghers Messieurs,

Nous sommes heureux d'accueillir ici les membres d'un groupement qui travaille, à une place d'honneur, à la solution d'un des grands problèmes humains de notre époque : l'((Association pour l'étude du problème mondial des Réfugiés ».

Votre Congrès annuel s'achève, et Nous aimons à interpréter votre présence ici comme un acte d'hommage envers l'Eglise et comme une reconnaissance de l'intérêt actif qu'elle porte à ce qui fait l'objet de vos propres préoccupations.

Est-il besoin de vous dire que partout où il y a des hommes qui souffrent, l'Eglise veut être présente? Héritière des consignes de miséricorde de son divin Fondateur, pourrait-elle rester indifférente au spectacle de cette immense multitude d'êtres humains, victimes des guerres ou des bouleversements sociaux, qui viennent à être privés de leur patrie, et souvent, par surcroît, de tout moyen d'existence?

L'Eglise s'est donc penchée avec une sollicitude maternelle sur le douloureux problème des réfugiés. Qu'il suffise de rappeler les innombrables interventions et déclarations de Notre Prédécesseur Pie XII, pendant et après la seconde guerre mondiale, la création et l'activité des *Caritas* nationales, chacune dans sa sphère et sous l'égide de la *Caritas* internationale, la participation du Saint-Siège à la récente Année Mondiale du Réfugié, et sa présence, comme membre, au sein du Comité exécutif du Programme du Haut-Commissaire des Nations-Unies pour les Réfugiés.

C'est vous dire que vous êtes assurés, Messieurs, de trouver ici des cœurs préparés à vous accueillir, à apprécier vos travaux, à les encourager, et à les bénir.

Car il n'est pas trop de tous les efforts conjugués de tous les hommes de bonne volonté pour venir à bout de cet obsédant et si douloureux problème. Les années passent, de nouvelles générations se succèdent, et un peu partout dans le monde des personnes et des familles continuent à devoir quitter leur sol natal et leurs traditions séculaires.

* Die 3 Octobris mensis a. 1963.

N'est-ce pas là, pour les âmes bien nées, un appel permanent à s'unir dans une compétition pacifique pour aider ces nombreux réfugiés à retrouver une existence sereine et la possibilité de mener une vie d'homme et de citoyen, dans la dignité et la liberté recouvrées?

L'Eglise, vous le savez, Messieurs, est avec vous de tout cœur dans cette œuvre de justice et de charité, pour laquelle vous n'épargnez ni vos peines ni vos travaux. Aussi en formant le vœu que le Seigneur vous assiste dans votre tâche immense, son humble Vicaire vous accorde-t-il bien volontiers, comme gage de Sa paternelle bienveillance pour tous les réfugiés et ceux qui s'emploient à résoudre leurs douloureux problèmes, une toute spéciale Bénédiction Apostolique.

V

Iis qui e variis nationibus interfuerunt Coetui Romae habito de arte medicinae v. d. « aérospatiale ». *

Messieurs,

Nous sommes heureux d'accueillir votre visite. Votre présence Nous témoigne des intentions — de dévotion, de gentillesse, de piété — auxquelles Nous ne pouvons pas ne pas être très sensible et dont Nous vous sommes très reconnaisant. Nous Nous sentons obligé de. vous exprimer, à Notre tour, Nos sentiments les plus sincères d'estime et d'admiration, et Nos vœux les plus vifs pour l'heureuse réussite de votre Congrès.

A vrai dire Nous ne pouvons pas vous cacher combien la considération de ce qui fait l'objet de ce Congrès Nous remplit d'émerveillement et de curiosité, en même temps que d'un certain embarras, à cause de sa spécialité, qui ne permet pas à tous ceux qui n'y sont pas initiés d'en parler convenablement. La science, à un moment donné, c'est-à-dire lorsqu'elle dépasse les frontières de l'expérience commune, devient un secret, dont le sens profond et caché n'est découvert et connu que par les savants consacrés à son exploration patiente et assidue ; les profanes, tels que nous le sommes, restent au dehors et ne doivent pas oser souffler mot en des domaines réservés exclusivement aux compétents.

C'est pour cela que Nous serions tenté de Nous taire et que Nous préférerions vous écouter et vous entendre Nous dire quelque chose sur la médecine aéronautique qui s'est maintenant développée en médecine aérospatiale.

* Die 5 Octobris mensis a. 1963.

C'est vous dire la haute considération que Nous avons pour vos études et combien Nous comprenons la valeur de vos efforts scientifiques et sanitaires. Qu'il suffise, sans que Nous osions y pénétrer, de remarquer que Nous aussi, et tout juste de notre point de vue, Nous regardons avec un extrême intérêt vers ce qui occupe votre attention et votre art médical : le progrès de l'aéronautique et les audacieux et victorieux débuts de l'activité aérospatiale. Tout ce qui touche au progrès de l'homme Nous rend attentif. Et si le progrès exprime le génie de l'homme, il rencontre chez Nous assentiment et faveur. Et si le génie de l'homme est soutenu par le déploiement de vertus naturelles poussées à un haut degré, et joint à une organisation complexe et communautaire, Nous Nous sentons obligé de lui rendre hommage et de lui prêter, autant que possible, Notre appui et Notre assistance.

Voilà donc une nouvelle occasion que vous Nous offrez, Messieurs, d'affirmer l'attitude de l'Eglise envers les manifestations caractéristiques de notre époque, celles de la science et de la technique, celles des instruments créés par le talent de l'homme moderne, instruments qui marquent l'empire de l'homme sur la nature, sur l'espace et sur le temps, et qui paraissent aujourd'hui lui ouvrir la conquête d'un domaine sans bornes, l'univers. Cette attitude — votre présence le reconnaît et Notre parole le confirme — est d'admiration, de faveur, de souci.

Oui, même de souci. C'est vous dire, Messieurs, que l'Eglise n'est pas tout à fait étrangère à la sphère même de votre activité, pour autant que cette activité est humaine, c'est-à-dire qu'elle considère la vie de l'homme sous ses aspects les plus hauts et les plus essentiels. L'Eglise, Nous voulons dire la sagesse dont elle est la gardienne et la maîtresse, peut faire sienne la maxime classique des anciens : *homo sum, et nihil humani a me alienum puto,* **je suis homme, et rien de ce qui est humain ne m'est étranger. Il y a quelque chose, sur quoi la sagesse chrétienne a son mot à dire, en n'importe quel domaine, si ce domaine regarde l'homme, sa vie, son âme, sa destinée.**

A cet égard, voilà que la rencontre, dont votre présence Nous favorise, n'est plus purement extérieure et occasionnelle, mais elle met en relief un aspect capital du progrès humain, auquel Nous faisions allusion tout-à-l'heure ; un aspect que vous, Messieurs, les défenseurs de la santé physique de l'homme, et Nous, les tuteurs de sa santé spirituelle, pouvons tous ensemble considérer et presque célébrer, même vis-à-vis de l'empire moderne de l'aéronautique et de l'activité aérospatiale, à savoir le primat de l'homme. On ne peut faire abstraction de cette

considération subjective du progrès : l'homme, même vis-à-vis de ses instruments les plus puissants et même en comparaison de l'univers qui s'ouvre à sa vue, reste à la première place. Nous Nous souvenons de la parole du Christ : « Que sert donc à l'homme de gagner le monde entier, s'il se perd ou se ruine lui-même? ».[1] L'homme est pour Nous et pour vous, Messieurs, dans le monde sensible, la valeur suprême. Et Nous aimons le penser : de même que votre souci pour la santé physique de l'homme, — exposé aux risques et aux expériences des vols dans l'atmosphère et dans l'espace — n'est pas considéré comme un frein à son élan conquérant, mais comme une aide : de la même façon, le souci de l'Eglise pour le salut moral et spirituel de l'homme ne doit pas être considéré comme un obstacle, mais comme une protection, une garantie, une aide pour la conquête de ses fins ultimes.

Et de même qu'il est bon pour Nous de Nous réjouir de vos efforts pour sauvegarder la santé de l'homme et garantir son efficience physique et psychique, ainsi vous saurez apprécier la maternelle sollicitude de l'Eglise pour que les merveilleux progrès dont l'homme est l'artisan et le bénéficiaire en cette période extraordinaire de son histoire, ne tournent pas à son détriment, mais à son véritable bien.

C'est dans ces sentiments, Messieurs, qu'en vous remerciant de votre aimable visite, Nous invoquons sur vous, sur vos familles et sur les heureux résultats de vos travaux, l'abondance des bénédictions divines.

VI

Ad Excellentissimum Virum Aden Ahdulla Osman, Reipublicae Somalae Praesidem. *

Signor Presidente,

Nel darLe il Nostro deferente benvenuto, nel momento in cui Ella Ci procura la gioia di questo incontro, il Nostro pensiero e il Nostro affetto vanno con particolare benevolenza alla diletta popolazione della Repubblica Somala, di cui Ella rappresenta così degnamente le doti, le antiche tradizioni, le alte aspirazioni.

Ed accogliendoLa alla Nostra presenza, abbiamo la consolazione di porgere un saluto aperto e cordiale a Lei e ai Suoi compatrioti, che portiamo nel cuore coi Nostri particolari voti di vera prosperità e che

[1] ***Lue.*** 9, 25.

* Die 7 Octobris mensis a. 1963.

specialmente seguiamo con la Nostra preghiera, affinchè l'Onnipotente Creatore e Padre celeste effonda su di essi la pienezza dei suoi doni.

Non abbiamo avuto l'onore di visitare la Somalia : ma il Nostro recente viaggio nell'incantevole e maestoso continente africano è bastato a farCi conoscere l'animo di quelle genti valorose, a farCi apprezzare in tutto il merito la sincerità delle loro spiccate doti umane, il mirabile progresso da esse compiuto nei vari settori della vita sociale, il fervore promettente del loro moto ascensionale verso una sempre più equa convivenza civile, nel mutuo rispetto, nella libertà e nella pace.

Per questa conoscenza diretta delle popolazioni dell'Africa, e delle loro native virtù, Ci è caro esprimere a Lei, Signor Presidente, ed a tutti i Suoi compatrioti, i sentimenti della Nostra stima, del Nostro plauso, del Nostro incoraggiamento.

I. Damasus a Ssmo Rosario, in saeculo Nicolaus Trani, Congregationis Passionis sodalis, iuvenis Tarentinus septemdecim annos natus, corporis habitu urichaemicus, die 11 Novembris a. 1889 cruciatibus et tumore in dextero genu affectus est. Brevi autem post, adhibitis curis, sanari visus est. At denuo perculsus est eodem morbo, quem a cura medicus *b or sit em* **dixit. Inter alternas vices morbus fere semper recruduit donec, die 10 Februarii insequentis anni, deterrimus factus est, motumque genus quemlibet prohibebat, adeoque reservatam, quae dicitur, medici fecere prognosim. Mane tandem diei 8 Martii eiusdem anni, dum maxime tumet genu atrocesque furunt dolores, aegrotus fiducia plenus ad opem Venerabilis Dominici confugit, admota ad genu aegrum eius imagine. Statim Damasum, post tot tamque diras insomnesque dies et noctes, placidissimus complectitur somnus; ex quo ante meridiem expergefactus, sanatum se persentit, surgit e lecto, nullo sustentatus fulcimine, et illico ambulare commode valet. Vespere eiusdem diei plenam medicus sanationem comperuit et prodigium evenisse clamavit, quod et alii medici et testes confirmarunt.**

II. Hector Chianura, et ipse Tarentinus, paterfamilias et opifex,

octavum supra trigesimum agens annum, die 14 Decembris a. 1954, dum se ad cotidianum confert laborem, repente thoracis dolore et constrictione correptus est. Domum autocineto vectus, de gravi valetudinis statu agi asseveravit familiae medicus. Radiograpbicis peractis examinibus, confirmatum est agi de spontaneo pneumothorace tubercular is originis. Hinc iubent medici aegrotum in nosocomium se recipere. Ast, si moriendum, domi obire mortem se malle aequo dixit animo Hector, domique reapse permansit. Progrediebatur autem in dies morbus ita, ut die 24 Decembris in vitae discrimine adductus sit infirmus, nullaque iam salutis spes. Iam ad Ven. Dominici intercessionem confugerat, eumque per preces novendiales invocabat. Nec incassum, nam Venerabilis e caelo favet : Hector, die 26 eiusdem mensis sese sanatum persentit et e lectulo surgit, atque aliquot post dies, sub initium nempe anni 1955, Lyciam, apparitoris assumpto munere, se confert. Sanatio haec praeter naturae leges evenisse tum medentes, cum ex oificio periti et testes fassi sunt.

Agnita iam, una cum ceteris iuridicis inquisitionibus, validitate processuum super priore sanatione die 2 Martii a. 1932, adprobata dein est die 27 Ianuarii a. 1961 validitas processus apostolici super altera sanatione.

Rite deinde praemissis praemittendis, obtentaque dispensatione a disceptatione, quae dicitur, antepraeparatoria, habita est, in Vaticanis Aedibus, post favorabilem Consultae Medicae huius Sacrae Congregationis sententiam, praeparatoria Congregatio, fausto quidem exitu, die 18 Decembris a. 1962, super utroque miraculo. Denique, die 24 mensis Septembris, generalis celebrata est Congregatio coram Summo Pontifice Paulo VI, in qua Revfaus Cardinalis Clemens Micara, Episcopus Veliternus Causaeque Ponens seu Relator, dubium proposuit disceptandum : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* **Et Revmi Patres Cardinales, qui aderant, Officiales Praelati Patresque Consultores suam quisque sententiam ediderant. Beatissimus vero Pater suam decretoriam pandere sententiam, uti moris est, distulit, adhortatus ad iteratas interdum preces Deo admovendas, ut maioris daretur sibi copia luminis.**

Hodierno autem die 5 octobris a. 1963, ad Se advocavit Revmos Cardinales Clementem Micara, Causae Relatorem, et Arcadium M. Larraona, S. Rituum Congregationis Praefectum, necnon R. P. Ferdinandum Antonelli O. F. M., Fidei Promotorem Generalem, meque infrascriptum a Secretis. Tum, sacrosancto Missae sacrificio pientissime

litato, adstantibus illis, sollemniter pronuntiavit : *Constare de duobus miraculis, Venerabili Dominico a Matre Dei intercedente, a Deo patratis,* **nempe de primo :** *instantaneae perfectaeque sanationis confratris Damasi a Ssmo Rosario a borsite praerotulea recidivante cum arthrosynovite subacuta in subiecto dysmetabolico;* **deque altero :** *instantaneae perfectaeque sanationis domini Hectoris Chianura a pneumothorace spontaneo dextero, orto e laesione tuberculari apicis pulmonis dexteri.*

Hoc autem Decretum promulgari et in acta Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 5 Octobris a. D. 1963.

ARCADIUS M. **Card.** LARRAONA, *Praefectus*

L. © S.

f Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *a Secretis*

III

NEAPOLITANA

Beatificationis et canonizationis Venerabilis Servi Dei Vincentii Romano, sacerdotis saecularis, parochi tunc Herculani, hodie Turris Octavae, v. « Torre del Greco ».

SUPER DUBIO

An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur

Divini Pastoris vestigia praementes, quamplurimi sacerdotes, saeculo decimonono, Dei gloriam animarumque salutem impense quaesierunt. Hos inter merito Venerabilis Dei Famulus Vincentius Romano adnumeratur, qui, ut alacris Christi miles, oves sibi concreditas ad saluberrima pascua perducere sategit. Parochus enim per quadraginta fere annos Turris Octavae, v. *Torre del Greco,* **renunciatus, mirum cleri saecularis exstitit exemplar in animarum cura sancte fortiterque gerenda. Quae frugifera agendi ratio sanctitudinis famam ei tum in vita, cum post mortem comparavit, quam Deus miraculis comprobare dignatus est. Ex eis sollertissimi actores duas sanationes selegerunt quae, veri mira-**

culi notas praeseferentes, ad solemnis beatificationis viam explanandam summopere concurrere videntur.

Harum historia heic breviter enarratur.

I. Maria Carmelitis Restucei, e civitate Turris Octavae, *v. Torre del Qreco,* sexaginta annorum aetate, ad id temporis bona valetudine fruita, mense Decembri anni 1891 in laeva mamilla tumorem animadvertit doloremque persensit, qui brevi gravis evasit. Gradatim tumor turgidus durusque factus est, et ad inferiorem axillae partem sese extendit, ubi quaedam fumentiae et duae ulcerosae laesiones inventae sunt. Plures medicos aegrota adivit, qui omnes de tumore maligno diagnosim dederunt. Chrirurgicam actionem in nosocomio neapolitano Iesu et Mariae peragendam eximius doctor Di Salvi suasit ; at in ipso nosocomio locus ei non erat. Domum reversa, Venerabilis Dei Famuli Vincentii Romano patrocinium impetravit, ac noctu, brevem post soporem, sanatam omnino se persensit. Vocatus medicus a curatione doctor Iosephus Dolce perfectam sanationem confirmavit.

II. Maria Carmelitis Cozzolino, soror Instituti Mariae Ssmae Perdolentis, et ipsa civitatis Turris Octavae, v. *Torre del Greco,* per ultra sexaginta annos semper bene valuit ; die vero 10 mensis Iulii anni 1940 gravi morbo in gutture affecta fuit, qui de die in diem ita ingravescebat, ut salivam deglutire aëremque spiritu ducere perdifficile ei esset. Vocatus doctor communitatis Franciscus Brancaccio de carcinomate insanabili diagnosim dedit, nullumque ei medicamentum praescripsit. Adscitus est postea et doctor peritus Menniti, qui editam diagnosim plene confirmavit. Hinc patrocinium Venerabilis Dei Famuli Vincentii Romano imploratum fuit novendialesque preces effundi coeptae fuerunt. Die sabbato 26 Octobris doctor Ioannes Spinetti, peritus nosocomii neapolitani Iesu et Mariae, edixit sororem Mariam Carmelitidem in agonia versari proximamque morti ob extremam morbi gravitatem. Diebus 27 et 28 gravissima semper mansit ; mane vero diei 28 subsequentis sanata omnino apparuit, talemque duo periti medici ab inspectione confirmarunt.

De assertis duabus miris sanationibus in archiepiscopali Curia neapolitana apostolici processus instaurati fuerunt annis 1894-95 pro Maria Carmelitide Restucei, et annis 1941-42 pro sorore Maria Carmelitide Cozzolino, de quarum validitate actum est diebus respectivis 28 Martii 1898 et 24 Februarii 1961. Sessionis medicae S. Rituum Congregationis iudicio subiectas die 18 Aprilis 1962, diligenti studio peracto, binas sanationes periti medici extranaturalibus causis unanimiter adscripserunt.

Servatis demum omnibus de iure servandis, instante R. P. D. Salvatore Garofalo, Antistite Urbano, legitimo Causae postulatore, die 28 Aprilis huius anni in Palatio Apostolico Vaticano Congregatio praeparatoria habita fuit. Die tandem 24 Septembris mensis in Congregatione generali coram Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa VI habita, Revmus Dominus Paulus Cardinalis Giòbbe, Causae Ponens seu Relator, dubium discutiendum proposuit : *An et de quibus miraculis constet in casu et ad effectum de quo agitur.* Quotquot aderant Revmi Patres Cardinales, Praelati Officiales Consultoresque theologi affirmativam sententiam pronuntiarunt. Beatissimus vero Pater mentem suam aperire distulit, adstantes adprecatus ut Datorem luminum interim exorarent.

Hanc vero diem selegit in qua, Sacro pie litato, ad Se adscitis Revmis Cardinalibus Arcadio Maria Larraona, S. Rituum Congregationis Praefecto, et Paulo Giobbe, Causae Ponente seu Relatore, nec non et Revmo P. Ferdinando Antonelli, O. F. M., Fidei Promotore Generali, meque infrascripto S. Rituum Congregationis a Secretis, edixit : *Constare de perfecta et instantánea sanatione cum Mariae Carmelitidis Restucei a tumore maligno in laeva mamilla, tum sororis Mariae Carmelitidis Cozzolino a carcinomate in tonsilla palatina dextera, intercessioni Venerabilis Servi Dei Vincentii Romano tributa.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 5 Octobris a. D. 1963.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

L. © S.

† Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *a Secretis*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

Oratio pro felici exitu Concilii Oecumenici Vaticani II, a Summo Pontifice Paulo Pp. VI exarata, Indulgentiis ditatur.

Maiestati tuae, Domine Deus, hoc sacrificium laudis offerimus : et, cum famulo tuo Pontifice nostro Paulo devoto mentis obsequio coniuncti, immensam tuam oramus pietatem, ut Oecumenicum Concilium Vaticanum secundum benigno respicias vultu et eius exitum tuae ubertate gratiae fecundes. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Die 3 Octobris 1963

Ssmus D. N. Paulus div. Prov. Pp. VI tum clericis tum religiosis viris ac mulieribus, si ante Divinum Officium vel Parvum Officium B. M. V. aut quodlibet Officium, secundum proprias Constitutiones persolvendum, praefatam orationem devote recitaverint, Indulgentias quae sequuntur benigne dilargiri dignatus est : **1. partialem quingentorum dierum** *saltem corde contrito acquirendam;* **2. plenariam,** *suetis conditionibus, semel in mense adipiscendam, si quotidie per integrum mensem eandem recitationem iteraverint. Praesenti ad exitum praefati Concilii Oecumenici Vaticani valituro.*

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

P. Card. CENTO, *Paenitentiarius Maior*

L. © S.

I. Sessolo, *Regens*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Lunedì 7 ottobre 1963, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza solenne Sua Eccellenza l'On. Aden Abdulla Osman, Presidente della Repubblica Somala.

Sabato 26 ottobre 1963, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in Udienza solenne, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Prof. José Antonio Montalvo, Ambasciatore Straordinario e Plenipotenziario di Colombia.

Martedì 5 novembre 1963, il Santo Padre Paolo VI ha ricevuto in solenne Udienza, per la presentazione delle Lettere Credenziali, Sua Eccellenza il Dott. Mohamad Nazir Isa Datuk Basa Nan Balimo, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario dell'Indonesia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

8 agosto 1963. Gli Illmi e Revmi Monsignori Bracale Giuseppe e Vitale Salvatore, *Prelati Chierici della Reverenda Camera Apostolica.*

9 settembre » Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Agagianian Gregorio Pietro, Lercaro Giacomo, Döpfner Giulio e Suenens Leone Giuseppe, « *Delegati seu Moderatores Concilii Oecumenici Vaticani II* ».

» » » L'Emo e Revmo Signor Card. Browne Michele, *Protettore della « Congregación de Santo Domingo »* (Granada) .

25 » » L'Emo e Revmo Signor Card. Urbani Giovanni, *Protettore delle Figlie di San Giuseppe di Monsignor Calurlotto* (Venezia).

30 » » L'Emo e Revmo Signor Card. Larraona Arcadio M., *Protettore della « Compagnia di Maria Nostra Signora »* (Roma).

4 ottobre » S. E. Revma Monsig. Cardinale Igino, Arcivescovo titolare di Nepte, *Delegato Apostolico in Gran Bretagna.*

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni XXIII, di venerata memoria, si degnò di nominare :

Protonotari Apostolici **ad instar participantium:**

16	**novembre**	**1962.**	**Monsig. Kurz Pietro (Newark).**
			Monsig. Auth Luigi (Newark).
		»	**Monsig. Clark Giovanni (Newark).**
		»	**Monsig. Looney Giacomo (Newark).**
»	»	»	**Monsig. Fitzpatrick Roberto (Newark).**
11	**marzo**	**1963.**	**Monsig. Di Bartolo Michele (Agrigento).**
27	**maggio**	»	**Monsig. Me Ñamara Tommaso F. E. (Boston).**

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di confermare :

Camerieri segreti soprannumerari di Spada e Cappa di Sua Santità :

3	**agosto**	**1963.**	**Il sig. Halecki Oscar (New York).**
10	»		**» Conte Lagergren Giovanni (Stockholm).**
22	»		**» sig. Carmont Giovanni Francesco (Saint Andrew and Edinburgh).**
26	»		**» Conte Faina Paolo (Milano).**
12	**settembre**		**» sig. Gauttieri Nob. dei Conti Renato (Narni).**
			» sig. D'Ardia Caracciolo dei Principi di Cursi don Ferdinando (Dublin).
19	»		**» sig. Dawson de Orchil Roberto Giorgio (Portsmouth).**
»	»		**» sig. Grant-Ferris Roberto (Çlifton).**
»	»		**» Conte von und zu Hoensbroech Eugenio (Köln).**
»			**» sig. Dreesmann Guglielmo G. R. (Rotterdam).**
»	»		**» Baróne van Voorst tot Voorst Francesco (Rotterdam).**
»	»		**» sig. Wesmael Adolfo (Namur).**
»			**» sig. O'Shaughnessy Ignazio (Saint Paul).**
»	»		**» Conte de Galen Cristoforo Bernardo (Münster)'.**
	»		**» Conte Droste Vischering Giorgio (Münster).**
			» Barone de Twickel Rodolfo (Münster).
»	»		**» sig. de Barros Saldanha Visconte di Santarem Emanuele Francesco (Lisboa).**
»	»		**» Barone Michiels van Kessenich Guglielmo (Roermond).**
20	»		**» sig. Capece Minutólo dei Duchi di S. Valentino Gennaro (Napoli).**
30	»		**» Barone Masciarelli Vincenzo (Napoli).**
»	»		**» Marchese De Giovanni Mario (Napoli).**
5	**ottobre**		**» sig. Carroll Vincenzo (Philadelphia).**
»	»		**» sig. Gallagher Giuseppe (Philadelphia).**
	»		**» sig. McCloskey Matteo (Philadelphia).**
»	»		**» sig. McShain Giovanni (Philadelphia).**
9	»		**» sig. Huffer Ermanno Carlo (New York).**

Camerieri d'onore soprannumerari di Spada e Cappa di Sua Santità :

3	agosto	1963. I	sig. Becchi Franco (Boma).
12	settembre		sig. Rinaldi Antonio (Roma).
»	»		sig. Oavazzana Giuseppe, (Tortona).
»	»		sig. Gleijeses Mastelloni Renato (Napoli).
»	»		sig. Rocco Nicola (Napoli).
19	»		sig. Arntz Stefano ('s-Hertogenbosch).
»	»		sig. Croon Guglielmo (Rotterdam).
»			sig. Spoorenberg Pietro (Rotterdam).
	»		sig. Brenninkmeijer Leone (Haarlem).
»	»		sig. Heijmeijer de Heemstede Enrico (Haarlem).
	»		sig. Pangborn Tommaso (Baltimore).
»	»		sig. Herder-Dorneich Teófilo (Freiburg).
»	»		sig. Sinués y Urbiola Giuseppe (Zaragoza).
20	»		sig. Torre Giovanni (Roma).
22	»		sig. Dotti Mario (Ferrara).
»	»		sig. Giacomuzzi Luciano (Udine).
»	»		sig. Fortini Nicola (Roma).
26	»		sig. Belloni Coriolano (Roma).
30	»		sig. Colombo Luigi (Milano).
»	»		sig. Rico Climent de Diego y de Arandiga Alfredo (Valencia).
»	»		sig. Gilani Beltie (Delhi),
5	ottobre		sig. Ostiguy Paolo E. (Montréal),
»	»		sig. Semeria Arrigo (Orvieto),
»	»		sig. Nogueira da Silva Antonio A. (Braga),
11	»		sig. Baliva Fabrizio (Roma),
	»		sig. Galeotti Guido (Roma),
»	»		sig. Cordella Giuseppe (Adria),
14	»		sig. Bianchini Nazareno (Roma),
»	»		sig. Bianchini Pietro (Roma),
»			sig. Merolli Carlo (Roma).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, di venerata memoria, si degnò di nominare :

Protonotario Apostolico ad instar participantium :

15 maggio 1960. Monsig. Cuenin Gabriele (Basel e Lugano).

Prelati Domestici di Sua Santità:

24	marzo	1961.	Monsig. Duft Giovanni (Sankt Gallen).
»	»	»	Monsig. Staerke Paolo (Sankt Gallen).
	giugno	»	Monsig. Kunz Leo (Basel e Lugano).
19	gennaio	1963.	Monsig. Fiot Roberto (Tours).
	»	»	Monsig. Saulquin Eugenio (Tours).
	febbraio	»	Monsig. Boyle Timoteo (Dromore).

14	**febbraio**	**1963.**	**Monsig. Otero Cáceres Eriberto (Barquisimeto).**
»	»	»	**Monsig. Pacheco Giulio Cesare (Barquisimeto).**
9	**marzo**		**Monsig. van Trigt Cosma Gerardo (Haarlem).**
30	»	»	**Monsig. Tola Felice (Civita Castellana).**
»		»	**Monsig. Reina Benedetto (Palermo).**
»			**Monsig. Coluzzi Guglielmo (Segni).**
22	**aprile**	»	**Monsig. Ottaviani Antonio (Norcia).**
27	»	»	**Monsig. Ferrara Luigi (Aversa).**
»		»	**Monsig. Sestili Aleandro (Camerino).**
»	»	»	**Monsig. Palatucci Ferdinando (Nusco).**
4	**maggio**	»	**Monsig. Luongo Vito (Muro Lucano).**
15	»		**Monsig. Spada Andrea (Bergamo).**

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di conferire :

II Collare dell'Ordine Piano :

4	**ottobre**	**1963.**	**A S. E. l'On. Aden Abdulla Osman, Presidente della Repubblica Somala.**

La Cran Croce dell'Ordine Piano:

14	**ottobre**	**1963.**	**A S. E. l'On. Abdullahi Issa, Ministro degli Affari Esteri della Repubblica Somala.**

La Gran Croce dell'Ordine di san Gregorio Magno, elasse civile:

11	**settembre**	**1963.**	**A S. E. il Dott. Globke Hans *(Germania).***
»	»	»	**A S. E. il Dott. Carstens Karl *(Germania).***
»	»	»	**A S. E. il sig. von Hase Karl-Günther *(Germania).***

La Gran Croce dell'Ordine di San Silvestro Papa:

12	**luglio**	**1963.**	**Al sig. Jaeger Nicola (Milano).**
11	**settembre**	»	**Al sig. Jansen Giuseppe *(Germania).***
»	»	»	**Al sig. von Holleben Ehrenfried *(Germania).***
20	»	»	**A S. E. l'On. Mazza Crescenzo *(Italia).***
»	»	»	**A S. E. l'On. Martino Edoardo *(Italia).***
14	**ottobre**	»	**A S. E. l'On. Mohamed Scek Dahir, Sottosegretario alla Presidenza del Consiglio dei Ministri della Somalia.**
		»	**A S. E. Mohamed Sceck Hassan, Ambasciatore della Repubblica Somala.**

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni XXIII, di venerata memoria, si degnò di conferire :

La Gran Croce dell'Ordine Piano :

11 marzo 1963. A S. E. il Principe di Hohenzollern Federico (Freiburg im Breisgau).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, di venerata memoria, si degnò di conferire :

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

13	febbraio	1959.	Al sig. Wagner Guglielmo (Köln).
6	marzo	»	Al sig. Gathen David (Aachen).
13	»	»	Al sig. Gartner Antonio Luigi (Freiburg im Breisgau).
»	»	»	Al sig. Wopperer Antonio (Freiburg im Breisgau).
17	aprile	»	Al sig. Gerigk Alfonso (Aachen).
24	»	»	Al sig. Beyenburg Goffredo (Köln).
29	maggio		Al sig. Tenckhoff Bernardo (Limburg).
5	giugno		Al sig. Jovy Corrado (Köln).
26	»	»	Al sig. Baumann Giuseppe (Berlin).
»			Al sig. Rösler Harry (Berlin).
»	»	»	Al sig. Skupin Paolo (Berlin).
31	luglio	»	Al sig. Decker Giuseppe (Köln).
»	»	»	Al sig. Wolber Giuseppe (Köln).
16	ottobre	»	Al sig. Wolf Alfredo (Aachen).
23	»	»	Al sig. Windelschmidt Enrico (Köln).
»	»	»	Al sig. Pösl Giovanni Battista (Regensburg).
22	gennaio	1960.	Al sig. Schild Rodolfo (Aachen).
18	marzo	»	Al sig. Zöhrlaut Giuseppe (Freiburg im Breisgau).
24	»	»	Al sig. Mertin Uberto (Köln).
6	maggio	»	Al sig. Arens Giuseppe (Köln).
13	»		Al sig. Kistner Alberto (Freiburg im Breisgau).
27	»	»	Al sig. Steber Francesco (Köln).
8	luglio		Al sig. Köhler Alberto (Köln).
15	»	»	Al sig. Koefer Carlo (Aachen).
»	»	»	Al sig. Schreiner Giuseppe (Aachen).
9	settembre	»	Al sig. War lo Alfonso (Limburg).
27	ottobre		Al sig. Dahm Paolo (Köln).
24	novembre	»	Al sig. Schulte-Broich Francesco (Münster).
25	agosto	1962.	Al sig. Bélanger Gerardo (Valleyfield).
»	»	»	Al sig. Cleyn Francesco (Valleyfield).
	»	»	Al sig. Larivière Rolando (Valleyfield).
»	»	»	Al sig. Malouin Filippo (Valleyfield).
»	»	»	Al sig. Meloche Giorgio Andrea (Valleyfield).
»	»	»	Al sig. Perron Emilio (Valleyfield).
»	»		Al sig. Perron Maurizio (Valleyfield).
20	ottobre		Al sig. Verbeek Adriano A. F. M. (Utrecht).

10 novembre 1962. Al sig. Vissers Francesco A. (Haarlem).
» » » Al sig. van Noorden Giovanni Pietro ('s-Hertogenbosch).
20 dicembre » Al sig. Swinkels Antonio Uberto G. (Roermond).
» » » Al sig. Van Rijswijk Antonio (Utrecht).
29 » » Al sig. Portocarrero Fiorenzo (Lima).
30 gennaio 1963. Al sig. Toso Mario (Venezia).
2 febbraio » Al sig. Glofcheski Bronas (Pembroke).
» » » Al sig. Langlois Eugenio (Pembroke).
» » » Al sig. McCarthy Guglielmo (Pembroke).
» » » Al sig. Quilty Leonardo (Pembroke).
» » » Al sig. Tierney Francesco (Pembroke).
6 » » Al sig. Cattaneo Luigi (Bergamo).
9 **» » Al sig. Van Bergenhenegouwen Guglielmo S. (Rotterdam).**
» » » Al sig. Van Jaarsveld Lorenzo Giacomo (Rotterdam).
16 » » Al sig. Del Piccolo Giovanni (Gorizia).
» » » Al sig. Schrijver Giovanni Giacomo (Rotterdam).
» » » Al sig. Wassenaar Engelberto Cornelio' (Rotterdam).
» » » Al sig. Verbaal Antonio Uberto Cornelio (Utrecht).
» » » Al sig. Wijsman Antonio (Utrecht).
24 » » Al sig. Ciocci Fazio (Nocera Umbra e Gualdo Tadino).
» » » Al sig. Fabbri Romualdo (Ravenna).
» » » Al sig. Feber Ferdinando L. G. (Rotterdam).
» » » Al sig. Storimans Pietro A. A. G. (Rotterdam).
» » » Al sig. Remery Gerardo Gastone ('s-Hertogenbosch).
» » » Al sig. Godefrooij Luigi Maria (Utrecht).
28 » » Al sig. Capoferri Celestino (Bergamo).
9 marzo » Al sig. Er colano Michele (Piacenza).
17 » » Al sig. Pasini Vincenzo (Policastro).
30 » » Al sig. Cellesi Carlo (Colle di Val d'Elsa).
» » » Al sig. Grechi Mario (Roma).
6 maggio » Al sig. Monin Ferdinando *(Città del VaticoMo).*

NECROLOGIO

8 ottobre 1963. Monsig. Di Leo Gioacchino, Arcivescovo-Vescovo di Mazara del Vallo.
» » » Monsig. Siino Salvatore, Arcivescovo tit. di Perge, Nunzio Apostolico nelle Filippine.
9 » » Monsig. Smith Leo Richard, Vescovo di Ogdensburg.
13 » » Monsig. Briacca Sebastiano, Vescovo di Mondovì.
15 » » Monsig. Vendola Domenico, Vescovo tit. di Eudossiade.
19 » » Monsig. da Silva Farias Ranulpho, Arcivescovo di Maceió.
» » » Monsig. Guerrero Aurelio Macedonio, Arcivescovo tit. di Gabula.
21 » » Monsig. Meysing Herman Joseph, Arcivescovo tit. di Derco.
30 » » Monsig. Beckmann Francisco, Arcivescovo di Panamá.

An. et vol. LV 28 Novembris 1963 (Ser. HI, v. V) - N. 16

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabilis Dei Famulus Ioannes Nepomucenus Néumann e Congregatione Ss.mi Redemptoris, Episcopus Philadelphiensis, Congregationis Sororum Philadelphiensium Tertii Ordinis S. Francisci fundator. Beatus renuntiatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Summa gloria et certissimum populorum praesidium sanctimonia vitae merito habetur; atque gaudemus, quod gens Foederatarum Americae Septemtrionalis Civitatum, huius singularis muneris, quod in Ecclesia numquam non viget et fulget, particeps effecta, eo, sollemni ratione proposito, iam iterum daret. Etenim die septima decima mensis Martii hoc anno millesimo nongentesimo sexagesimo tertio Elisabeth Anna Bayley, vidua Seton, cives Neo-Eboracensis, in numerum Beatorum Caelitum a Ioanne Pp. XXIII, proximo Decessore Nostro, fuit rite ascripta ; hodie vero Nobis, qui desideratissimo illi Parenti et Pontifici Maximo, e providentis Dei consilio, successimus, datur Philadelphiensi Episcopo Ioanni Nepomuceno Neumann eosdem honores decernere. Cuius triumphus eo etiam magis commendatur, quod amplissimum ordinem sacrorum Antistitum virtutum suarum splendore illustravit ; siquidem, ut ait Sanctus Bernardus, « nil in Ecclesia pretiosius, nil optabilius bono utilique pastore ».[1] Praecla-

i *Epist.* 249; *P.L.* 182, 449.

rum hoc lumen Septemtrionalis Americae ortum est Prachaticii, in Bohemiae oppido, die duodetricesima mensis Martii anno millesimo octingentesimo undecimo; et quidem in domo, quae quasi sedes erat vitae ad christianam legem exactae : ibi enim sanctus timor Domini, religio germana, maritalis fides, filiorum pietas, caritas in egenos mirabili nexu iungebantur. Parentes Philippus Neumann et Agnes Loebisch, modico quaestu familiam alentes, ditiores vero spiritualibus ornamentis, infantulum eadem die sacro baptismatis fonte lustrandum curaverunt. Elucebat in eo rara suavitas morum, ingenii docilitas, studium res cognoscendi. Quo factum est, ut in litteris multum proficeret atque praeceptores et condiscipulos sibi devinciret. Exempla igitur, in quae ceteri respicerent, iam tum edidit, qui maiorem pro aetatula consecutus erat maturitatem. Singulariter cum esset in pietatem proclivis, ieiunus, quamquam Eucharisticum Sacrificium tardius peragebatur, ad altare inservire, arulam domi adornare et sacerdotem divina hostia facientem, honesti ludi causa, imitari consueverat. Deo igitur in sortem suam vocanti obsecutus, quam ad sacra capessenda inclinationem piissima mater egregie foverat, Ioannes Budovicium petiit, ubi humanitatis studiis se penitus dedidit idque curriculum cumulata cum laude est emensus. Neque solum disciplinas sibi iniunctas sed alias etiam, veluti astronomiam et pingendi artem, scientiae cupidus comprehendit. Saeculi illecebras fugiens vitamque segregem ducens, religionem coluit diligenter, praesertim assidua precandi consuetudine et crebra Paenitentiae et Eucharistiae susceptione. Quem animi candorem ostendit oculus quasi ((lucerna corporis eius ».[2] Absolutis igitur humanioribus et philosophicis studiis, ad theologicam disciplinam in Budovicensi Seminario sese applicuit, in qua magnos progressus effecit. Sed ad altiora iam adulescens nitebatur : lectis enim Sancti Pauli epistulis et commentariis de opere missionali, ad hoc mirum in modum inflammari se sensit statuitque in longinquas Americae regiones demigrare. Interea, cum sacerdotium nondum esset adeptus, in virtutum palaestra acrius se exercuit et maxime voluntariis cruciatibus se duravit, ut miles ad proelium ineundum animum corpusque componere solet. Ad perficienda theologica studia Pragam concessit, ubi serpentibus tunc temporis erroribus fortiter obstitit, irrisiones et probra ea de causa constantissime tolerans. Accidit tamen, ut metam, ad quam ardenter properavit, id est sacerdotium, propter nimium numerum sacri ordinis virorum attin-

[2] Cfr. *Luc.* 11, 34.

gere vetaretur. Ob hoc inopinatum impedimentum destitutus sanctissimo consilio, quod puer susceperat, et animas Christo lucrari percupiens, patriam et parentes, nulla interposita mora, reliquit. Inops rerum terrenarum, sed caelestium munerum copia abundans, Germaniam et Galliam peragravit et, postquam in Britannico freto navem conscendit, anno millesimo octingentesimo trigesimo sexto appulit Neo-Eboracum, A cuius urbis Praesule liberaliter exceptus, quamquam sacerdotio nondum fuerat auctus, parocho affuit ecclesiae Sancti Nicolai, quam catholici lingua Germanica usi adire solebant, scilicet sacram doctrinam in templo et in ludo litterario pueris explanavit et eos, qui ad Eucharisticum primo sumendum epulum se comparabant, erudiit, omnibus viribus annisus, ut parvulos Augusti Sacramenti amore accenderet. Die tandem vicesima quinta mensis Iunii eodem anno, quod flagrantissime conçupiverat, est assecutus : nempe sacerdotium iniit ac postero die, gaudio effluens spiritali, sacris est primum operatus. Iussus deinde missionale munus obire, maxime inter Germanicos advenas, postquam Boffae et Buffali paulum est moratus, in urbem Villelmopolim seu, uti vulgo appellant, *Williamsville* **pervenit, ubi in domo paupere degens, totus fuit in animarum procuranda salute. Amplissima regio in occidentali parte Civitatis Neo-Eboracensis, ubi Niagarae fluminis ingentes aquarum moles de summis rupibus magno cum fragore decidunt, uni Ioanni, ovium Christi venatori, erat concredita. Ex urbe illa, quae quasi praesidium erat operis apostolici, pagos circuibat, ut lumen caligine obvolutis, solacium maerentibus, salutem morituris afferret. Quot labores, angustias, iniurias pertulerit, vix dici potest : tamen longa spatia inter vicos interiecta, loca impervia, caeli asperitas, paludum pestilens aêr, cibi penuria, obtrectatorum invidia intrepidi militis Christi animum nequaquam fregerunt. Qui Salvatori penitus cupiens adhaerere, religiosam vitam coepit expetere. Ita factum est, ut anno millesimo octingentesimo quadragesimo Pittsburgi nomen daret Congregationi Sanctissimi Redemptoris, primus in America novicius clericus eiusdem Familiae Alfonsianae exsistens. Paulo post Venceslaus frater, quem ut ludi magistrum Ioannes in missionali opere sibi sociarat, hunc secutus, qua coadiutor in eam Sodalitatem est acceptus atque adeo gemino vinculo germanitatis ipsi coniunctus. Legiferi Patris vitam in se ipse effingere studens, Famulus Dei virtutum dedit praeclara specimina; tenax propositi, animi angores et intensissimi hostis assultus fortiter superavit; cupiditatibus imperans, se contemnere, inopiam, qua Congregatio tum in America premebatur, hilariter ferre et voluntaras castigationibus se**

discruciare consueverat ; Moderatoribus submisse paruit, Regulae praescriptis accurate obtemperavit noctesque duxit in precationibus faciendis : videlicet effectus est verus Sancti Alfonsi alumnus, sane dignus, qui, probationis tempore elapso, votorum sponsione Domino se obligaret. Postquam Baltimorae, Praepositorum mandatu, aliquantisper degit, Pittsburgensem eius Congregationis domum regendam suscepit. Quo in munere constitutus pastorales labores incenso animo iterum subiit. Praecipuas vero curas in paroeciales puerorum scholas intendit, probe intellegens, quantum christiana institutio eorum, qui aetate florerent, ad aedificandum corpus Christi, quod est Ecclesia, valeret. Quam ob rem librum, quo summa doctrinae catholicae contineretur, composuit. Neque sacras expeditiones, quae Congregationi Sanctissimi Redemptoris ut peculiaris finis sunt propositae, praetermittens, studium religionis provexit, depravatos mores reformavit, errantes in rectam semitam reduxit. Templum etiam religiosae Familiae suae eadem in urbe excitavit. Sodales suos prudenter est moderatus et, praesertim virtutum suarum coruscante exemplo, optimis confirmavit institutis. Tamen, viribus attritis, in gravem incidit morbum, quo ad summum vitae discrimen pervenit. Qua de causa inde discedere coactus, Baltimorae sedem constituit ; ubi biennio vices Moderatoris provincialis non modico cum emolumento gessit; deinde ipsi Baltimorensi domui est praepositus simulque primus ibi creatus parochus e Congregatione Ligoriana. Vir tantae virtutis laude ornatus, ad maiora iam in Ecclesiae commodum aggredienda est ascitus. Etenim, Romani Pontificis voluntate, ad episcopalem sedem Philadelphiensem anno millesimo octingentesimo quinquagesimo secundo est provectus, quamvis eam dignitatem humillime detrectasset. Quo in gravissimo munere cum versaretur, talem se praebuit pastorem, quem prior sanctimoniae fama portenderat. Nulli enim pepercit labori, ut oves sibi creditas a noxiis averteret viis et ad salutaria pascua deduceret, ut Christifideles sacris contionibus erudiret et ad participanda religionis mysteria adigeret utque sacerdotes officiis suis sancte naviterque fungerentur. Caritatis igne succensus, aegrotos invisit, carcere detentos adiit, animam agentibus astitit. Quo maioribus religio catholica augeretur incrementis, templorum magnificentiae consuluit, ecclesiam cathedralem a fundamentis excitavit, plurimasque aedes sacras in regione suae iurisdictioni subiecta condidit. Plurimum studii adulescenti clero impendit, seminaria constituens eumque ad sacerdotale munus rite componens. Puerorum disciplinae summum, ut ante fecit, tribuens momentum, permultas scholas aperuit,

sodalitates, quae parvulorum agerent curam, fovit, et hospitia, quo infantes derelicti reciperentur, erexit. Ad huiusmodi caritatis et apostolatus opus provehendum Congregationem Sororum Philadelphiensium Tertii Ordinis Sancti Francisci instituit, quae per omnes Civitates Foederatas postea feliciter est propagata. Dioecesim igitur suam, « forma factus gregis êx animo »[3] atque gemma Episcoporum earumdem Foederatarum Civitatum Americae, sapienter rexit atque sollerter, eamque latissime patentem crebro pro pastorali officio praesens invisit, et, ad sacram disciplinam stabiliendam, synodos coegit. Anno millesimo octingentesimo quinquagesimo quarto vertente, Romam se contulit, ut sollemnibus interesset propterea indictis, ut immaculata conceptio Beatae Mariae Virginis Pii Pp. IX, Decessoris Nostri, oraculo falli nescio pronuntiaretur. Quam occasionem nactus, in patriam revertit, ubi, incredibili cum populi laetitia et plausu exceptus, patrem aetate gravem complexus est, et ad matris demortuae tumulum consistens, preces piissimas fudit. Paucos post dies domui suae, propinquis, civibus vale dixit et ad suam rediit sedem. Ubi triduanas supplicationes honori Almae Deiparae, omni labe immunis, decrevit et adorationem Augusti Sacramenti in quadraginta horas producendam et per totam dioecesim agendam invexit. Octo iam annos hic Praesul, Deo devotus, humilis, alienus a saeculi strepitu, comis in omnes, pastorali studio spectatissimus, Ecclesiae fructuose inserviit ; atque in ipsa acie muneris cotidiani occubuit. Die enim quinta mensis Ianuarii anno millesimo octingentesimo sexagesimo cum Philadelphiae domum repeteret, postquam apud civilem magistratum ecclesiasticum tractavit negotium, in urbis via concidit animumque ilico efflavit. Cum corpus in episcopales aedes esset relatum, novum virtutis indicium est deprehensum, scilicet asperum cilicium, quo Famulus Dei carnem suam macerarat. Mortis nuntio pervulgato, tota civitas vehementer est commota et hominum multitudo, quae pastorem suum viventem merito coluerat honore, examinum communis maeroris amorisque prosecuta est officiis. Funere honestissime celebrato, fama sanctitatis magis percrebrescebat, siquidem mors gloriam virtutibus innixam non inumbrat, sed dispulso quasi velamine reddit clariorem ; quam quidem famam Deus miraculis visus est comprobare. Eam ob rem Causa de Beatorum Caelitum honoribus ei decernendis est acta; atque post ordinarios, quos vocant, processus, Commissio introductionis Causae, apud Sacram Rituum Congregatio-

3 Cfr. ***I Petr.*** 5, 1.

nem instituendae, die quinta decima mensis Decembris anno millesimo octingentesimo nonagésimo sexto a Leone Pp. XIII, Decessore Nostro fel. rec, obsignata. Apostolicis deinde inquisitionibus absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus Venerabilis Ioannis Nepomuceni Neumann est disceptatum; quas, omnibus perspectis et expensis, a Famulo Dei cultas esse heroum in modum Benedictus Pp. XV, item Decessor Noster, lato decreto die undecima mensis Decembris anno millesimo nongentesimo vicesimo primo edixit. Exercita deinde quaestione de miraculis, quae eiusdem nomine invocato, a Deo ferebantur patrata, omnique re in suetis comitiis diligenter exquisita, Ioannes Pp. XXIII die vicesima quinta mensis Februarii anno millesimo nongentesimo sexagesimo tertio de duobus pronuntiavit constare. Unum igitur superfuit excutiendum, num Famulus Dei inter Beatos Caelites tuto foret recensendus. Quod quidem factum est. Purpurati enim Patres sacris Ritibus tuendis praepositi, Praelati Officiales Patresque Consultores id fieri posse cunctis sententiis affirmaverunt. Quorum exceptis suffragiis Deoque enixis adhibitis precibus, idem Decessor Noster die septima mensis Martii hoc anno ad Venerabilis Famuli Dei Ioannis Nepomuceni Neumann sollemnem Beatificationem *tuto* **procedi posse edixit. Quae cum ita sint, Nos vota catholici populi Foederatarum Civitatum Americae Septemtrionalis, Congregationis Sanctissimi Redemptoris et Sororum Philadelphiensium Tertii Ordinis Sancti Francisci explentes, harum Litterarum vi et auctoritate Nostra Apostolica, facultatem facimus, ut Venerabilis Famulus Dei Ioannes Nepomucenus Neumann, Episcopus,** *Beati* **nomine in posterum appelletur, eiusque corpus et lipsana seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae Christifidelium venerationi proponantur, atque etiam ut eiusdem Beati imagines radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra concedimus, ut de eo quotannis recitetur Officium de Communi Confessorum Pontificum cum lectionibus propriis per Nos approbatis et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis item probatis celebretur iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in dioecesi Budovicensi, in qua Beatus ipse ortus est, et in archidioecesi Philadelphiensi, in qua diem obiit supremum ; itemque in templis et sacellis ubique terrarum sitis, quibus Congregatio Sanctissimi Redemptoris atque Congregatio Sororum Philadelphiensium Tertii Ordinis Sancti Francisci utuntur, ab omnibus Christifidelibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, ab omni-**

bus sacerdotibus, ad templa seu sacella, in quibus eiusdem Beati festum agatur, convenientibus. Largimur denique, ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Ioannis Nepomuceni Neumann, servatis servandis, praedictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate statuendis, intra annum, postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis nec non Decretis de non cultu editis ceterisque quibusvis contrariis. Volumus autem, ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, etiam in iudicialibus disceptationibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significationi, hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Octobris, Dominica xix post Pentecosten, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri primo.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris honestatur ecclesia Beatae Mariae Virgini in Caelum Assumptae sacra, vulgo « Madonna del Monte » seu « Conadomini » appellata et in urbe Calatayeronio posita.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Praesidium decusque urbis Óalatayeronii esse perhibetur templum Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae sacrum, quod a Monte, cui est impositum, vulgo solet vocari ; cui appellationi adicitur quoque nomen « Conadomini)), siquidem imago marialis ita nuncupata impensis ibi obsequiis colitur. Ecclesia antiquitus exstructa et praecipua pietatis sedes effecta, quam ob rem usque ad constitutam Calatayeronensem dioecesim « matricis » fruebatur honore, artificiosorum operum varia pulchritudine renidebat. Cui etiam sacra turris, munificentia quattuor ex ea urbe familiarum excitata, miram speciem addebat. Ineunte vero saeculo xvi refecta et amplificata, novo ornamentorum genere fuit affatim aucta. Tamen, anno MDCLXXXXIÍI

ingenti concussione et fremitu terrae id quod civium pietas studiose aedificaverat et artificum ingenium scite decorarat, misere corruit. Qua calamitate haud vieti Calatay er onenses novum templum, Francisco Battaglia architecto, curaverunt exstruendum eo genere, quod veterum basilicarum proprium esse cognoscitur. Non est quin admiretur operis tectorii venustatem, columnarum, Dorica elegantia insignium, ordines, tholum nobili mole conspicuum, sacram turrim, serius quidem adiunctam, sed singulari forma commendatam. Altaria quoque e marmore faberrime facta et imagines coloribus expressae omnium probantur consensu. Opus autem pretiosissimum merito habetur arca seu thronus argenteus, auro obductus, quo simulacrum Beatae Mariae Virginis, quod ((Conadomini)) appellant, proponitur. Hoc profecto, anno MCCXXV Luca importatum, civium animos, ut supra significavimus, plane ad se convertit per hominum aetates, et etiamnum in se attrahere non desinit. Cui rei documento sunt religiosae celebritates, quae eius honori per mensem Maium quotannis agi consueverunt, et alia sollemnia e peculiari civium more instituta. Est autem tabula, geminam imaginem praeferens, alteram Deiparae Divinum Infantem ulnis gerentis, alteram Iesu Domini cruciatibus obnoxii et ad columnam alligati. Atque Dei Genetrix, pia animorum alacritate exculta, anno MDCXXXXIV a civitatis Senatu dicta est Calatayeronii caelestis Patrona, et ipsa haec marialis cultus inclita sedes Liberianae in Urbe Basilicae anno MDCCXXXXII aggregata. Praeterea cives magno pietatis studio feruntur in Christum Dominum, nostrae salutis causa verberibus et flagellis discruciatum, fiuntque ante imaginem Beatae Mariae Virginis in templo praesentatae statae supplicationes, ut « Dominus messis mittat operarios in messem suam ». Revoluto vero quinquagesimo anno ex quo simulacrum Almae Deiparae, cui nomen « Conadomini », aureo diademate fuit redimitum, Venerabilis Frater Franciscus Fasola, Calatayeronensis Episcopus, vota quoque significans totius civitatis cupiensque marialem religionem provehere auctibus, Nos rogavit, ut templum, quod laudavimus, Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenter admissis, Nos e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Calatayeronensem ecclesiam Deo in honorem Beatae Mariae Virginis in Caelum Assumptae consecratam, quae vulgo « Madonna del Monte » seu ((Conadomini » dicitur, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae templis eodem nomine insignibus rite com-**

petunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVII mensis Iunii, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri primo.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris ecclesiae paroeciali Sancti Andreae Apostoli in urbe « Viareggio » conferuntur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae hodie quasi ocellus Tyrrhenae orae vulgo praedicatur, urbs «Viareggio» fuit antea propugnaculum barbarorum incursionibus oppositum, ac vicus quem humiles incolebant piscatores. Superiore autem saeculo, ita ob advenientium civium numerum crevit, ut cum religionis tum rei publicae praesides alteram ibi censerent esse constituendam paroeciam, qua commodius animorum profectui et saluti prospiceretur. Quod novum huiusmodi institutum impigrae sodalium ex Ordine Servorum Mariae traditum est curae, eodemque fere tempore paroeciale templum, magnitudine ac venustate conspicuum, nomineque Andreae Apostoli decoratum, exstructum est. Tres ei fuerunt alae, celsis distinctae columnis, ara ex albo marmore Carariensium lapicidinarum, multumque splendoris egregiae picturae aliaeque parietum ornationes addiderunt. Hic quidem praecipua veluti sedes fuit alacris fructuosique laboris Antonii Mariae Pucci, qui ecclesiae curionem multos per annos egit, quique haud ita pridem a Ioanne Pp. XXIII, Decessore Nostro desideratissimo, in Sanctorum Caelitum ordinem est relatus. Illi etenim viro potiore iure est ascribenda ea chri-

stianae vitae alacritas, quae nunc quoque moribus fidelium exprimitur; illi etiam impensum erga Virginem Perdolentem pietatis studium, cui ceterum dilatando omnes laudati Ordinis filii, religiosae suae vi legis, sollertem dant operam. Hac de re fit ut Virginis simulacrum, Petriani Canonicorum collegii auctoritate coronatum, tot semper veneratorum turmas advocet, ut ecclesia tamquam mariale sacrarium habeatur. Non defuerunt tamen, cum bellum inter nationes saevissimum exarsit, iniuriae huic eximio religionis domicilio : tum enim templum, eversa abside, graviter est laesum. Largitate tamen sive civilis magistratus sive populi fidelis refectum, dignum sane videtur esse ut singulari Basilicae Minoris honore augeatur. Huiusmodi igitur votum, a Praeposito Maiore Ordinis Servorum Mariae ad hanc Apostolicam Sedem allatum, benigno animo statuimus admittere. Itaque, attenta commendatione Ordinarii Lucensis, omnibusque recte perpensis, ex Sacrae Bituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, ecclesiam paroecialem, quae Deo sacra in honorem S. Andreae Apostoli exstat in urbe ((Viareggio », ad titulum ac dignitatem *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVII mensis Iunii, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri primo.

HAMLETUS I. **Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

ALLOCUTIO

In Basilica Vaticana habita christifidelibus adstantibus, praesertim ex archidioecesi Philadelphiensi aliisque dioecesibus Foederatarum Americae Septemtrionalis Civitatum, die qua Ven. Dei Famulus Ioannes Nepomucenus Neumann in Beatorum Caelitum album adscriptus est. *

Non possiamo non aggiungere una Nostra parola a questa sacra cerimonia, che Ci procura una ineffabile consolazione. Essa è la prima che la divina Bontà Ci concede di compiere quasi per confortare l'inizio del Nostro servizio apostolico con la visione d'un nuovo cittadino della Gerusalemme celeste. È questo uno degli effetti più confortanti della non breve e non facile trattazione delle cause di beatificazione e di canonizzazione, quello di ricordare alla Chiesa pellegrinante e militante nella scena del mondo presente la Chiesa beata e trionfante, l'epilogo cioè glorioso della vita cristiana, la certezza della nostra immortalità e della nostra destinazione al Paradiso, la possibilità di poter raggiungere quella felicissima meta e la via per raggiungerla, la via cioè dell'imitazione di Cristo e della nostra unione presente con Lui, affinchè sia poi consumata nella pienezza della gloria di Lui che siede alla destra del Padre. Il nostro sguardo osa levarsi in alto, come il Signore c'invita a fare nelle presenti difficili e penose circostanze : *Levate capita vestra,*[1] **sollevate le vostre teste, perchè si avvicina la vostra salvezza.**

L'ineffabile conforto della « comunione dei Santi »

E la visione del fratello, che partendo da questa medesima nostra scena mortale, ha raggiunto quella beata dell'eterna salvezza, per un momento ci attrae, ci esalta, ci abbaglia ; e poi ci induce a riabbassare lo sguardo con questa nuova e preziosa lezione nell'animo : bisogna seguire quaggiù l'esempio dei Santi, se vogliamo arrivare alla gloria degli Eletti lassù. I Santi, i Beati, diventano i nostri maestri, i nostri modelli, i nostri amici, i nostri protettori. Il culto di coloro, che la Chiesa di ciò dichiara degni, diventa una grande, umana, persuasiva pedagogia ; l'imitazione del divino Maestro dimostra l'indefinita varietà delle sue forme possibili; e la nostra debolezza è confortata dalla forza,

* Die 13 Octobris mensis a. 1963.

[1] ***Luc.*** 21, 28.

molteplice e misteriosa, ma tanto concreta, della « comunione dei Santi ».

Così che, facendo Noi stessi questa felice esperienza, resa più viva dal fatto che tocca al Nostro ministero offrirla alla Nostra anima e alla Chiesa intera, saremmo obbligati a ripensare e a descrivere la storia dell'Eletto, che oggi tale fortuna Ci procura. Ma ciò ora Noi non faremo, non bastando a ciò nè la lena, nè il tempo. Ci limitiamo ad alcuni brevissimi commenti, che non tanto si riferiscono alla biografia del nostro Beato, quanto piuttosto ai primi e più facili sentimenti che il culto, a lui decretato, fa sorgere nel Nostro cuore.

Sono innanzitutto sentimenti di ammirazione. Anche questi fanno parte della conversazione che la Chiesa ci procura con i cittadini del cielo : *nostra autem conversatio in caelis est.*[2] **Il mondo dei Santi è un mondo di meraviglie. Lo sapevano più di noi gli agiografi antichi, che andavano appunto cercando gli aspetti singolari e miracolosi nella vita dei Santi, e ne tessevano la storia con narrazioni piene di fatti, leggendari spesso, prodigiosi e stupefacenti ; troppo, forse ; ma essi avevano capito che la vita d'un cristiano, che veramente sia animato dalla fede e dalla grazia, non può non essere meravigliosa. Gli agiografi moderni sono più critici e prudenti ; ma quando sono saggi, arrivano anch'essi, e con maggiore forza di persuasione, a scoprire il sovrumano nell'umano. Ed anche noi, guardando in sintesi alla vita di questo Beato Vescovo Giovanni Nepomuceno Neumann, dobbiamo lasciarci invadere da un senso di doverosa ammirazione.**

Alfiere di carità pastorale

Ammirazione, di cui diciamo ora un solo motivo : questo Beato Vescovo ci commuove e ci incanta per la sua carità pastorale. Si direbbe che nessuna forma di vita è meno atta a creare meraviglia che il ministero pastorale : esso è tutto tessuto di azioni ordinarie : dove trovare in esso l'aspetto straordinario della santità? Esso è tutto rivolto all'attività esteriore : dove scoprire in esso la ricchezza interiore propria di chi, come il Santo dev'essere, è unito a Dio? Esso è sovente senza ordine metodico, senza presentazione formale, senza effetti sorprendenti : dove rivela la perfezione, che sappiamo essere la stessa santità?

Eppure la meraviglia nasce dall'osservazione piana ed oggettiva dell'epifania di carità che questo Pastore irradia d'intorno a sé. Non sarebbe

[2] ***Phil.*** 3, 20.

difficile stabilire un rapporto di somiglianza fra il Beato Neumann e S. Alfonso Maria de' Liguori, di cui egli fu figlio e discepolo, come membro della Congregazione del Santissimo Redentore, fondata appunto da S. Alfonso, di cui conosciamo, con la gloria del Dottore, i meriti del Pastore. Non sarebbe difficile scoprire il valore del ministero pastorale del nostro Beato nella sua espressione missionaria : il Neumann fu un pioniere ; fu, in certo senso, un fondatore ; fu uno di quella meravigliosa catena di Vescovi che preparò i quadri della Gerarchia cattolica negli Stati Uniti, e le infuse quelle virtù di dedizione, di zelo, di praticità efficiente, di fedeltà assoluta, le quali distinguono tuttora il venerabile ed esemplare Episcopato Americano. Fu un promotore, un allenatore, un educatore ; personificò il tipo del Pastore, che fa proprie le virtù naturali e cristiane d'un popolo : virtù magnifiche, se ricordiamo ch'esse derivano da splendide tradizioni civili e spirituali di questa vecchia Europa, e che, trapiantate nel suolo fecondo del nuovo continente, hanno dato e danno tuttora nuova e meravigliosa espressione di sé. Fa proprie, diciamo ; e così il Pastore diventa l'uomo più normale e più comprensibile ; ma nello stesso tempo più alto e più singolare, perché egli, quelle virtù, così le vive e così le penetra di senso e di grazia cristiana da trasformarle da naturali in soprannaturali, da profane in sacre, da incostanti in eroiche, da popolari in angeliche : questo è stupendo e questo è il motivo della ammirazione dovuta all'umile e sublime Vescovo di Philadelphia, che abbiamo elevato all'onore degli altari.

Troppo dovremmo ancora dire per manifestare il Nostro sentimento di ammirazione ; ma vogliamo affrettarci ad accennare ad altri sentimenti relativi all'avvenimento che stiamo celebrando.

E altro Nostro sentimento è di fiducia, è di speranza. Di fiducia nella capacità del cattolicesimo americano a raggiungere il livello della perfezione cristiana, della santità.

Validi sentimenti di fiducia e speranza

Questa beatificazione ne è ottimo documento, che ci disinganna dalla errata opinione che il cattolicesimo americano non sia orientato alle espressioni singolari e sublimi della santità, ma piuttosto a quelle comuni e popolari della ordinaria vita cristiana, non dissimile dal costume ambientale della vita moderna. Ecco : anche l'America ha i suoi Santi ! Ieri era la Beata Seton, che saliva su gli altari, guida e simbolo della stupenda schiera di donne elette, che, consacrate a Cristo, sono come le

api indefesse, *apes argumentosae,* **intente a costruire il grande alveare della Chiesa americana ; oggi è il Vescovo Neumann che noi veneriamo Beato, e che ci apre una duplice visione : quella dei numerosi Americani, eroi della fede e della carità, che sono parimenti degni di salire su gli altari. Il Nostro Segretario di Stato ha scritto un libro, intitolato** *La santità in America,* **che lo dimostra; e poi quella d'una santità, non più individuale, ma collettiva, non più ristretta a singoli casi ma condivisa da schiere numerose di fedeli, non più di uno, ma di molti ; una santità di popolo. E mai possibile che oggi, in questo nostro mondo moderno, tanto profano e tanto inquinato dall'incredulità e dal vizio, si produca, e proprio in America, una santità di popolo? quella santità, di cui parlava San Pietro : « Voi siete una stirpe eletta, un sacerdozio regale, una gente santa, un popolo riscattato »?[3] Sì. Questa è la Nostra fiducia, questa è la Nostra speranza ! Quando vediamo certe manifestazioni della vita cattolica americana : le parrocchie, le scuole, le università, gli ospedali, le missioni ; quando osserviamo lo spirito di fede e di sacrificio che alimenta queste opere; quando sentiamo la profonda e solida unione che lega quei cattolici alla Chiesa Cattolica; quando abbiamo davanti Sacerdoti e Religiosi e Vescovi che rispecchiano in sé gli esempi di John Neumann, quella fiducia, quella speranza riempie l'animo Nostro !**

Ed allora un'altra onda di sentimenti C'invade : quella della gioia ! Oggi è giorno di santa gioia !

Gioia per la Chiesa di Roma, felice di decretare gli onori del culto cattolico al nuovo Beato. Gioia della Chiesa cattolica intera, che celebra nel Vescovo esemplare una nuova gloria, una nuova speranza!

Gioia per la Famiglia religiosa del Ssmo Redentore, che vede espressa la sua tradizione di santità in colui che fu il primo professo Redentorista negli Stati Uniti.

[3] ***1 Petr.*** 2, 9.

ACTA IOANNIS PP. XXIII

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

ALASKENSIS
(DE FAIRBANKS)

Alaskensis Vicariatus Apostolicus ad dignitatem dioecesis evehitur, « de Fairbanks » appellandae.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad sacerdotalis dignitatis fastigium divino evecti consilio, id unum in oculis animoque habemus, ut videlicet christianorum coetibus, in terrarum orbem diffusis, ita provideamus ut fiat eis amplior in dies Deo optimo maximo inserviendi facultas. Quam ob rem, cum visum sit Sacrae Congregationi Fidei Propagandae bene fieri, si in Foederatis Americae Septemtrionalis Civitatibus Apostolicus Vicariatus Alaskensis ad gradum et dignitatem dioecesis eveheretur : id enim et christianae religionis incrementa magna afferre, et clero Societatis Iesu, cui fuerit adhuc idem Vicariatus concreditus, laudem haud mediocrem pariturum, Nos, re bene reputata, censuimus precibus admotis aequo animo accedendum esse. Quae cum ita sint, consilio petito a venerabili Fratre Aegidio Vagnozzi, Archiepiscopo titulo Myrensi et in iisdem Civitatibus Apostolico Delegato, de Nostra summa potestate haec statuimus et censemus. Apostolicum Vicariatum Alaskensem in ordinem dioecesium redigimus, quae erit *de Fairbcmks* **appellanda, immutatis finibus. Eadem praeterea huic Romanae Sedi directo subicietur suffraganea, sicut et eius Antistes. Nova Sedes Patribus Societatis Iesu concredetur gubernanda, quos paterne hortamur ut, ad Dei gloriam unice respicientes, nihil omnino omittant ut christianum nomen inter gentes quam latissime propagent : quod ad hunc diem summo studio fecerunt. Huius Ecclesiae caput et Episcopi domicilium urbs, quam Fairbanks cognominant, erit; in qua**

sacer Praesul cathedram suae dignitatis et auctoritatis ponet, in templo scilicet Immaculatae Conceptionis ibidem exstante, quod nempe ad templi cathedralis honorem tollimus. Censemus etiam ut Canonicorum loco Consultores dioecesani deligantur ad normam iuris canonici, qui sane a suo munere cessabunt, eo coetu constituto. Ad Ecclesiae autem stabilitatem volumus ut Seminarium saltem minus construatur pueris excipiendis qui bonam indolem ostendentes in spem inducant se posse, iuvante Dei numine, ad sacerdotii munera capienda tendere. Ceterum has Litteras Nostras venerabilis Prater Aegidius Vagnozzi ad exitum deduci curabit vel per se ipse, vel per legatum, factis ad hoc iustis facultatibus. Re vero acta, idem documenta exarari iubebit, sinceraque eorum exempla cito ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae mittet.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die octavo mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Albertus Serafini, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £g Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CX, n. 84.

II
LACUS MOËRI
(KILWAËNSIS)

Apostolica Praefectura Lacus Moëri ad gradum dioecesis evehitur, « Kilwaënsis » nomine.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Candida Christi agmina quae in Apostolica Praefectura Lacus Moëri non auro quidem parta neque armis coacta, sed ipsa Spiritus Sancti virtute cotidie feliciter augentur adsidua Ordinis Fratrum Minorum opera in dioecesis formam redigere opportunum censuit Sacra Congregatio Christiano Nomini Propagando. Quam oh rem, audito ante quid venerabilis Frater Vedastus Mojaisky-Perrelli, Archiepiscopus titulo Amidenus et Apostolicus in Congo et Ruanda Urundi Delegato hac de re sentiret, Nostra apostolica auctoritate libenti animo ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. Apostolicam Praefecturam Lacus Moëri ad gradum et dignitatem dioecesis attollimus, *Kilwaënsis,* **ab urbe principe, appellandae, factis tum Episcopo tum eius Ecclesiae iuribus et honoribus, oneribus et obligationibus impositis quae ceteras dioeceses eorumque Praesules iure comitantur. Statuimus insuper ut nova dioecesis cum suo Antistite metropolitanae Sedi Elisabethapolitanae suffraganea sit. Sedem suam atque domicilium Episcopus in urbe ponet quam Kilwa vocant, cathedra magisterii in templo principe ibidem exstante collocata. Canonicorum vicem praestent dioecesani consultores permittamus, qui consilio et ope Episcopum iuvent ; ad regimen autem quod attinet, item ad electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, cetera eiusmodi, iuris canonici leges omnino serventur eaeque normae quas Sacra Congregatio Fidei Propagandae dabit. Volumus praeterea ut simul ac Litterae Nostrae ad exitum deductae fuerint, omnia documenta et acta quae ad novam dioecesim quovis modo respiciant ad eius Curiam mittantur, ibique religiose custodiantur. Ceterum has Litteras Nostras venerabilis Frater Vedastus Mojaisky-Perrelli, quem diximus, exsequi studebit, vel per se ipse vel per alium, dummodo virum in ecclesiastica dignitate**

constitutum. Re autem peracta, documenta exarentur, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittantur. Quod si alius eo tempore Delegationi Apostolicae in Congo et Ruanda Urundi praesit, hic mandata Nostra persequatur.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrompere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive-manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum ex Arce Gandulfi, prope Romam, die quarto et vicesimo mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco S Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. GX, n. 98.

III

DAVIDENSIS

(BUCCAE TAURINAE)

Detractis quibusdam territoriis a dioecesi Davidensi, nova Praelatura *nullius* conditur, « Buccae Taurinae » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Novae Ecclesiae constitutio magni ponderis res cum apud Romanos Pontifices tum apud singulas nationes semper fuit, cum per eam et spatia -dentur perapta christianae vitae rationi provehendae et principia ponantur fertilia ex quibus fidei et caritatis opera crebra in hominibus oriantur. Quandoquidem ergo venerabilis Frater Antonius Pinci, Archiepiscopus titulo Tarasensis in Numidia et in Republica Panamensi Apostolicus Nuntius, id petierit ut, diviso territorio dioecesis Davidensis, nova ecclesiastica circumscriptio conderetur, Nos, consilio petito a venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus qui Sacrae Congregationi Consistoriali praesunt, de sententia venerabilis Fratris Thomae Alberti Clavel Méndez, Episcopi Davidensis, haec quae sequuntur Nostra auctoritate decernimus et iubemus. A dioecesi Davidensi integrum territorium separamus civilis provinciae quam vulgo Bocas del Toro cognominant, ex eoquejiovam Praelaturam « nullius » constituimus, *Buccam Taurinam* appellandam. Huius Ecclesiae sedes in urbe erit quam Bocas del Toro vocant, in qua Praelatus cathedram suam collocabit, in templo scilicet B. M. V. de Monte Carmelo dicato, quod ad dignitatem praelatitiae aedis tollimus, cum debitis iuribus et honoribus. Quam constituimus Ecclesiam Sedi metropolitanae Panamensi suffraganea subicietur; item eius Praelatus Archiepiscopo. Mensam, quam dicunt, efformabunt Curiae proventus, populi collationes, pars congrua bonorum eidem iuxta canonem 1500 obveniens. Curae sit sacro Praesuli S e - minarium saltem minus, quam primum poterit, construere, pueris excipiendis qui ad sacerdotium vocentur; quod faciat secundum leges communes et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus. Cum vero iuvenes adoleverint, qui optimi fuerint interdum Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Latinum Ameri-

canum, ut philosophia et sacra theologia imbuantur. Ad sacerdotes et clerum quod attinet, decernimus ut his Litteris ad effectum adductis sacerdotes illi Ecclesiae addicantur in cuius territorio legitimum beneficium vel ecclesiasticum officium habeant; ceteri autem clerici seminariique tirones ei in cuius territorio habeant domicilium. Quod autem ad Ecclesiae regimen attinet, et electionem Vicarii Capitularis, Sede vacante, iura cleri et populi, cetera eiusmodi, iuris canonici normae omnino serventur. Acta denique et documenta quae quovis modo ad novam circumscriptionem respiciant, ad eius Curiam praelaticiam mittantur, ibique religiose custodiantur. Ceterum quae iussimus venerabilis Prater Antonius Pinci exsequetur, quem diximus, vel qui eo tempore eodem officio fungetur atque ille. Poterit etiam et alium legare, quem voluerit, dummodo virum in ecclesiastica dignitate constitutum. Ee vero acta, idem documenta exarari iubebit, eaque ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo septimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. *R. E. Cancellarius*

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*

Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco £& Plumbi

In Ap. Cane, tab.., vol. CXI, n. 9i¡.

IV
S. MARTHAE - BARRANOABERMEIENSIS
(OCANIENSIS)

Detractis a dioecesi S. Marthae et a Vicariatu Apostolico Barrancabermeiensi quibusdam territoriis, nova dioecesis conditur, « Ocaniensis » nomine.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoniam arcana Dei voluntate universam christianorum familiam regendam suscepimus, quam paterna cura fovemus, nihil habemus antiquius quam ut « Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis » *(1 Tim.* **3,15) in omnibus terrarum orbis populis vivida ac feracissima floreat atque secura in amplitudinem crescat; ea enim supernae veritatis splendore homines una apte illuminare potest eorumque aeternae saluti consulere. Quam ob rem, cum venerabilis Frater Iosephus Paupini, Archiepiscopus titulo Sebastopolitanus atque Apostolicus in Republica Columbiana Nuntius, post auditos venerabiles Fratres Norbertum Forero et García, Episcopum S. Marthae, et Bernardum Arango Henao, Episcopum titulo Belensem atque Vicarium Apostolicum Barrancabermeiensem, ab hac apostolica Sede postulaverit ut partitis territoriis, in regionibus seu « Departamentos » Santander et Magdalena cognominatis exstantibus, dioecesis S. Marthae et Vicariatus Apostolici Barrancabermeiensis, nova ecclesiastica circumscriptio ibi locorum conderetur, eiusmodi precibus Nos accedendum censuimus. Suprema igitur Nostra apostolica potestate, eorumque consensum supplentes qui hac super re aliquid iuris vel habeant vel se praesumant habere, ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. A dioecesi S. Marthae territoria separamus municipiorum, quae vulgo cognominatur Ocaña, La Playa, Ábrego, Bucarasica, Villa Caro, et González, itemque partem territoriorum municipiorum quorum vulgo nomina EI Carmen, Convención, Teorama, San Calixto, Hacarí, Rio de Oro, Aguachica, et Sardinata, quae finibus dioecesis S. Marthae continetur; a Vicariatu autem Apostolico Barrancabermeiensi territoria separamus municipiorum quae vulgo cognominantur Tamalameque, La Gloria, et Gamarra, itemque partem territoriorum municipiorum vulgo Aguachica et Rio de Oro quae finibus eiusdem Apostolici Vicariatus continetur ; atque ex iis omnibus novam dioecesim constituimus** *Ocaniensem,*

ab urbe principe, appellandam, iisdem finibus terminandam ac territoria quae diximus simul sumpta. Nova dioecesis igitur complexu suo continebit viginti septem paroecias, quarum nomina haec sunt : "S. Ana et S. Augustin, in urbe Ocafia exstantes, Buenavista, EI Carmen, Convención, Brotaré, Cartagenita, Teorama, San Calixto, Hacarí, La Playa, Aspasica, El Chineo, Ábrego, León XIII, Las Mercedes, La Victoria, Bucarasiea, Villa Caro, González, Rio de Oro, Los Angeles, Aguachica, Tamalameque, Pailitas, La Gloria, et Gamarra. Ocaniensis autem dioecesis confinis erit : ad septemtrionem dioecesi S. Marthae et Vicariatui Apostolico Valleduparensi ; ad meridiem archidioecesi Neo-Pampilonensi (scilicet : a confluente fluviorum vulgo San xllberto et Cachira cognominatorum fines pergunt quousque incipit Quebrada, quam vocant, La Raya; inde vergunt recto ad flumen Rio S. Pablo cognominatum quousque idem confluit in Quebrada, quam vocant, La Peña ; pergentes inde per eandem Quebrada La Peña usque ad regionem cui nomen Alto dei Guichal limites pergunt in summis montibus usque ad locum vulgo Alto de Jurisdicciones cognominatum ac perinde ad Peña de la Centella coeuntes demum ad fines municipii civilis vulgo Villa Caro cognominati) et dioecesi Bucaramanguensi ; ad orientem solem Praelaturae Nullius Bertraniae in Catatumbo et dioecesi Cucutensi ; ad occidentem denique solem Vicariatibus Apostolicis Barrancabermeiensi et Sancti Georgii. Novae dioecesis sedes in urbe Ocafia cognominata erit, episcopalis vero magisterii cathedra in paroeciali templo ibidem exstante, Deo in honorem S. Annae Matris B. M. V. sacro, quod ad dignitatem cathedralis aedis tollimus. Huic autem templo atque sacro Praesuli congrua iura facimus, impositis episcopo obligationibus eius officii propriis. Conditam dioecesim Ocaniensem sufiraganeam facimus metropolitanae Sedi Neo-Pampilonensi, eiusque Episcopum metropolitanae iurisdictioni archiepiscopi Neo-Pampilonensis obnoxium volumus. Mensam episcopalem, quam vocant, constituent Curiae emolumenta, fidelium liberae oblationes, dos a civili Gubernio danda eaque bonorum pars quae ad normam canonis 1500 C. I. C. eo obvenient. Episcopo Ocaniensi maximae curae erit minus saltem Seminarium quam primum struendi, ad iuris communis normam peculiariumque Sacrae Congregationis de Seminariis Studiorumque Universitatibus legum. Cum autem eiusdem Seminarii alumni adoleverint, qui eorum acris ingenii eximiaeque fuerint pietatis Romam mittantur, in Pontificium nempe Collegium Pianum Latinum Americanum, philosophicis atque theologicis disciplinis imbuendi. Canonicorum collegium condatur, ad normas per alias sub plumbo litteras edendas ; permittimus tamen ut, quoadusque id constituatur, Consultores dioecesani deligantur, qui consilio et ope Episcopo assint, a munere sane cessaturi Canonicis •constitutis. Ad regimen autem et administrationem dioecesis, ad Vicarii

Capitularis, Sede vacante, electionem, cetera eiusmodi, ea servanda iubemus quae Codex Iuris Canonici statuit. Item praescribimus ut, his Litteris ad effectum deductis, Sacerdotes Ecclesiae illi censeantur addicti in cuius territorio beneficium aut officium habeant;, ceteri autem clerici Seminariique tirones ei in qua legitimo degant domicilio. Documenta praeterea et acta, quae quovis modo ad novam dioecesim respiciant volumus ut ad eius Curiam mittantur, in tabulario religiose custodienda. Haec denique mandata Nostra exsequenda curabit venerabilis Frater Iosephus Paupini, quem diximus, facta potestate et alium delegandi virum, dummodo ecclesiastica dignitate praeditum. Si vero alius tempore exsecutionis in Columbiana republica Apostolicus Nuntius erit, hic mandata Nostra faciet. Qui autem rem perfecerit, onus habebit actae rei sincera documenta exarandi, eaque, nomine subscripto sigilloque impresso, ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitas nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur. Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo sexto mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco **£B** Plumbi

in Ap. Cane, tab., vol. CXI n. Jfl.

V

BARRANCABERMEIENSIS

Vicariatus Apostolicus Barrancabermeiensis ad gradum dioecesis evehitur, immutato nomine.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Divina Christi verba, quibus parvum sinapis granum provisum est patulam effectum iri arborem, in eas perapte ecclesiasticas circumscriptiones cadere videntur, quae, ob assiduos christianae religionis praeconum labores, brevi factae sunt Deo iuvante metendarum messium patentes agri. Quod cum profecto ad Vicariatum Apostolicum Barrancabermeiensem quod pertinet feliciter evenerit, die duödevicesimo mensis Aprilis, anno Domini millesimo nongentesimo quinquagesimo conditum in praesensque sive catholicorum numero brevi auctum sive religiosis sodalibusque inceptis, cumque id velimus sollemni significatione declarare, visum est Nobis idem Vicariatum esse ad dioecesis gradum evehendum. Post ideo auditos venerabiles Fratres Nostros S. R. E. Cardinales qui praesunt Sacris Congregationibus exspediendis extraordinariis Ecclesiae Negotiis Christianoque Nomini Propagando, de sententia venerabilis Fratris Iosephi Paupini, Archiepiscopi titulo Sebastopolitani in Abasgia atque in Columbiana Republica Apostolici Nuntii, consensuque eorum suppleto qui hac in re aliquid iuris vel habeant vel se praesumant habere, qua suprema pollemus super Ecclesias omnes potestate Vicariatum Apostolicum *Barrancabermeiensem* **ad dignitatem dioecesis extollimus, eam a iuris Sacrae Congregationis de Propaganda Fide dictione liberantes. Item auditis venerabilibus Fratribus Bernardo Aran go Henao, Episcopo titulo Belensi eiusdemque Vicariatus Apostolici Ordinario, ceterisque quorum intereratk, praecipimus ut ea, quae sequuntur territoria novae dioecesi perpetuo ascribantur. Videlicet : a dioecesi Succursensi et S. Aegidii integrum separatum territorium civilium municipiorum vulgo Betulia et San Vicente ; pars municipii Simacota nuncupati inter limites qui territorium Vicariatus Apostolici, de quo est quaestio, timebant et Quebrada la Mugrosa atque rivum Opón, qui dicuntur, patens; pars municipii quod Velez dicunt, sita inter limites eiusdem Vicariatus et flumen Guayabo Blanco quod in Opón influit,**

regiones Cerro de Armas et Quebrada de Armas, uti aiunt, ac denique rivum Guayabito, in quo exstat pagus nomine per vulgus Cimitarra; pars municipii Bolivar inter rivum EI Guayabito, fines Vicariatus Apostolici quem diximus et Rio Magdalena atque flumina Ermitaño, Hörta et Carare nuncupata exstans, cum pago Zambito appellato. A dioecesi Tunquensi integrum territorium municipii Puerto Boyaca amplecteris pagos vulgo Puerto Boyacá, Gutiérrez, Palagua et Calderón. A dioecesi S. Rosae de Osos excerpta pars municipii Remedios inter flumina, quibus appellatio Ite et Magdalena, patens, cum pagis Casabe, Yondo *et* **Arrinconada dictis. Ab archidioecesi Medellensi subtracta municipii pars Puerto Berrio inter flumina Alicanta, Nare et Magdalena exstans ; territorium insuper urbis Puerto Berrio et pagus Virginias. A dioecesi denique Sonsonensi detracta pars municipii Puerto Berrio, quae extenditur infra flumina Nare, Samana Norte, Cocorna et Magdalena cum pagò vulgo Nare; pars municipii San Luis, cum oppidulis Puerto Triunfo et Puerto Perales, infra flumina Verde et Magdalena; pars municipii Cocorna, quae continetur inter Rio Verde de los Montes a confluenti rivorum Caldera et Melcocho atque communes limites municipiorum Sonsón et Cocorná a Chuchilla del Tigre ad Rio Magdalena ; demum pars municipii vulgo Argelia appellati, cum pago S. Miguel, intra cursum fluminum San Lorenzo et Magdalena comprehensa. Huius novae dioecesis fines, ad septemtrionem et inter septemtrionem et orientem solem, dioeceses attingent Ocaniensem et Bucaramanguensem ; ad meridiem, archidioecesim Manizalensem et dioeceses Zipaquirensem et Facatativensem ; ad orientem solem, dioeceses Succursensem et S. Aegidii et Tunquensem ; ad occasum denique solis, archidioecesim Medellensem, dioeceses S. Rosae de Osos et Sonsonensem, Vicariatum Apostolicum S. Georgii. Barrancabermeiensis dioecesis sedem episcopalem in urbe vulgo Barrancabermeia collocari censemus ; Episcopi autem cathedram in curiali templo ibidem exstante Ssmo Cordi** *D.* **N. I. C. sacro, quod ad gradum et dignitatem cathedralis attollimus, eidem eiusque Episcopo honoribus datis, insignibus, privilegiis iuribusque quae id genus sacris aedibus earumque sacris Praesulibus fieri solent; sacrorum praeterea eiusdem dioecesis Antistiti congruis impositis obligationibus. Quam condidimus cathedralis Ecclesia suffraganea erit Neopampilonensi archidioecesi, eiusque Metropolitae Episcopus Barrancabermiensis erit obnoxius. Qui quidem ut Canonicorum Collegium condat ad praescripta iuris curabit, iuxta normas per alias sub plumbo Litteras edendas. Quoadusque tamen id fiat, Consultores dioecesanos eligat, a munere scilicet cessaturos Ca-**

nonicis constitutis. Item minus saltem Seminarium quam primum struat, ad iuris communis et Sacrae Congregationis de Seminariis Studiorumque Universitatibus peculiares leges; ex quo sive animi sive ingenii praestantes iuvenes Eomam mittet, in Pontificium Collegium Pianura Latinum Americanum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendos. Barrancabermeiensis dioecesis mensam episcopalem, quae dicitur, efficient temporalia bona hucusque ad eiusdem nominis Vicariatum Apostolicum pertinentia, curiae emolumenta, fidelium sponte datae collationes, dos a civili auctoritate danda atque bonorum portio, quae ex divisis quas memoravimus dioecesibus ad normam canonis 1500 C. I. C. eidem obvenient. Quod vero pertinet ad fundatae dioecesis regimen, administrationem, Vicarii Capitularis, Sede vacante, electionem aliaque id genus, omnino ea serventur quae sacri canones praescribunt. Simul ac demum Litterae hae Nostrae ad effectum adductae sint, sacerdotes ei dioecesi ascripti erunt, in cuius territorio beneficium aut officium habeant; ceteri autem sacerdotes, clerici Seminariique tirones ei, in qua legitimo domicilio degant. Acta denique et documenta, quae quovis modo novam dioecesim respiciant, e Curiis Medellensi, Succursensi et S. Aegidii, Tunquensi, S. Rosae de Osos et Sonsonensi ad Barrancabermeiensem mittantur, in tabulario religiose custodienda. Ea denique quae iussimus exsequenda studebit venerabilis Frater Iosephus Paupini quem diximus, vel per se ipse vel per alium in ecclesiastica dignitate constitutum virum. Quodsi tempore exsecutionis alius Apostolici Nuntii partes in Columbiana Republica agat, hic mandata Nostra faciet. Qui vero rem perfecerit onus habebit effecti negotii documenta, rite signata atque sigillo impressa, ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittendi.

Has vero Litteras nunc et in posterum efficaces esse et fore volumus; ita quidem ut quae per eas decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Quarum Litterarum efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur.

Quae Nostra decreta in universum si quis vel spreverit vel quoquo modo detrectaverit, sciat se poenas esse subiturum iis iure statutas, qui Summorum Pontificum iussa non fecerint.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo septimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quarto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco **£8** Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXI, n. 45.

YI

S. LUDOVICI *IN* MARAGNANO
(VIANENSIS)

Quibusdam territoriis ab archidioecesi S. Ludovici in Maragnano detractis, nova dioecesis conditur, « Vianensis » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

De Christi fidelium causa et condicione qui ibi loci vivunt sollicitus, venerabilis Frater Armandus Lombardi, Archiepiscopus titulo Caesariensis Philippi et in Brasilia Apostolicus Nuntius, collatis ante cum Iosepho Medeiros Delgado, sacro Praesule S. Ludovici in Maragnano, consiliis, id a Nobis petiit ut ex ea archidioecesi quam modo nominavimus quaedam territoria separarentur, quibus per Nostram auctoritatem nova dioecesis conderetur. De qua sententia bene iudicantes in eamque discedentes : arbitramur enim ex hoc haud exigua christiano populo oriri commoda magnasque manare utilitates, de Nostra summa auctoritate atque de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi Consistoriali praepositorum, haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. Ab archidioecesi S. Ludovici in Maragnano territorium separamus municipiorum quae vulgo dicuntur:

Viana, Cajapio, Sao **Vicente Ferrer, Sâo Joâo Batista, Penalva, Matinha, Oajari, Monaco, Pindaré-Mirim, Santa Luzia, prout lege civili limitantur, quibus novam dioecesim constituimus** *Vianensem* **cognominandam. Cuius dioecesis sedes episcopalis erit in urbe Viana, in qua sacer Praesul cathedram suae auctoritatis ponet in templo videlicet B. M. V. quam populus « Nossa Senhora da Conceiçâo » appellat. Hanc novam Ecclesiam metropolitanae sedi S. Ludovici in Maragnano suffraganeam subicimus; item eius Antistes sacro eiusdem archidioecesis Praesuli obnoxius erit. Episcopus praeterea Canonicorum Collegium condat iuxta normas quae per alias sub plumbo Litteras dabuntur; quodsi ad praesens fieri nequeat, Consultores dioecesani deligantur, qui suum Antistitem consilio atque opera iuvent. Similiter ille quidem Seminarium saltem minus construat, pueris excipiendis qui ad sacerdotium Dei numine invitentur, scilicet secundum regulas iuris communis et Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus; idque gravi suae conscientiae obligatione. Mensam, quae dicitur, efficient : Curiae proventus, fidelium collationes, bona si qua sunt archidioecesis S. Ludovici in Maragnano, quae pro rata parte novae dioecesi obvenient iuxta canonem** 1500 **C. I. C. Simul atque dioecesis Vianensis per harum Litterarum effectionem condita fuerit, sacerdotes qui in eius territorio legitimo domicilio degant, vel officium ibi aut officium habeant, item et clerici qui in eadem condicione sint, ei addicti maneant tamquam proprius clerus. Ceterum qui ex iis tironibus meliores fuerint, cum debeant studiis superioribus Philosophiae atque sacrae Theologiae incumbere, Romam mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Brasilianum. Acta denique et documenta quae ad recens conditam Ecclesiam quoquo modo pertineant, ad eius Curiam episcopalem mittantur, in tabulario religiose custodienda. Ad haec autem quae per has Litteras mandavimus perficienda, venerabilis Frater Armandus Lombardi operam dabit, vel quem ipse delegaverit, factis nempe ad rem debitis facultatibus. Cum vero res acta fuerit, idem documenta exarari iubebit, quorum sincera exempla ad Sacram Congregationem Consistorialem cito mittet. Quod si alius eo tempore eidem apostolicae Nuntiaturae praesit, is quae iussimus ad exitum adducet.**

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitatis nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica digni-

tate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tricesimo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quinto.

Pro 8. R. E. Cancellario
IOANNES H. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. Congr. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*

Ioannes Calieri, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXII, n. 85.

VII

MANZINENSIS - ESHOWENSIS

(INGWAVUMENSIS)

In Unione Africae Meridionalis nova conditur Praefectura Apostolica, « Ingwavumensis » nomine.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoniam praecipuas muneris Nostri partes esse censemus, quos in Filii sui societatem Deus vocaverit eos providis sustentare auxiliis, quibus magis in dies eorum fides solidetur, visum est Nobis id esse accipiendum, quod Sacra Fidei Propagandae Congregatio de quadam condenda in Africa Meridionali Praefectura Apostolica statuit. Hac ideo de re, cum venerabiles Fratres Nostri S. R. E. Cardinales eidem Congregationi praepositi, auditis nempe sive venerabili Fratre Iosepho McGeough, Archiepiscopo titulo Hemeseno et Apostolico in Africa Meridionali Delegato, sive quorum interesset locorum Ordinariis, admodum id in rei christianae bonum esse cessurum existimaverint, de apostolica Nostra potestate ea, quae sequuntur decernimus ac iubemus. Districtum civilem, quem Ingwavuma nuncupant, itemque partem civilis districtus cui nomen Ubombo, quae ad septemtrionem fluminis vulgo Mkuze vergit, a dioecesi Manzinensi, Ordini Servorum Mariae concredita, distrahimus;

districtum autem civilem vulgo Hlabisa una cum illa parte eiusdem districtus civilis Ubombo quae ad meridiem fluminis Mkuze sita est, a dioecesi Esbowensi, Congregationi Ottiliensi O. S. B. pro, missionibus exteris concredita, separamus ex iisque territoriis novam Praefecturam Apostolicam condimus, *Ingwavumensem* **appellandam curisque sodalium Ordinis Servorum Mariae concredendam, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum. Quam Praefecturam eiusque Ordinarium iis decoramus honoribus et iuribus, quae ad eiusdem ordinis Ecclesiae earumque sacros Praesules spectant. Praefectum autem Apostolicum oneribus quoque atque officiis obstringimus, quae sacri canones eidem imponunt. Volumus denique ut haec iussa Nostra exsequenda curet venerabilis Prater Iosephus McGeough, quem diximus, vel qui eo tempore quo haec decreta ad rem adducentur, Apostolicae in Africae Meridionalis Delegationi praeerit. Qui vero negotium perfecerit exactae rei documenta, rite subscripta, ad Sacrum Consilium Christiano Nomini Propagando quam primum mittet.**

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus; ita quidem ut quae eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efïïcacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per has Litteras iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum.exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderetur.

Datum Bomae, apud S. Petrum, die duodecimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quinto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. ***B. E. Cancellarius***

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Begens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco *f¡¿* Plumbi
In Ap. Cane, tab., vol. CXI, n. 60.

VIII

ONITSHAENSIS

(ENUGUENSIS)

In Nigeria Orientali nova constituitur dioecesis ex quibusdam territoriis archidioecesis Onitshaensis.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quod divinus hominum Redemptor officium Apostolis dedit universi orbis peragrandi ut Evangelium praedicarent omni creaturae *[Me.* **16,15), cor etiam Nostrum Nostramque urget voluntatem ut non tantum christiano fidelium populo, sed et iis pro videamus quos nondum laetificavit candida Christi fides. Cum autem aptius id fiat si ampliores quandoque dividantur Ecclesiae ex iisque novae condantur ab Episcopis gubernandae, libenter confirmamus ratumque habemus quod a Sacro Consilio Christiano Nomini Propagando, de sententia venerabilis Fratris Sergii Pignedoli, Archiepiscopi titulo Iconiensis atque Apostolici in Africa Mèdia Occidentali Delegati, statutum est, ut videlicet in Nigeriae Orientalis regione alia dioecesis fundaretur. De apostolica ideo et suprema potestate Nostra, ab archidioecesi Onitshaensi territoria separamus vulgo appellata Awgu, Udi ac Nsukka, quae civilem provinciam Enuguensem constituunt, ex iisque dioecesim condimus, ab urbe regionis principe Enugu nuncupata** *Enuguensem* **appellandam, cuius hi erunt fines : ad septemtrionem, dioecesis Makurdensis; ad orientem solem, dioecesis Ogogiaensis; ad meridiem, archidioecesis Onitshaensis; ad occidentem denique solem, dioecesis Urbis Beninensis atque praefectura apostolica Kabbaënsis. Ita constitutam Ecclesiam, una cum eius Episcopo, suffraganeam 'facimus metropolitanae Sedi Onitshaensi atque eius Archiepiscopo Metropolitae, regendamque committimus nati vis sacerdotibus nigerianis. Statuimus insuper ut sedem suam Episcopus in urbe Enugu ponat, sacrique magisterii cathedram in maximo inibi exstante templo Spiritui Sancto dicato, quod ad cathedralis fastigium attóllimus. Usque dum praeterea Canonicorum Collegium constituat, Consultores dioecesanos idem eligat, qui ad normam iuris sibi consilium opemque praestent. Seminarium denique sollicita cura quantum potest struat, pueris**

accipiendis atque efformandis qui ad sacerdotium vocentur. Haec quae statuimus venerabilis Frater Sergius Pignedoli, quem diximus, exsequenda curet, vel per se ipse vel per alium delegatum virum. Si autem tempore exsecutionis alius ibi terrarum Delegati Apostolici partes gerat, hic mandata Nostra faciet. Qui autem rem perfecerit, onus habebit documenta de more parandi eademque, subscripta sigilloque impressa, ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide quam primum mittendi.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur.

Datum Eomae, apud S. Petrum, die duodecimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus i Nostri quinto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*

Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXI, n. 68.

IX

MELITENSIS

In suburbio Rabbato civitatis Notabilis, in archidioecesi Melitensi, templo S. Pauli oratorium S. Publii addicitur; idem templum S. Pauli ad dignitatem aedis Collegiatae evehitur, in quo coetus Canonicorum constituitur.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolicae Sedis semper fuit hoc proprium, omnium Ecclesiarum matris, aequissimo animo ad filiorum suorum preces accedere, quotiens provideri possit fore ut inde maior oriatur Dei gloria, in quam procurandam praecipue Ecclesia nata est. Quod cum in sua archidioecesi fieri posse existimavisset venerabilis Frater Michael Gonzi, sacer Melitensis Antistes, si subiecto oratorio S. Publii iurisdictioni ecclesiae paroecialis S. Pauli in suburbio Rabbato civitatis Notabilis, idem paroeciale templum ad Collegiati honorem eveheretur coetusque Canonicorum ibidem conderetur, Nos admotas preces admittentes haec quae sequuntur statuimus ac iubemus, id nempe ratum habentes quod Sacra Congregatio Consistorialis fieri censuit, audito scilicet venerabili Fratre Geraldo Patricio O'Hara, Archiepiscopo titulo Pessinuntino atque in Magna Britannia Apostolico Delegato. Placet ergo oratorium S. Publii iurisdictioni Ecclesiae S. Pauli in suburbio Rabbato civitatis Notabilis exstantis denuo subici; idem templum ad gradum et honorem Collegiatae aedis S. Paulo Apostolo dicatae evehi, cum debitis iuribus ; ibique Canonicorum Collegium condi ad normas quae sequuntur. Collegiale Capitulum, in quod primum ii cooptabuntur ecclesiastici viri qui ad praesens Collegium efficiunt Cappellanorum, uti dicuntur, oratorii S. Publii, quinque Dignitatibus constabit atque septem Canonicis. Dignitates autem erunt : Decanus, Thesaurarius, Cantor, Primicerius, atque in primis Archipresbyter, quo titulo et honore semper decorabitur curio, seu parochus S. Pauli, in praesens dilectus Filius Paulus Attard. Collatio Dignitatum, atque ideo in posterum etiam Archipresbyteratus, Apostolicae Sedi ad iuris normam servetur; Canonicorum vero iuris communis legibus temperetur. Secundae autem Dignitatis, nempe Decani, proprium erit Oratorii S. Publii curam habere atque in eo cotidie sacra facere. Cui ius erit domum inhabitare, qua rector Cappellanorum fruebatur. Chorales preces atque caerimoniae iuxta legitimas loci consuetudines fient, ut in constitutionibus statuetur, quae a Canonicis parabuntur et ab Archiepiscopo probabuntur. Ad chorales vestes quod atti-

net, tum Dignitates tum Canonici superpelliceo et palliolo se induent, addita, Hierosolymitani Ordinis insignis instar, Cruce linea octangula albi coloris supra pectus ipso palliolo adsuta ; Hebdomadarius insuper Magna Stola seu Cingulo Hierosolymitano uti poterit. Extra Chorum autem licet Capitularibus Crucem auream octangulam deferre, inductam encausto. Erunt insuper omnes et singuli Collegiales viri participes omnium Indulgentiarum et gratiarum spiritualium Ordini Hierosolymitano concessarum, peractis tamen iis quae iisdem acquirendis de iure iniunguntur ; item omnium pietatis operum ac precum, quae a sodalibus eiusdem Ordinis fient, perinde ac si ipsi ex eodem Ordine sint. Canonicorum praebendae, seu beneficia, constituentur ex parte annuorum a civilibus magistratibus praestitorum, atque ex reditibus hereditatis Francisci Catania, piissimae memoriae viri, qui olim prona liberalitate ad condendum Collegium opem cöntulerat. Ceterum has Litteras Nostras ad exitum adducet venerabilis Frater Geraldus Patricius 0'Hara, factis ad id necessariis potestatibus, quas poterit legare, si visum fuerit, cuilibet ecclesiastica dignitate ornato viro. Re vero acta, idem documenta exarari iubebit, quorum sincera exempla Sacrae Congregationi Consistoriali cito mittet. Si autem eo tempore alius Delegationi Apostolicae in Magna Britannia praesit, hic omnia quae iussimus faciat.

Hanc Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituiti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die quarto et vicesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quinto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco **£B** Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXI, n. 59.

X

HUARAZENSIS
(CIMBOTIENSIS)

A dioecesi Huarazensi quibusdam detractis territoriis, nova efficitur Praelatura *nullius,* « Cimbotiensis » appellanda.

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiae propositum cum sit salutem animorum sempiternam tamquam finem persequendi, ea Nos incepta fovemus quae aptiore tutioreque ratione ad id conducant. Ad hoc quod attinet, quoniam venerabilis Frater Romulus Carboni, Archiepiscopus titulo Sidoniensis atque in Republica Peruviana Apostolicus Nuntius ab Apostolica Sede petiit ut, partitis peramplis dioecesis Huarazensis territoriis, nova ibi locorum praelatura «nullius» conderetur, sententiam sane Nos hac de causa rogavimus venerabilem Fratrem Theodosium Moreno Quintana, Episcopum Huarazensem, atque eorum suppleto consensu, qui hoc super negotio aliquid vel habeant vel se iuris praesumant habere, apostolica auctoritate Nostra ea quae sequuntur decernimus ac iubemus. A territorio Ecclesiae Huarazensis integrum territorium separamus civilis provinciae vulgo Santa appellatae atque partem territorii civilis provinciae cui nomen Casma a septem trionibus usque ad rivum seu Quebrada vulgo Culebras patentem, ex iisque praelaturam « nullius » constituimus, *Cimbotiensem* **appellandam iisdemque circumscribendam finibus ac territoria quibus fit, cuius paroeciae hae sunt, quarum nomina recensentur : Chimbóte, Santa, Moro, Mácate, Nepeña, Pueblo Libre, intra fines scilicet civilis provinciae Santa ; Casma et Yautan, infra limites territorii a civili provincia Casma seiuncti. Nova praelatura « nullius » ad septemtrionem confinis erit archidioecesi Truxillensi; ad orientem et meridiem, dioecesi Huarazensi; ad occidentem solem, Oceano Pacifico. Ita constitutae Ecclesiae sedes in urbe vulgo Chimbóte ponatur, templumque curiale ibidem exstans, Deo dicatum in honorem Sancti Petri Apostoli, tamquam praelaticium habeatur, cui profecto omnia iura et privilegia damus, huiusmodi sacris aedibus**

propria ; sacro etiam Praesuli congrua iura damus, obligationibus praeterea impositis ad Praelatos Ordinarios pertinentibus. Eandem praelaturam suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Truxillensi, cuius Archiepiscopo sacrorum Cimbotiensis Antistes obnoxius erit. Hunc etiam iubemus saltem minus Seminarium, quam primum potuerit, struere, pueris excipiendis ad sacrumque Sacerdotium efformandis, ad normas iuris communis atque peculiarium Sacrae Congregationis de Seminariis legum. Cum autem Seminarii alumni adoleverint, eorum qui fuerint praestantes Eomam mittantur, in Pontificio Collegio Piano Americano recipiendi, ut philosophicis theologicisque disciplinis imbuantur. Mensam praelaticiam, quam dicunt, Curiae emolumenta constituent, dos a Civili Auctoritate danda, fidelium collationes atque bonorum pars Sedi Cimbotiensi obveniens ad normam canonis 1500 C. I. C. Condita praelatura «nullius)) Cimbotiensi, eo ipso sacerdotes ei Ecclesiae ascripti censeantur, in cuius territorio officium vel beneficium habeant ; ceteri autem tum sacerdotes, tum clerici, tum Seminarii tirones ei, in qua legitimum habeant domicilium. Ad fundatae praelaturae regimen quod attinet, administrationem, Vicarii Capitularis electionem, aliaque id genus, religiose quae sacri canones praescribunt serventur. Acta denique et documenta novam Ecclesiam quoquo modo respicientia, a Curia episcopali Huarazensi ad Cimbotiensem transferantur, in tabulario custodienda. Haec omnia quae statuimus exsequenda studebit venerabilis Frater Romulus Carboni, quem diximus, vel ab eo delegatus vir, dummodo in ecclesiastica dignitate constitutus. Si vero alius tempore exsecutionis in Peruviana Republica Apostolicus sit Nuntius, hic mandata Nostra fieri curabit. Qui autem negotium perfecerit, actae rei documenta, de more signata sigilloque impressa, ad Sacram Congregationem Consistorialem quam primum mittere curet.

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Quapropter si quis, quavis praeditus auctoritate, sive sciens sive insciens contra egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo harum Litterarum exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate consti-

tuti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae hisce haberetur, si ostenderentur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die sexto et vicesimo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quinto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Franciscus H. Ferretti, *Proton. Apost.*
Caesar Federici, *Proton. Apost.*

Loco **£B** Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXI, n. 67.

XI
LEONENSIS IN NICARAGUA
(ESTELIENSIS)

E dioecesi Leonensi in Nicaragua detractis territoriis, nova dioecesis conditur, « Esteliensis » nomine.

IOANNES EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Supremi muneris quod superno inscrutabilique Dei consilio Nobis est commissum esse putamus dioecesium omnium rationes ita pro rerum temporumque adiunctis disponere ut efficacius christiana lex inter homines magis magisque proferatur, iidemque caelestium bonorum copia fruantur. Cum ergo venerabili Fratri Sancti Portalupi, Archiepiscopo titulo Christopolitano atque in Nicaraquana Republica Apostolico Nuntio, visum sit cum animorum bono nonnihil congruere si peramplum Ecclesiae Leonensis in Nicaragua territorium divideretur novaque ibi locorum dioecesis constitueretur, idque ut fieret ab Apostolica Sede petierit, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium qui rebus Consistorialibus praesunt, postque auditam sententiam venerabilis Fratris Isidori Augusti Oviedo et Reyes, Episcopi Leonensis in Nicaragua, consensum eorum supplentes qui in hoc negotio ali-

quod ius habeant, summa Nostra potestate haec quae sequuntur decernimus ac iubemus. A dioecesi Leonensi in Nicaragua integrum territorium separamus civilium districtuum, vulgo Departamentos cognominatorum, quibus nomina Esteli, Madriz et Nueva Segovia, ex iisque novam dioecesim constituimus *Esteliensem* **appellandam, iisdemque circumscribendam finibus quibus simul sumpti districtus seu Departamentos cinguntur. Novae Ecclesiae Sedem episcopalem in urbe vulgo Esteli cognominata ponendam censemus, episcopalis autem magisterii cathedram in curiali templo ibi exstante Deo in honorem B. M. V. a Ssmo Rosario dicato, quod ad gradum et dignitatem cathedralis aedis tollimus, cum iuribus congruis. Item Episcopo omnia iura damus atque obligationes imponimus, quibus residentes ceteri Episcopi fruuntur atque obstringuntur. Esteliensem dioecesim suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Managuensi, cuius Archiepiscopo sacrorum Esteliensis Antistes erit suffraganeus. Decernimus praeterea ut Canonicorum Collegium condatur, ad normas per alias sub plumbo Litteras edendas ; quoadusque autem id fiat, Consultores dioecesani deligantur, qui consilio et ope Episcopo assint. Mensa episcopalis, quae dicitur, Curiae emolumentis fiet, fidelium collationibus, bonis denique quae ad normam canonis 1500 C. I. C. dioecesi Esteliensi obvenient. Iubemus insuper ut minus saltem Seminarium Episcopus quam primum struat, pueris excipiendis qui ad sacerdotium vocabuntur, quorum qui ingenio atque animi pietate praestent, Romam, cum adoleverint, mittantur, in Pontificium Collegium Pianum Latinum Americanum, philosophicis theologicisque disciplinis imbuendi. Quod autem ad dioecesis regimen, administrationem spectat atque Vicarii Capitularis electionem, Sede vacante, ea omnia serventur quae Codex Iuris Canonici fieri statuit. Esteliensi dioecesi constituta, eo ipso sacerdotes ei Ecclesiae ascripti erunt in qua beneficium vel officium habeant ; ceteri vero clerici seminariique tirones ei in qua legitimo domicilio degant. Acta denique et documenta, quae quovis modo novam dioecesim respiciant, e Curia Leonensi in Nicaragua ad Esteliensem mittantur, in tabulario religiose custodienda. Haec omnia quae statuimus exsequenda curabit venerabilis Frater Sanctes Portalupi, quem memoravimus, vel quem ille delegaverit, cuius erit perfectae rei documenta, rite signata sigilloque impressa, ad Sacram Congregationem Consistorialem mittere. Si autem tempore exsecutionis alius in Nicaraquana Republica Apostolicus Nuntius erit, hic "mandata Nostra faciet.**

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea

haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ah aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo septimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quinto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

CAROLUS Card. CONFALONIERI
8. Congr. Consistorialis a Secretis

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco **£B** Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXI, n. *88.*

XII

PIETERSBURGENSIS
(De LOUIS TRICHARDT)

Detractis quibusdam territoriis ab abbatia ***nullius*** **Pietersburgensi, nova Praefectura Apostolica conditur, « de Louis Trichardt » appellanda.**

IOANNES EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Christi mandatum ut in mundum universum profecti Evangelium praedicarent Apostoli omni creaturae, non modo diligentissime ipsi prosecuti sunt, verum etiam Ecclesia sancta semper sollicite custodivit, quae in omnibus terrae nationibus per praecones divinam curavit docere populos veritatem. Quam ob rem cum in Unione Africae Meridionalis christiana religio felici sane exitu progressus fecerit, censuit Sacra Congregatio Christianae Fidei Propagandae, eo consilio ut expeditius ibi locorum « sermo Dei curreret et clarificaretur » (cfr. *1 Thess.* **3, 1) novam ecclesiasticam circumscriptionem condere. Quam sententiam probantes, post auditos quidem venerabilem Fratrem Iosephum**

McGeough, Archiepiscopum titulo Hemesenum et Apostolicum in Africa Meridionali Delegatum, et venerabilem Fratrem Franciscum Ciernentem Van Hoeck, Abbatem « nullius » Pietersburgensem, summa Nostra auctoritate haec quae sequuntur decernimus atque iubemus. Ab abbatia ((nullius » Pietersburgensi territoria separamus civilium districtuum quos Soutpansberg, Lataba et Sibasa vocant, ex iisque novam Praefecturam Apostolicam condimus, *de Louis Trichardt* **nomine, quam Missionariorum Sacratissimi Cordis Iesu curis concredimus, ad Nostrum tamen et Apostolicae Sedis nutum, factis scilicet iis iuribus et oneribus quae solent ad Ecclesias talis ordinis spectare. Ceterum volumus ut has Litteras Nostras exsequendas curet venerabilis Frater Iosephus McGeough, quem diximus, vel quem ille delegaverit, factis necessariis potestatibus. Cum vero res acta fuerit, idem documenta exarari iubebit, eademque sinceris exemplis ad Sacram Congregationem Fidei Propagandae cito mittet. Quod si alius eo tempore Apostolicae Delegationi praesit, hic mandata omnia Nostra faciet.**

Hanc vero Constitutionem nunc et in posterum efficacem esse et fore volumus ; ita quidem ut quae per eam decreta sunt ab iis quorum res est religiose serventur, atque igitur vim suam obtineant. Cuius Constitutionis efficacitati nulla, cuiusvis generis, contraria praescripta officere poterunt, cum per eam iisdem derogemus omnibus. Nemini praeterea haec voluntatis Nostrae documenta vel scindere vel corrumpere liceat ; quin immo huius Constitutionis exemplis et locis, sive typis impressis sive manu exaratis, quae sigillum viri praeferant in ecclesiastica dignitate constituti simulque ab aliquo publico tabellione sint subscripta, eadem omnino habenda erit fides, quae huic haberetur, si ostenderetur.

Datum Romae, apud S. Petrum, die vicesimo septimo mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo sexagesimo secundo, Pontificatus Nostri quinto.

IACOBUS A. Card. COPELLO
S. R. E. Cancellarius

GREGORIUS P. Card. AGAGIANIAN
S. C. de Prop. Fide Praefectus

Franciscus Tinello
Apostolicam Cancellariam Regens

Bernardus De Felicis, *Proton. Apost.*

Iosephus Rossi, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

In Ap. Cane, tab., vol. CXI, n. 87.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris cathedrali ecclesiae Saigonensi conferuntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Spectabile monumentum Fidei catholicae, quam plurimi Ecclesiae filii e natione Vietnamensi sanguine effuso testati sunt, veluti ((semen christianorum)) spargentes, esse perhibetur princeps templum Saigonense, Almae Deiparae primae labis experti sacrum. Accedit quod haec ecclesia, anno MDCCCLXXX exaedificata, artis operibus ita commendatur, ut in praeclarioribus pietatis sedibus eiusdem regionis merito numeretur. Non est quin probet quattuor sacras turres, quibus amplum templum exornatur, aras marmore illustres, signum Beatae Mariae Virginis Immaculatae eleganti manu exsculptum, specularia colorum venustate insignia. Cupiens autem laudatae huius aulae Dei decus et momentum augere, Venerabilis Frater Nguyen Van Binh, Saigonensis Archiepiscopus, Nos rogavit, ut Basilicae Minoris nomine ac iure eandem donaremus. Quibus precibus libenti animo obsecundantes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Saigonensem cathedralem ecclesiam, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis Immaculatae consecratam, ad honorem et dignitatem *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae templis eodem nomine appellatis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIII mensis Novembris, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Beata Maria Virgo, « la Virgen de los Treinta y Tres » vulgo appellata, principalis Patrona eligitur Reipublicae Uruquarianae.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Nobilis Uruquarianorum terra, pratorum viriditate collibusque molliter sinuatis peramoena, de antiqua gloriatur marianae sede pietatis, quae, ut Christianos ad religionis sensum incitat, ita civium quemque ad adeptae libertatis memoriam, ad natae patriae primordia facile reducit. Etenim in templo principe urbis Ploridensis, cura summa asservatum, parvum colitur Beatae Mariae Virginis simulacrum, ex ligno exsculptum, quod non solum artificio venerationeque commendatur, sed ob egregium etiam heroum facinus monumentum perenne exstat gentis Uruquarianae. Siquidem, ut ex historiae fide constat, in gravissimo rerum discrimine, cum anno MDCCCXXV **de patria in libertatem vindicanda ageretur, delecta triginta trium virorum manus in mariana aede, veluti auspicandi causa, constitit, atque ibidem, bellum dubium susceptura, ante Virginis imaginem tricolor submisit vexillum, sacrisque rite interfuit. Inde deinceps evenit, ut Floridensis Virgo « la Virgen de los Treinta y Tres » vulgo appellaretur, eiusque cultus, fines illius urbis praeter gressus, communis toti evaderet Civitati. Nostra demum aetate — quod magnae Nobis laetitiae est — universus Reipublicae populus flagranti amore eandem Virginem prosequitur, quae, si reapse medium habitat templum, verius in omnium animis mentibusque vivere est dicenda. Quibus recte perpensis, episcopale Uruquariae collegium per suum Praesidem, Dilectum Filium Nostrum Antonium Mariam S. R. E. Presbyterum Cardinalem Barbieri, Archiepiscopum Montisvidei, a Nobis petiit, ut Apostolica Nostra auctoritate eandem tutelarem universae nationis renuntiaremus Patronam. Quod votum, nomine quoque Supremi Reipublicae Moderatoris, civilium magistratuum, sodalitatum religiosarum, cunctarumque denique Christifidelium ad Nostram Sedem allatum, libentissime adimplere statuimus, utpote qui, facta anno superiore licentia idem simulacrum aurea corona redimiendi, penitus cognoverimus quale Uruquarianis esset studium Virginis honorandae. Itaque, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpe-**

tuumque in modum, Beatissimam Mariam Virginem, quae vulgo « la Virgen de los Treinta y Tres » appellatur, cuius sacra imago in cathedrali ecclesia Floridensi religiosissime colitur, principalem apud Deum *Patronam* **totius Uruquarianae Reipublicae constituimus atque declaramus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae praecipuis locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Novembris, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Beata Maria Virgo Rosarii a Fatima praecipua Patrona dioecesis Propriensis eligitur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quae bellum dum fureret toto fere orbe saevissimum, tribus puerulis humana benignitate apparuit, Virgo Sanctissima a Fatima ad se plures in dies advocat cultores, quibus materni amoris munera dilargitur. Gravis ille e caelo delatus nuntius, ut ad deprecationem ac paenitentiam homines incitarentur, eo est iam pervagatus, ut plurimi hodie inveniantur Christiani, qui amplissimum eiusdem Deiparae patrocinium exoptent. Quod idem fieri in Propriensi dioecesi magna cum laetitia accepimus : ut enim Venerabilis Frater Iosephus Brandâo De Castro, Episcopus, significavit litteris, novae illius iurisdictionis sacri administri populusque fidelis, uno omnium consensu, praecipuam sibi Patronam Virginem a Fatima elegerunt, quamobrem nunc expetunt ut suum votum per Apostolicae decretum auctoritatis sanciatur. Quibus precibus esse libenter annuendum rati, Nos, e

Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deli^ beratione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum, Beatissimam Mariam Virginem Rosarii a Fatima principalem apud Deum totius Propriensis dioecesis caelestem *Patronam* **confirmamus, seu constituimus atque declaramus, omnibus adiectis honoribus ac privilegiis liturgicis, quae locorum Patronis rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xii mensis Decembris, anno MCMLXII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IV

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris honestatur ecclesia Beatae Mariae Virginis ab Angelis, usitato more Sancti Francisci Maioris (vulgo « San Francisco ei Grande ») appellata, dioecesis Matritensis.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Gloria Matriti non immerito templum praedicatur, quod, Beatae Mariae Virgini ab Angelis sacrum, usitato populi more nomine Sancti Francisci Maioris seu vulgo « San Francisco ei Grande», appellatur. Cuius originem ab illa repetunt aetate, qua praeclarissimus vir Asisinas, inops rerum terrenarum, supernis muneribus locuples, ut peregrinator, quemadmodum opinio fert accepta antiquitus, in Hispania est commoratus. Humilis aedes marialis ibidem olim constituta, saeculo xiv ad finem vergente refecta est et accessione aucta, eique gemina indita appellatio Iesu et Mariae. Quae ecclesia, cum per subsequentia tempora primores civitatis ibi sacella vel sepulchrorum monumenta curarent exstruenda ac publica sollemnia coetusque

agerentur, tantum momenti accepit, ut in Matritensibus templis priorem locum facile obtineret. Saeculo vero XVIII, inceptu Sodalium Franciscanum, qui in huius aulae Dei versabantur ministerio, ecclesia vetere subruta, novum templum ingenti molitione, artificio summo est aedificatum; quod opus, anno MDCCLXXXIV perfectum, Almae Deiparae ab Angelis, quam vocant, dicatum traditur esse. Tamen in rerum conversione, quae anno MDCCCXXXIV coepta est fieri, ex parte interempta ac demum deturbata inde Familia Sancti Francisci, templum ipsum, frequens olim concursibus populi, iniqua lege clausum est pluraque lustra vastum fuit ac derelictum. Tandem sub finem praeteriti saeculi, plebi Dei iterum patere iussum est et e squalore in novam speciem revocari, ac denique anno MCMXXVI Sodalibus Franciscalibus restitutum. Neque praetermittendum apud hanc ecclesiam sedem esse Pii Operis sacris locis Hierosolymitanis iuvandis, quod de ea per hominum aetates optime meritum esse cognoscitur. Ad artis autem rationem quod attinet, templum admodum commendatur; praeter molis enim amplitudinem, non est quin admiretur magnificentiam, praesertim rotundae partis mediae, cui tholus est impositus ac sex sacella a latere adiacent; e quibus unum maxime celebratur ob insigne simulacrum Beatae Mariae Virginis, « del Olvido » vulgo appellatae pieque excultae. Plurimum laudantur scamna chori opere antiquo faberrime facta, signa Caelitum Sanctorum, imagines colorum venustate expressae, marmora varia aliaque ornamenta. Itaque, rerum gestarum memoria, artificio, praecipue vero religione conspicua, haec ecclesia digna esse videtur, quae Apostolicae Sedis beneficio honoris consequatur incrementum. Libenti ergo animo preces audivimus, a dilecto filio eiusdem templi hodierno rectore ad Nos admotas et Venerabilis Fratris Leopoldi Eijo y Garay, Episcopi Matritensis-Complutensis, Indiarum Occidentalium Patriarchae, commendationis officio suffultas, ut scilicet Basilicae Minoris nomen ac ius benigne ipsi tribueremus. Est etiam prae Nobis ferendum hisce supplicationibus sua vota iunxisse dilectum Filium Ferdinandum Mariam Castiella, ab Exteris Hispaniae negotiis Administrum. Quae cum ita sint, Nos e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum Matritensem ecclesiam Sanctae Mariae ab Angelis seu, ut communiter appellatur, Sancti Francisci Maioris, vulgo « San Francisco ei Grande », ad dignitatem ***Basilicae Minoris*** **evehimus, omnibus cum iuribus et privilegiis, quae templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis non ob-**

stantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super bis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die n mensis Februarii, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

V

Ecclesia Immaculato Cordi Beatae Mariae Virginis dicata, quae in urbe Fluminis Ianuarii exstat, titulo Basilicae Minoris decoratur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Brasiliana metrópolis, quam si petis, magnifico quasi visu recrearis monumenti illius ad Redemptoris nostri gloriam in monte « Corcovado » audacissime excitati, multa sive sacra sive profana suo complexu continet artificia, quibus ecclesiam ab Immaculato Corde Beatae Mariae Virginis recte ac merito accensent. Studio enim sodalium religiosorum populique fidelis largitate, tantum haec aedes habet venustatis, ut praeclarum architectonices opus a prudenti aestimatore iudicetur. Qui tametsi varios huius artis modos facile in ea deprehendit, infitiari tamen nequit totius structurae unitatem speciemque ornamentorum singularem. Columnae et fornices, bifores fenestrae et alta laquearía sacri huius aedificii signant pulchritudinem. Arae maximae imminet tergemina Summi Pontificis tiara e marmore, quae, firmis nixa fulmentis, grande quiddam inspirat aspicienti. Verum praecipua reticetur laus, nisi de pastorali opera loquimur, quam Claretiani sodales, ad sui Patris Legiferi praecepta animorum iuvandorum sollicitudine impulsi, in administranda paroecia insumunt. Quae sancta enim incepta, itemque religionis studium, ac praesertim ingenuus erga Immaculatum Cor Beatae Mariae Virginis cultus inde tamquam a capite ac fonte proveniunt, ea omnia curiatis, in primis vero iuvenibus f eli-

cissime cedunt. Revoluto quidem quinquagesimo anno a trium piarum Sodalitatum exordio, sacerdotes Claretiani una cum provinciae Praeposito, fidelesque paroeciae universi Nobis preces admoverunt, ut ad maiorem Dei gloriam Eiusque Matris honorem, insigne quod diximus templum congruenti dignitatis titulo augeremus. Quod votum, amplissima Dilecti Filii Nostri Iacobi Cardinalis de Barros Cámara, S. Sebastiani Fluminis Ianuarii Archiepiscopi, commendatione accedente, libenti animo statuimus explere. Quocirca, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum paroecialem ecclesiam, ab Immaculato Corde Beatae Mariae Virginis appellatam, atque in urbe Fluminis Ianuarii exstantem, ad honorem ac dignitatem *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die ix mensis Februarii, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
ff *publicis Ecclesiae negotiis*

VI

Titulus ac privilegia Basilicae Minoris cathedrali archiepiscopali ecclesiae Catanensi conferuntur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Agatha, splendidissima Christi virgo et martyr, Catanam, urbem nobilem, haud procul ab ardente ac floricoma positam Aetna, sanctificat, templum princeps, eius honori ibi super parietinas Achillearum thermarum exstructum faberrime, ornat; eccle-

siam dicimus, quae caput ac sedes praecipua pietatis erga eam esse cognoscitur, quae fldem et castimoniam est sanguine suo testata, quod sacra ipsius ossa ibidem sunt honorificentissime condita; molem amplissimam dicimus, quae documento est, quantam dignitatem Catanenses huic ecclesiae civis ac Patronae suae, quanta ingenii ubertate artifices tribuere speciem studuerint. Haec anno MXCIV perfecta et « Christi sponsae Deo dilectae triumphanti Agathae », ut est in vetere titulo, consecrata, multiplici structurae genere ac decorandi ratione insignitur tam luculenter, ut, rebus omnibus aptis inter se et convenientibus, admirationem non moveat nemini. Ad Normannorum enim architecturam severiorem, quam in absidibus etiamnum est conspicere, elegantia additur, quae antiquis renatis litteris artibusque obtinuit quaque Canonicorum scamna commendantur, maiestatem deinde picturae, qua xvi inclaruit saeculum, subsequentis aetatis operum excipit splendor, cuius specimen eximium frons merito habetur, saeculo denique xviri tholtis est aedificio impositus, scilicet culmen, quod sublime surgit ad auras. Est etiam prae Nobis ferendum hoc templum, quoties terrae motu quassum est atque eversum, toties invicto pietatis studio esse reiectum. De sepulchrorum etiam monumentis libet commemorare, quibus sacrorum Antistites, reges, optimates, modulator ille, musices peritissimus, Vincentius Bellini, conteguntur. Nec minus rebus gestis ecclesia praedicatur melita esse et ob summas caerimonias perfrequens. Iuvat enim in mentem revocare, missis veteris aetatis eventibus, sollemnia, quae anno MCMXXVI acta sunt ob octavum expletum saeculum ex quo corpus Sanctae Agathae, Constantinopolim olim ablatum, in hanc sedem suam est incredibili cum populi laetitia restitutum, et quae anno MCMLI, martyrii eiusdem gloriosae virginis recurrente saeculari memoria, celebrata fuerunt, « festiva apparatuum copia sacrorumque rituum magnificentia et augusta Antistitum ecclesiarum civiliumque magistratuum praesentia et studiosa fidelium undique Siciliae convenientium frequentia ».[1] Quis demum non meminit Conventum Eucharisticum ab Italica Natione anno MCMLIX Catanae habitum, quo ingens multitudo, pio excita ardore, se Christo Domino, Auctori vitae in Sacramento dilectionis praesenti, se circumfudit? Quam Nos ipsi, pro pastorali munere, per aetherias undas tunc sumus allocuti. Nec est qui ignoret a civibus advenisque incensis animis festum diem coli quotannis, quo sin-

[1] Cfr. Epist. Pii Pp. XII ad Adeodatam I. Card. Piazza die 30 Iulii anno 1951 data ; *A. A. S.* XLIII, 1951, p. 593.

gulari honore affici solet Beatissima Agatha, praevalido tutrix, ab ignibus Aetnaeis liberatrix, pestilentiae et irrumpentium dudum hostium expultrix, sanationum aliorumque miraculorum effectrix. In huius praeterea ecclesiae maximae ministeriis sufficientes numero versantur ecclesiastici viri, quos Apostolica Sedes muneribus loci dignitati congruentibus adauxit. Templo igitur tot laudibus illustrato novum cupiens honorem adiungere, qui a Pontificia proficisceretur auctoritate, Venerabilis Frater Guido Aloisius Bentivoglio, Archiepiscopus Catanensis, Nos rogavit, ut id Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Quibus precibus libenti animo concedentes, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum cathedralem archiepiscopalem ecclesiam Catanensem ad dignitatem et honorem *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis, hoc nomine insignibus, rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XII mensis Martii, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

VII

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris paroecialis ecclesia Beatae Mariae Virginis Poloniae Reginae, in urbe Cracovia, decoratur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Reginae Poloniae, quo suavissimo nomine Beata Maria Virgo ab eius regionis incolis solet appellari, sacrum templum urbis Cracoviae non solum decus egregium praedicatur, sed etiam ad colendam pietatem singulare invitamentum. Saeculo

enim x i n **ab Ivone Episcopo, patrno Sancti Hyacinthi, Ordinis Dominiciani sodalis clarissimi, condita, ea ecclesia fuit subsequente aetate ad ((Gothicum » structurae genus accommodata multisque postmodum altaribus aucta atque sacellis. Non est quin ornamenta lignea maximae arae miretur et imagines in parietibus eleganti manu depictas. Nec immerito sacra turris dilaudatur, unde post unius cuiusque horae ictum modi musici honori Almae Deiparae, victricis Reginae, in quattuor orbis terrarum partes a custodibus publicis eduntur. Quae omnia, cum anno** MCMXii **Cracoviam inviseremus, Nos ipsi meminimus non sine magna probatione cognovisse. Est praeterea memorandum id templum, ob amplitudinem molis et maiestatem in famam provectum, a medio, quod vocant, aevo sedem esse sodalitatum artificum atque opificum, stata sollemnia ibi celebrare solitarum. In primariae vero eiusdem paroecialis ecclesiae ministeriis plures versantur sacerdotes, quorum archipresbyter a Sede Apostolica praecipuis decoratus est privilegiis. Nec praetermittenda maxima laus : est enim perfrequens concursibus populi, qui rebus in secundis et adversis eo accedit quasi ad fontem vitae, qua animus pascitur, et imaginem Beatae Mariae Virginis Czestochoviensis, ibi propositam, et venustissimum simulacrum Iesu Christi cruci aífixi perpetua veneratione prosequitur. Quoniam igitur haec ecclesia genuina commendatione artis et religionis est imprimis praeclara atque insignis, ac praeterea hoc anno « Dies Mariales » magno cum apparatu Cracoviae celebrabuntur, Venerabilis Frater Carolus Wojtyla, Episcopus titulo Ombitanus et Vicarius Capitularis Cracoviensis, Nos rogavit, ut eam Basilicae Minoris nomine ac iure donaremus. Nos autem his precibus, quibus dilectus Filius Noster Stephanus Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyter Cardinalis Wyszyñski, Archiepiscopus Varsaviensis et Gnesnensis, Poloniae Primas, amplissime est suffragatus, statuimus libenter obsecundare. Quae cum ita sint, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum paroecialem ecclesiam Deo in honorem Beatae Mariae Virginis, Poloniae Reginae, Cracoviae consecratam, titulo ac dignitate** *Basilicae Minoris* **afficimus, omnibus adiectis iuribus et privilegiis, quae templis eodem honore decoratis rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et iii posterum plenissime suffragari; sicque rite**

iudicandum esse ac definiendum ; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xx mensis Martii, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri quinto.

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

VIII

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris ecclesia cathedralis Fabrianènsis dioecesis decoratur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Nobilis Piceni urbs, quae patria Gentilis illius praedicatur atque chartariae artis quasi locus princeps non immerito habetur, non solum civilibus memoriis, verum etiam religiosis laudibus excellit. Viri enim sanctitate insignes, ut Romualdus et Silvester, Leo Pp. XII, Noster Decessor fel. rec, aliique antistites et administri sacrorum, populus avitae retinens fidei, religiosa magni nominis instituta, templa perpulchra aperte ostendunt Ecclesiae Fabrianènsis claritatem, quae, etsi re vera saeculo xvin ab Ecclesia Camerina est orta, longe ante tamen viguit. Media aetate, cum Fabrianum liberi municipii iure frueretur, aedes humilis exstructa est eademque, nomine Venantii Martyris appellata, brevi ob pastoralem canonicorum collegii industriam ita crevit, ut oppidis vicisque continentibus quasi ludus christianae doctrinae exsisteret divinique cultus sedes celebrata. Ea enim alias ecclesias et sacella in sua tenuit dicione, pluresque constituit sodalitates quae sive religionis sive caritatis officiis consulerent, cum interea, exteriore structura firmata, venustis operibus ac parietariis picturis exornabatur. Deinde postea, quoniam prius hoc aedificium, temporis iniuria laesum, collapsurum videbatur, novum fere templum est excitatum; quod idem, anno MDCLXIII sollemni ritu consecratum, insequenti saeculo, cum a Benedicto Pp. XIII Fabrianènsis dioecesis condita est, episcopalis cathedrae est auctum honore. Nunc autem, annis trecentis ab hac dedicatione exactis, Venerabilis Frater Macarius Tinti,

Episcopus Fabrianènsis, a Sede Apostolica petit, ut festi qui apparantur ritus novo eximioque beneficio cumulentur, ut scilicet cathedrale idem templum Basilicae Minoris titulo decoretur. Quas preces benigno animo admittere statuimus, pro certo habentes quam ecclesiae detulerimus dignitatem, eam magnae laudi fore universae dioecesi, tam bene de re catholica meritae. Quapropter, ex Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum cathedrale templum Fabrianense, Deo in honorem S. Venantii Martyris dicatum, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* **afiicimus et exornamus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis liturgicis, quae templis eodem nomine insignibus rite competunt. Contrariis quibusvis nihil obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere ; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere ; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXII **mensis Martii, anno** MCMLXIII, **Pontificatus Nostri quinto.**

HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

IX

Titulo ac privilegiis Basilicae Minoris cathedralis ecclesia Floridensis honestatur.

IOANNES PP. XXIII

Ad perpetuam rei memoriam. — Floridense templum princeps sedes pietatis praedicatur totius dioecesis incolarum, quin etiam Uruquarianae nationis, siquidem ibi asservatur atque excolitur imago Beatae Mariae Virginis, a « Triginta Tribus viris » appellatae, qui, ante eam, Almam Deiparam deprecati, in magno rerum discrimine patriam in libertatem vindicandam susceperunt. Ob singularem cultum exinde eidem simulacro adhibitum, hoc non ita pridem, Nostra auctoritate, fuit aureo

diademate redimitimi, et ipsa Virgo et Regina caelestis, nomine illo insignis, universae Dicionis Uruquarianae principalis renuntiata Patrona. Praeter has laudes, quae ad religionem pertinent eamque ob causam praecipuae sunt merito habendae, templum, anno MDCCCLXXVII **exstrui coeptum, magnificentia non paulum commendatur. Duae enim sacrae turres venustae décorant frontem, nec est quin probet ianuas faberrime factas, opus musivum, supra mediam earum positum, maximam aram ex Italico marmore, imagines, quibus interior pars ecclesiae non modice ornatur. Sacra supellectile pretiosa ceterisque rebus, divinis ritibus aptis, his splendor accrescit. Volens autem huius augustae domus Dei et Mariae augere honorem, Venerabilis Frater Humbertus Tonna, Floridensis Episcopus, Nos rogavit, ut ei Basilicae Minoris nomen ac ius benigne tribueremus. Quibus precibus libenti animo admissis, Nos, e Sacrae Rituum Congregationis consulto, certa scientia ac matura deliberatione Nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum cathedralem ecclesiam Floridensem ad dignitatem** *Basilicae Minoris* **evehimus, omnibus adiectis iuribus ac privilegiis, quae templis, eodem nomine appellatis et honore praeditis, rite competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus. Haec edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque, ad quos spectant seu spectare poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari ; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die i mensis Aprilis, anno MCMLXIII, **Pontificatus Nostri quinto.**

HAMLETUS I. **Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

EVANSVICENSIS

DECRETUM

Translationis Cathedrae episcopalis

Constitutione Apostolica ((Ecclesiae Universalis sollicitudo » a cl. me. Pio Papa Decimosecundo, die vigesima prima mensis Octobris A. D. millesimo nongentesimo quadragesimo quarto data, sedes episcopalis Evansvicensis pro tempore Antistitis in urbe vulgo « Evansville » constituta est, paroecialisque ecclesia in eadem urbe exstans, Deo in honorem Beatae Mariae Virginis in Coelum Assumptae dicata, ad Evansvicensis cathedralis ecclesiae gradum et dignitatem evecta.

Cum vero, labentibus annis, praefatae sacrae aedes, attentis mutatis Evansvicensis urbis adiunctis, dioeceseos necessitatibus minus aptae in dies affectae fuerint, Excmus P. D. Henricus Iosephus Grimmelsman, Episcopus Evansvicensis, vota universi cleri omniumque fidelium exprimens, ab Apostolica Sede enixe postulavit ut episcopalis Cathedra Evansvicensis pro tempore Antistitis in paroecialem ecclesiam Sanctissimae Trinitati dicatam, in eadem praefata Evansvicensi urbe exstantem, transferretur, et eadem ecclesia ad gradum et dignitatem ecclesiae pro-cathedralis eveheretur.

Porro haec Sacra Congregatio Consistorialis, re mature perpensa ac habito favorabili voto Excimi P. D. Aegidii Vagnozzi, Archiepiscopi titularis Myrensis et in Civitatibus Foederatis Americae Septemtrionalis Delegati Apostolici, rata id ad fidelium utilitatem valde profuturum, porrectis precibus annuendum censuit.

Quapropter, suppleto, quatenus opus sit, eorum interesse habentium vel habere praesumentium consensu, vigore specialium facultatum a Ssmo Domino Nostro Paulo Divina Providentia Pp. VI sibi tributarum, praesenti Consistoriali Decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae datae forent, memoratam paroecialem ecclesiam, Sane-

tissimae Trinitati dicatam, ad gradum et dignitatem ecclesiae pro-cathedralis Evansvicensis evehit, ita ut in eadem episcopalis Cathedra posthac erigi possit ac debeat, collatis simul omnibus praerogativis, iuribus et privilegiis quibus ceterae pro-cathedrales ecclesiae, ad normam iuris communis, fruuntur.

Ad haec omnia exsecutioni mandanda S. Congregatio Consistorialis deputat memoratum Exctmum P. D. Aegidium Vagnozzi, eidem tribuens facultates necessarias et opportunas etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad eandem S. Congregationem Consistorialem authenticum exemplar actus peractae exsecutionis quam primum remittendi.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 6 mensis Septembris anno 1963.

CAROLUS **Card.** CONFALONIERI, *a Secretis*

L. © S.

t Franciscus Carpino, Archiep. Serdicen., *Adsessor*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

i

ROMANA **SEU** VESTMONASTERIEN.

Beatificationis et canonizationis Venerabilis Servi Dei Dominici a Matre Dei, sacerdotis professi Congregationis Clericorum Excalceatorum Ss.mae Crucis et Passionis D. N. I. C.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, **tuto** *procedi possit ad sollemnem eiusdem Venerabilis beatificationem.*

Dei hominumque Mediator, Christus Dominus, ut dispersos filios in unum congreget, *prophetas et sapientes et scribas* **mittere non cessat (cfr.** *Mt.* **23, 34), quos ab aeterno novit, in tempore sanctificat, verbis et**

donis ditat, atque super gentes et regna constituit ad evellendum et aedificandum, ad destruendum et plantandum, recordatus misericordiae suae in aeternum (cfr. *Ier.* 1, 10 ; 2, 3), et sanguinis testamenti in cruce effusi. Quos inter peculiari providentia Deus suscitavit Venerabilem Dominicum a Matre Dei, qui revocandis in unum Christi ovile Anglicis fratribus sedulam conferret operam.

Is namque Viterbii, die 22 Iunii a. 1792, honestis piisque ex ruricolis ortus, in Dei timore ac pietate erga Beatam Virginem adolevit. Utroque parente mature orbatus, ab avúnculo recipitur et agrorum culturae addicitur. Acri autem praeditus ingenio, in lectionem vacuum tempus consumebat. Multifariam a Deo stimulatus, omne tandem saeculi propositum seposuit, et sodalitatem clericorum a Passione Domini nuncupatam ingressus, religiosa vota die 15 Novembris a. 1815 professus est. Sacerdotio anno 1818 initiatus, eiusdem sodalitatis clericos Vetrallae et in Urbe sacris disciplinis religiosisque moribus per decem annos exemplo et doctrina instituit. Lucensis recessus deinde rector ac provinciae a Virgine Perdolente praepositus et consultor, omnia omnibus factus est, ut omnes sanctificaret. Multa eaque caelesti sapientia amplaque doctrina referta conscripsit. Sacris expeditionibus spiritualibusque exercitiis tradendis maximo cum animarum fructu plurimum incubuit. Profligandis etiam serpentibus tum erroribus impiger intendit. Anno 1840 moderator electus est expeditionis Congregationis a Passione extra Italiae fines propagandae et dilatandae, atque a. 1841 e Belgio in Angliam transmigravit. Prima posita apud ((Aston Hall)) prope *Stone* sede, catholicam veritatem mira alacritate et constantia ibi diffundere coepit. Romanos invehere mores, religiosas domos et ecclesias erigere, catholicos fideles sacris excolere expeditionibus, gregem sibi commissum pascere, novitios et clericos studiis addictos instituere, exordientis Anglicam - Belgicae provinciae regimen gerere, scriptis et sermonibus ceteros ad catholicam unitatem reducere : haec praecipua eius munera impigre sancteque in Anglia exercita, contemplationi ac paenitentiae perpetuo coniuncta. Eius autem inceptis ita Deus favit, ut clarissimus Ioannes H. Newman, vitam doctrinamque Servi Dei admiratus, catholicam fidem, una cum aliis multis Anglicanae professioni addictis, eius ministerio amplexatus sit.

Fractus tandem laboribus potius quam annis, Famulus Dei, *Reading* **cum iter ageret, cordis morbo subito correptus, sacra Confessione expiatus, die 27 Augusti a. 1849 animam Deo reddidit.**

Plurimi apostolatus fructus eius obitum exceperunt et lata sanctitatis fama. Quare, Cardinali L. Paroccbi Urbis Vicario hortante, ordinariis processibus Romae, Viterbii, Verulis et alibi constructis riteque examinatis, die 14 Iunii anno 1911 S. Pius decimus commissionem introductionis causae apud Sacram Rituum Congregationem instituendae signavit. Post apostolicas Viterbii, Verulis et Birminghamiae habitas inquisitiones, quae validae ab hac Sacra Congregatione agnitae sunt die 2 Martii a. 1932, ad disceptationes super virtutibus Servi Dei deventum est : quas heroicum attigisse culmen Pius Papa XI die 16 Maii a. 1937 edixit. Exercita postea quaestione de miraculis, quae, eodem Venerabili intercedente, a Deo patrata ferebantur, omnique re in suetis comitiis diligenter exquisita, die 5 Octobris anni huius decurrentis Ssmus Dominus noster Paulus Papa VI de duobus constare pronuntiavit.

Reliquum erat ut, iuxta sacri huius Fori leges et statuta, dubium proponeretur : *An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum,* **tuto** *procedi possit ad sollemnem eiusdem Venerabilis beatificationem.* **Cui quidem dubio Efiii Cardinales, sacris ritibus tuendis praepositi, Praelati Officiales Patresque Consultores favorabile suffragium scripto ediderunt. Beatissimus vero Pater, Sancti Spiritus lumine implorato, sententiam Sacrae Rituum Congregationis ratam habuit et confirmavit, edicens : Tuto** *procedi posse ad sollemnem Venerabilis Servi Dei Dominici a Matre Dei beatificationem,* **atque Decretum hac super re promulgari statuit et in acta Sacrae eiusdem Congregationis referri, Litterasque Apostolicas sub anülo Piscatoris de sollemniis beatificationis in Patriarchali Basilica Vaticana quandocumque celebrandis conscribi mandavit.**

Datum Romae, die 18 Octobris a. D. 1963.

ARCADIUS **M. Card.** LARRAONA, *Praefectus*

L. $ S.

f Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *a Secretis*

II
TAURINEN.

Beatificationis et canonizationis Venerabilis Servi Dei Leonardi Murialdo, sacerdotis et fundatoris Piae Societatis Taurinensis a S. Ioseph.

SUPER DUBIO

An, stante approbatione virtutum et duorum miraculorum, **tuto** *procedi possit ad sollemnem eiusdem Venerabilis beatificationem.*

Quamvis sanctae Ecclesiae sit in primis homines ad sanctitatem adducere et caelestium bonorum participes facere, ipsa tamen, Conditoris sui Christi Domini praecepta in rem conficiens eiusque exemplum imitata, ea non negligit quae ad terrenam ac mor talem eorundem vitam pertineant. Eapropter viri quam plurimi et mulieres, mundi spretis illecebris ac divitiis, non solum de animarum salute, verum etiam de cotidianae hominum vitae necessitatibus deque eorum recta optimaque institutione solliciti fuere. Eos autem aptius egisse facili constat experientia, qui ad novas hominum propagines, ad iuvenes videlicet, oculos viresque praecipue converterint, sicque de Ecclesia deque civili societate optime meriti sunt.

Hos inter iure meritoque accensendus est Ven. Servus Dei Leonardus Murialdo, Piae Societatis Taurinensis a Sancto Ioseph conditor. Is namque, die 26 Octobris a. 1828 natus, totam consumpsit vitam in christianam iuventae educationem ac socialem et technicam, quae dicitur, institutionem, quorum in beneficium collegia aperuit, orphanotrophia, colonias agrícolas aliaque opera oeconomica, auxiliaria et quae ad artes et ministeria spectant.

Sanctitatis et miraculorum fama post eius obitum, qui die 30 Martii a. 1900 obtigit, adeo in dies aucta et diffusa est, ut tandem causa de beatorum caelitum honoribus eidem decernendis agi coepta sit. Instructis itaque ordinariis in curia ecclesiastica Taurinensi processibus, causa apud Sacram Rituum Congregationem die 23 Novembris a. 1921 introducta est. Absolutis deinde processibus apostolicis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus earumque adnexis in tribus ad iuris normam coetibus disceptatum est; eas virtutes, quibus Dei Servus inclaruerat, heroicum attigisse fastigium Ioannes Papa XXIII die 26 Aprilis a. 1961 decrevit. Postea agitari coepta est quaestio de miraculis, quibus Venerabilis Leonardi Murialdo virtutes confirmari dicebantur, ac diligenti

instituto examine, cum duo ex illis vera atque explorata iudicata essent, Summus Pontifex Paulus VI de illorum veritate Decretum edidit die 5 Octobris anni huius.

Hoc unum supererai, ut cuncta Sacra Rituum Congregatio interrogantur, num Venerabilem Servum Dei inter Beatos recenseri posse existimaret. Id *tuto* fieri posse Purpurati Patres, Officiales Praelati Patresque Consultores unanimo sensu responderunt. Attamen Summus Pontifex in re tanti momenti pandere suam mentem distulit, donec fervidis precibus a Patre luminum subsidium opemque posceret.

Quod cum impense fecisset, tandem hodierno die, postquam Sacris pie operatus est, Sacrae Rituum Congregationis votum ratum habuit et confirmavit, edicens : tuto *procedi posse ad sollemnem Venerabilis Leonardi Murialdo beatificationem.*

Hoc autem Decretum rite promulgari, in acta eiusdem Sacrae Congregationis referri Apostolicasque Litteras sub anulo Piscatoris de solemniis beatificationis in Vaticana Basilica quandocumque celebrandis conscribi mandavit.

Datum Romae, die 18 Octobris a. D. 1963.

ARCADIUS **M. Card.** LARRAONA, *Praefectus*

L. © S.

f Henricus Dante, Archiep. Carpasien., ***a Secretis***

III

NEAPOLITANA

Beatificationis et canonizationis Venerabilis Servi Dei Vincentii Romano, sacerdotis saecularis, parochi loci Herculani, modo Turris Octavae, vulgo « Torre del Greco ».

SUPER DUBIO

An, stante virtutum et duorum miraculorum approbatione, **tuto** ***procedi possit ad sollemnem eiusdem Venerabilis beatificationem.***

Patriae decus et custos, civiumque dulce tutamen, Venerabilis Dei Famulus Vincentius Romano ad supremos altarium honores festinanter properat.

In oppido Herculani, modo Turris Octavae, vulgo « Torre del Greco »,

anno 1751 natus, in Neapolitano seminario studiis vacavit et sacerdotio auctus est. Boni Pastoris vestigia sequutus, in animarum salutem lucrandam naviter operam 'dedit ; parochus tandem nativi oppidi renuntiatus, concreditas sibi oves ad salutis semitas perducere indesinenter adlaboravit. Forma gregis factus ex animo, nullo humano solatio indulsit, ut omnibus proficeret. Meritis onustus, ad aeterna praemia volavit die 20 Decembris anno 1831.

Sanctitatis fama virente, in Neapolitana curia ordinarii processus instituti fuere, et Gregorius Papa XVI anno 1843 commissionem introductionis Causae propria manu signavit. Apostolico processu condito riteque recognito, tribus de more Congregationibus praemissis, Leo Papa XIII die 25 Martii anno 1895 heroicas virtutes approbavit.

Humano testimonio de Venerabilis Dei Famuli sanctitate divinum miraculorum accessit, uti ex Decreto diei 5 mensis Septembris huius anni constat.

Quo autem acta alicuius Servi Dei beatificationem respicientia iure compleantur, sapienter institutum est ut dubium in S. Rituum Congregatione discutiatur: *An, stante virtutum et duorum miraculorum approbatione,* **tuto** *procedi possit ad eiusdem Servi Dei beatificationem.* **Id fieri posse cum Patres Cardinales sacris tuendis ritibus praepositi, tum Praelati Officiales Consultoresque theologi cunctis suffragiis affirmavere. Beatissimus vero Pater Paulus Papa VI, omnibus mature perpensis, mentem suam aperire distulit, ut interim preces effunderentur ad caelestia lumina imploranda.**

Hanc vero diem selegit in qua, Sacro pie litato, Sacrae Rituum Congregationis votum suprema sua auctoritate ratum habuit et confirmavit, edicens : tuto *procedi posse dd sollemnem Venerabilis Dei Famuli Vincentii Romano beatificationem.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri, in acta S. Rituum Congregationis referri Apostolicasque Litteras sub anulo Piscatoris, de solemniis beatificationis in Basilica Vaticana quandocumque celebrandis conscribi mandavit.

Datum Romae, die 18 Octobris a. D. 1963.

ARCADIUS **M. Card.** LARRAONA, *Praefectus*

L. **£g S.** :

t Henricus Dante, Archiep. Carpasien., *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

5 agosto 1963. Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Larraona Arcadio e Browne Michele, *Membri del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.*

1 ottobre » Gli Emi e Revmi Signori Cardinali Antoniutti Ildebrando e Bea Agostino, *Membri della Suprema Sacra Congregazióne del Sant'Offizio.*

21 » » L'Illmo e Revmo Monsig. Mauro Antonio, *Capo del Protocollo della Segreteria di Stato di Sua Santità.*

29 » » Il Revmo Padre Lievin Germano, dei Redentoristi, *Consultore della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

31 » » Il Revmo Padre Dhanis Edoardo, della Compagnia di Gesù, *Consultore della Suprema Sacra Congregazione del Sant'Offizio.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni XXIII, di venerata memoria, si degnò di nominare :

Prelati Domestici di Sua Santità:

5 gennaio 1963. Monsig. Healey Giuseppe (Rockford).
» » Monsig. Arpin Eimondo (Salina).
» » Monsig. Brown Cornelio (Salina).
» » Monsig. DiCkman Bernardo (Salina).
» » » Monsig. Girard Armando (Salina).
» » Monsig. McManus Giovanni (Salina).
» Monsig. Menard Raimondo (Salina).
» » » Monsig. Merchant Guglielmo (Salina).
» » Monsig. Moran Michele (Salina).
» Monsig. Senecal Francesco (Salina).
» » Monsig. Weigel Edgardo (Salina)..
12 » Monsig.' Newman Lorenzo (Raleigh).
19 » Monsig. Fitzpatrick Denis Giuseppe (Boston).

19	**gennaio**	**1963.**	**Monsig. O'Neill Cristoforo Cornelio (Boston).**
		»	**Monsig. Sheehan Giovanni Giuseppe (Boston).**
»		»	**Monsig. Conde Basanta Antonio (Coria-Cáceres).**
»	»		**Monsig. González Santiago Gesù (Coria-Cáceres).**
»	»		**Monsig. Martínez Valero Giuseppe (Coria-Cáceres).**
»			**Monsig. Valencia Pastor Raffaele (Coria-Cáceres).**
»			**Monsig. Alberto Tommaso (La Rio ja).**
			Monsig. Geuna Pietro (Rio Cuarto).
			Monsig. Olynyk Giovanni (Saskatoon).
			Monsig. Pasichniak Onufrey (Saskatoon).
26		»	**Monsig. Cinquini Silvio (Livorno).**
2	**febbraio**		**Monsig. Ciuf oli Bonaventura (Erie).**
»		»	**Monsig. Connelly Ennis (Erie).**
»		»	**Monsig. Dlugolecki Stefano (Erie).**
		»	**Monsig. Gannon Giacomo (Erie).**
			Monsig. Goober Paolo (Erie).
		»	**Monsig. Keating Giovanni (Erie).**
		»	**Monsig. Kelly Luigi (Erie).**
»			**Monsig. Theobald Francesco (Erie).**
»	»		**Monsig. Kelly Giacomo (Glasgow).**
»	»	»	**Monsig. Verhelst Renato (Lille),**
		»	**Monsig. Latourelle Giuseppe Aldo (Pembroke).**
	»	»	**Monsig. Maika Ambrogio Giovanni (Pembroke).**
»			**Monsig. Ochoa Giuseppe dell'Ascensione (Puebla de los Angeles).**
			Monsig. Reyes Alfonso (Puebla de los Angeles).
9			**Monsig. Buckley Giuseppe Clifford (Clifton).**
	»	»	**Monsig. Sutton Giuseppe Patrizio (Clifton).**
»	»		**Monsig. Arsenault Giovanni Teodoro (Portland, Maine).**
»		»	**Monsig. Barrett Giovanni Giuseppe (Portland, Maine).**
»		»	**Monsig. Cyr Armando Edoardo (Portland, Maine).**
»	»		**Monsig. Dubè Arturo Giuseppe (Portland, Maine).**
	»	»	**Monsig. Tierney Michele Francesco (Portland, Maine).**
		»	**Monsig. Eichinger Alberto Giuseppe (Saint Paul).**
»		»	**Monsig. Lapinski Giuseppe Francesco (Saint Paul).**
		»	**Monsig. Me Dougall Guglielmo (Salt Lake City).**
			Monsig. Mplloy Cronan (Steubenville).
16	»		**Monsig. Quillot Max (Orléans).**
			Monsig. Radenac Enrico (Orléans).
»	»	»	**Monsig. Fiore Salvatore (Roma).**
»	»	»	**Monsig. Bretz Giovanni (Springfield in Illinois).**
		»	**Monsig. Croke Guglielmo (Springfield in Illinois).**
			Monsig. Knoedler Enrico (Springfield in Illinois).
		»	**Monsig. Moriarty Daniele (Springfield in Illinois).**
	»		**Monsig. O'Neill Tommaso (Springfield in Illinois).**
			Monsig. Suddes Giacomo (Springfield in Illinois).
»			**Monsig. Will Irvino (Springfield in Illinois).**
	»	»	**Monsig. Wiskirchen Lorenzo (Springfield in Illinois).**
24	»		**Monsig. Damaillacq Beniamino (Aire-Dax).**

24 febbraio 1963. Monsig. Meunier, Andrea (Liége).
» » Monsig. D'Onofrio Arturo (Nola).
» Monsig. Doyle Arturo (Rapid City).
» -.Monsig. Major Girolamo (Rapid City).
» Monsig. Thompson Michele (Rapid City).
» » Monsig. Walsh Giacomo (Rapid City).
» » Monsig. López Giorgio Emanuele (Rosario).
Monsig. Martin Guglielmo Aureliano (Rosario).
3 marzo » Monsig. Di Taranto Lorenzo (Bovino).
» » Monsig. Cárdena Stefano (Fermo).
» » Monsig. Stefanelli Francesco (Roma).
9 » Monsig. Cascio Bosco Calogero (Agrigento).
» » Monsig. Casuccio Giovanni (Agrigento).
» Monsig. Pitt Giorgio (Clifton),
» Monsig. Masci Antonio (Marsi).
» » Monsig. Bowman Michele Giuseppe (Sandhurst).
Monsig. De Campo Pietro Francesco (Sandhurst)
» » Monsig. Egan Giovanni Francesco (Sandhurst).
» Monsig. Murphy Davide Guglielmo (Sandhurst).
» » Monsig. 0'Sullivan Patrizio (Sandhurst).
» Monsig. Owens Arturo Edoardo (Sandhurst).
8 » Monsig. Chiodi Luigi (Bergamo).
» » Monsig. Valoti Pier Mauro (Bergamo).
23 Monsig. Ausiello Lanieri Renato (Ventimiglia).
30 » Monsig. Rinaldi Vitantonio (Anglona-Tursi).
» » » Monsig. Martinelli Oddo (Gubbio).
Monsig. Cahill Lorenzo (New York).
» » » Monsig. Green Geraldo (New York).
». » » Monsig. Chang Giuseppe (Pusan).
» » Monsig. Cultrera Giovanni (Siracusa).
» » Monsig. Musumeci Ottavio (Siracusa).
» » Monsig. Caliaro Luigi (Vicenza).
» » Monsig. Fanton Carlo (Vicenza).
IG aprile Monsig. Terreno Valentino (Mondovi).
20 » Monsig. Rubin Ladislao (Lwów dei Latini).

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Paolo VI, felicemente regnante, si è degnato di confermare :

Camerieri segreti soprannumerari di Sua Santità:

27 giugno 1963. Monsig. Vallarne Fausto (Aosta).
» » » Monsig. Carbone Vincenzo (Mòntevergine).
28 » » Monsig. Chambers Giacomo (Buffalo).
» » » Monsig. Mauriello Attilio (Conza).
» » » Monsig. Monduzzi Dino (Faenza).
» » » Monsig. Famiglietti Francesco (S. Angelo dei Lombardi).
1 luglio » Monsig. Donohue Giacomo C. (Baltimore).

1	**luglio**	**1963.**	**Monsig. White Porter J. (Baltimore).**
3	»	»	**Monsig. Adams Giovanni (New Orleans).**
6	»		**Monsig. Arrighi Gianirancesco (Ajaccio).**
»			**Monsig. Willebrands Giovanni (Haarlem).**
	»		**Monsig. Ignataviéius Zenone (Kaunas).**
»	»	»	**Monsig. Minceviéius Vincenzo (Vilkaviskis).**
	»	»	**Monsig. Balcmnas Vytautas (Panevezys).**
8	»	»	**Monsig. Marionneaux Luigi Errol (Bâton Bouge)**
»	»		**Monsig. Forster Guglielmo (Boston).**
11	»		**Monsig. Contant Cirillo (Alexandria in Ontario)**
»	»	»	**Monsig. Allard Carlo (Gaspé).**
»			**Monsig. Brière Rolando (Gaspé).**
»	»		**Monsig. Goupil Giovanni Paolo (Gaspé).**
	»	»	**Monsig. Darcy Aroldo (Newark).**
	»	»	**Monsig. Bélisle Egidio (Ottawa).**
	»		**Monsig. Larivière Buggero (Ottawa).**
	»		**Monsig. Barry Michele Giacomo (Pembroke).**
	»	»	**Monsig. Planner Francesco (Praha).**
	»		**Monsig. O'Mara Giovanni (Toronto).**
	»		**Monsig. Vavrovic Giuseppe (Trnava).**
	»		**Monsig. Chartrand Norman (Winnipeg).**
13	»		**Monsig. Che Vincenzo (Ning-Po).**
»			**Monsig. Pazzaglia Giuseppe (Boma).**
15	»	»	**Monsig. Moudry Riccardo Paolo (Saint Paul).**
19	»	»	**Monsig. Alemanno Sebastiano (Roma).**
»	»		**Monsig. Callovini Carlo (Roma).**
20	»		**Monsig. Alessandri Michelangelo (Roma).**

Cameriere d'onore in abito paonazzo di Sua Santità:

15 luglio 1963. Monsig. Schiaffino Simone (Roma).

NECROLOGIO

2	**novembre**	**1963.**	**Monsig. Piontek Ferdinando, Vescovo tit. di Barca.**
6	**»**	**»**	**Monsig. Mannix Daniel, Arcivescovo di Melbourne.**
7	**»**	**»**	**Monsig. Reesinck Jean, Vescovo tit. di Tinis.**
»	**»**	**»**	**Monsig. Tonna Edoardo, Arcivescovo tit. di Mileto.**
9	**»**	**»**	**Monsig. Farage Antoine, Arcivescovo tit. di Dannata dei Melchiti.**

An. et vol. LV 20 Decembris 1963 (Ser. HI, v. V) - N. 17

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA PAULI PP. VI

ROMANAE CATHEDRALIS POSSESSIO A SUMMO PONTIFICE PERACTA

Die 10 Novembris a. 1963, Dominica XXIII post Pentecosten, Summus Pontifex Paulus VI mane ad Sacrosanctam ecclesiarum principem Basilicam Lateranensem, Cathedralem Romanam, se contulit, ut consuetos ritus et actus pro primo sollemni ingressu, seu *possessione,* praescriptos et traditos perficeret et postea Pontificalem Missam celebraret.

Automataria raeda vectus, circa horam 8,30 Vaticanas Aedes reliquit, comitantibus Emis Purpuratis Patribus Eugenio Tisserant, Episcopo Ostiensi, Portuensi et S. Rufinae ac Sacri Collegii Decano, et Iosepho Pizzardo, Episcopo Albanensi.

Octo aliis autoraedis insidentes, Summum Pontificem comitabantur Excmi DD. : Praefectus Palatii Apostolici, Praefectus Cubiculi Secreti Pontificis, Eleemosynarius Secretus et Praefectus Sacrarii Apostolici ; Revmi Cubicularii Intimi Pontificiae Aulae addicti ; Optimates de Pontificis Familia.

Per mediam transeuntes Urbem, ad divum Capitolinum autoraedae constiterunt ibique Augusto Pontifici Romanae Civitatis Magister aliique e Coetu Administratorum Civitatis obsequium praestiterunt.

Viam persecutus, civium multitudine plaudente, ad Apostolicum Lateranense Palatium cum pervenisset, in aula Musei observantiae ac honoris testimonia ab Excmo Praeside supremi Consilii publicae rei in Italia administrandae aliisque Civitatis Moderatoribus Beatissimus Pater accepit.

Post exhibitum ab Emis Patribus Cardinalibus obsequium in superiore eiusdem Palatii aula Sixtina, Summus Pontifex sacris vestibus indutus ac sella gestatoria vectus, e Lateranensi Palatio egrediens, per magnam plateam Ba-

silicam petiit, comitantibus Purpuratos Sacri Collegii Patribus, Patriarchis, Archiepiscopis et Episcopis, plusquam mille, qui in Urbe aderant ob inchoatam alteram Concilii Oecumenici sessionem.

Ad mediam ecclesiae ianuam aderat Lateranense Capitulum cum Clero, cum Parochorum Urbis collegio, Paenitentiariis Basilicae, Pont. Seminarii Romani alumnis et sodalibus Ssmi Servatoris. Eandem ante ianuam Beatissimus Pater genuflexus Crucem sibi oblatam osculavit ; inde Solium in atrio erectum conscendit.

Tunc Emus Pater Card. Benedictus Aloisi Masella, Sacrosanctae Archibasilicae Lateranensis Archipresbyter, hunc habuit ad Summum Pontificem obsequii sermonem :

Beatissime Pater,

« Benedictus qui venit in nomine Domini » ! Hisce exsultantibus verbis, quae primum Christus, cum triumphantis more ingressus est Ierusalem, audivit, Te quoque, Beatissime Pater, haec Patriarchalis Archibasilica Lateranensis, omnium ecclesiarum Urbis et Orbis caput et mater, prae laetitia gestiens excipit. Verba sane cordi tuo Pastoris, ac modo Patris universarum gentium, iucundissima.

((In nomine Domini)) fuit tuae fidei atque amoris tessera, cum in vasta archidioecesi Mediolanensi episcopali munere functus es.

((In nomine Domini)) fuerunt quoque verba tui humilissimi obsequii arcano divinae Providentiae consilio, cum oneri atque honori Summi Pontificatus te subiecisti.

((In nomine Domini » sit itaque laetitiae pariter vox, dum huius venerandae Archibasilicae, quae Romae et totius orbis catholici est ecclesia cathedralis, canonicam possessionem inis.

Per me Capitulum et Clerus Lateranensis peramanter ac devote Te salutant in hac sede, quae multa saecula ecclesia et domus tuorum Praedecessorum fuit, centrum et veluti fons magisterii atque apostolici ministerii.

Tu procedis, Beatissime Pater, nomine honestatus, quod Christifideles magno gaudio exsilire facit, atque ingentes etiam suscitat spes inter eos qui ab hac communione sunt seiuncti.

Nomen Apostoli Pauli, cuius sanguine, una cum illo Apostoli Petri, hoc sacrum Romanum solum maduit, auspicium gloriae et triumphorum Christi eiusque Ecclesiae est, ad quam undique cuiuslibet stirpis populi respiciunt tamquam ad cathedram veritatis, in qua Dominus ac Magister sedes.

Det Tibi Deus, Beatissime Pater, nomine ac spiritu Pauli, longo et fecundo Pontificatu, renovare quae praeclare gessit magnus ((Christi captivus)) ! Personet vox tua sicut illius toto terrarum orbe, tuumque ministerium pariter, vinculo fraternitatis atque amoris Christi Iesu, cuius vices geris in terris, totum complectatur mundum.

Exeipe, Beatissime Pater, haec nostra in Te observantiae fervida vota, atque Apostolicam Benedictionem nobis impertire dignare.

Post clavium cathedralis ecclesiae oblationem, ad antiquum ritum ac morem in possessionis signum exceptam, Beatissimus Pater Canonicos, Latez*anensem Clerum, Paenitentiarios aliosque ad osculum pedis admisit.

Postea observantissimis Cardinalis Archipresbyteri verbis ita comiter respondit :

In limite huius Patriarchalis Basilicae Lateranensis, cum Nos felici hoc die, festo ritu hanc ingredimur, verba quae auspicandi causa modo dixisti, animum Nostrum perquam suaviter tetigerunt. De quibus tibi et per te Canonicorum Collegio, et universis, quorum in Nos obsequii disertus interpres fuisti, summas gratias agimus. Neque enim fieri poterat, ut nihil Nobis hoc dulcius, iiicundius, exspectatius ominareris.

In nomine Domini igitur fiat hic ingressus Noster. Non de Nostra humilitate, sed de Dei potestate et virtute confidimus in iis omnibus, quae pro Christi gloria et Ecclesiae decore et emolumento cogitamus, molimur, perficimus ; nec potest spes et fiducia Nostra falli, tanto praesidio munita : *turris fortissima nomen Domini.*[1] **Quocirca** *benedictum nomen maiestatis Eius in aeternum.*[2]

Hisce in sollemnibus rerum adiunctis, cum trepidi ac laeti introimus ad hanc sacratissimam aulam, ad Patriarchalem Archibasilicae!, praecipuo iure Nostram, flagranti amantique prece id oramus, ut eam, quam Nos visitamus, Deus visitet, ei, cui benedicimus, supernorum donorum effusa largitate, Deus benedicat.

Pax aeterna ab Aeterno huic domui, Pax perennis, Verbum Patris, sit pax huic domui, pacem pius consolator huic praestet domui.[3]

Hisce peractis, sueto processionali ritu in Basilicam omnes ingressi sunt. Summus Pontifex intra ianuam lustrali aqua circumstantes aspersit et de more thurificatus est. Cappellanis Cantoribus hymnum *Te Deum* incipientibus, sedem conscendit, baldachinum Basilicae Canonicis sustinentibus ; ad Sacel-

[1] *Prov.* 18, 10.

[2] *Ps.* 71, 19.

[3] *Antiphona in Ecclesiae dedicatione seu consecratione.*

lum, ubi Sanctissimum Sacramentum expositum erat, accessit; inde ad preces effundendas ante Capita Ss. Apostolorum Petri et Pauli atque ad Aram maximam successive processit.

Postea sollemni ritu Missam celebravit.

Emus Cardinalis Prior Presbyterorum, praestita obedientia, post orationem, accessit ad Altare et, una cum Auditoribus Sacrae Romanae Rotae atque Advocatis Consistorialibus, stans *Laudes* **pro Beatissimi Patris prosperitate decantavit.**

Post cantum Evangelii, haec habita est ad universum coetum

SUMMI PONTIFICIS HOMILIA

Venerabili Fratelli, Signori Magistrati dell'Urbe, diletti figli.

Chi vive a Roma, e procura di tenere vigilante il suo spirito, è continuamente assediato da molteplici e forti impressioni, così da sentirsi al tempo stesso inebriato ed esaltato e poi quasi soverchiato ed oppresso, tante sono le voci che a lui vengono dalle memorie, dai luoghi, dalle persone, dagli avvenimenti, dai presagi che lo circondano. Così a Noi capita in questo momento ; e ben a ragione.

Quando mai la storia, questa evocatrice di scene e di uomini che furono, diventa più vivace ed eloquente, se non in questo momento, il quale solleva — dietro l'avvenimento grandioso, che la Chiesa Cattolica sta celebrando, vogliamo dire il Concilio Ecumenico Vaticano secondo — i ricordi, l'uno sovrapposto all'altro, dei molti Concili, romani ed ecumenici qui celebrati? E non vediamo noi profilarsi intorno a noi i panorami dei secoli, dei quali la tradizione di Roma, e possiamo quasi dire della cristianità, ha segnato qui, come sopra il suo più espressivo quadrante, le ore più luminose e più fosche, e ha fatto ascoltare il procedere, talora impedito e sofferente, tal altra franco e vittorioso, del passo misterioso di Cristo nel tempo? Non risuona, ad esempio, ancora al nostro spirito lo squillo, come quello a noi più vicino, dell'ora faticosamente e silenziosamente arrivata, di quei Patti Lateranensi, che dovevano chiudere un'epoca della vita terrena della Chiesa, e non solo per Roma e per l'Italia, ed un'altra aprire, Dio voglia, nella pace e nella libertà per l'ordine civile e cristiano?

Dove mai troveremo luogo più sacro per i tesori di pietà e di arte di cui è ripieno, più augusto per la maestà religiosa che da esso rifulge, più religioso e più pio per il culto, che vi è celebrato, e per le potestà di

santificazione e di governo ecclesiastico, che vi sono esercitate? Qni, dove *Imago Salvatoris infixa parietibus primum visibilis omni populo romano apparuit;* **qui, dove i pellegrini nordici, come osserva lo stesso Dante : « veggendo Roma e l'ardua sua opra — stupefaceansi, quando Laterano — alle cose mortali andò di sopra »;** [1] **qui, dove tutto il Medio Evo ebbe il suo cuore, la sua liturgia, il suo governo ; qui, dove Francesco venne a sostenere con le umili spalle l'edificio di Cristo, e dove dall'incantevole affresco giottesco il fiero Bonifacio VIII annuncia al mondo il primo giubileo ; qui veramente dove la definizione di Clemente XII, il grande costruttore della presente architettura borrominiana, sigilla nel marmo il primato di questa basilica** *omnium Urbis et Orbis ecclesiarum mater et Caput;* **qui v'è ragione per mille argomenti di che tremare e godere !**

E tanto più in questa circostanza in cui non guida i Nostri passi a questo santissimo tempio distratta ed attratta curiosità di visitatori, o pietà silenziosa di pellegrini, o cerimonia di consueta devozione : oggi questa basilica accoglie, come non mai nei lunghi secoli della sua vicenda, tutto l'Episcopato del mondo, quasi al completo, e si apre splendida e solenne all'ultimo dei suoi Pontefici, il più piccolo e il più umile fra quanti l'hanno preceduto, che non ha alcun merito per qui incedere maestro e signore, se non quello irrefragabile d'essere stato canonicamente eletto Vescovo di Roma.

Vescovo di Roma : perciò successore di San Pietro, perciò Vicario di Cristo, Pastore della Chiesa Universale, Patriarca dell'Occidente e Primate d'Italia.

Fratelli e fedeli : abbiate comprensione e compassione di Chi deve a voi, a Roma, alla Chiesa, al mondo così presentarsi, e riconoscete nella Nostra personale piccolezza la grandezza della Nostra somma e pontificale missione.

Non avevamo ragione Noi di palesarvi il Nostro stupore, quasi il senso di vertigine, che in questo luogo ed in questo momento Ci sorprende, e tanto maggiore quanto più chiara è la coscienza di ciò che Ci circonda e di ciò che stiamo compiendo?

Ma è pur doveroso vincere questo sbigottimento, e dare al Nostro animo una sua piena espressione. Sì, questo Noi vogliamo fare. La misericordia divina, la vostra bontà, il Nostro stesso ufficio Ci consentono di

[1] ***Par.*** 31, 34-36.

ritornare calmi e semplici, anche se nulla Ci sfugge delle proporzioni delle cose e degli avvenimenti circostanti.

Ecco : Noi daremo lode al Signore per tutto quanto converge ora in questa basilica, sulla modesta Nostra persona e sul mistero formidabile delle chiavi, che qui Ci sono consegnate. Vorremmo, come San Pietro nella sua barca, gettarci ai piedi di Cristo, e gridare con l'Apostolo : *Exi a me, quia homo peccator sum.* **Allontanati da me, perchè sono uomo peccatore ![2] Ma poi con letizia immensa pensiamo che qui Noi possiamo a Lui, a Cristo Signore, tributare l'onore più ufficiale e più autentico che dalla terra, in consonanza col regno d'oltretomba, Gli possa da Noi essere offerto : « Degno è l'Agnello — cioè Lui, la vittima che ha salvato il mondo — degno è l'Agnello, che è stato ucciso, di ricevere la potenza e la ricchezza e la sapienza e la forza e l'onore e la gloria e la benedizione ».[3] La Cattedrale di Roma può ben risonare di questo corale e mistico inno !**

Poi, Fratelli, daremo un saluto a voi. Come già sulle soglie della basilica abbiamo risposto venerando e benedicendo il Clero di San Giovanni, così ora a voi, Signori Cardinali, a voi, veneratissimi Patriarchi, Arcivescovi, Vescovi e Prelati della Chiesa intera qua convenuti, Noi diamo il più cordiale, il più sincero, il più riverente omaggio della Nostra fraternità. Noi non vogliamo tacervi l'intima gioia di poter esprimere la comunione Nostra con ciascuno di voi e con voi tutti insieme. Quell'unità della Chiesa Cattolica, che ora tanto interessa i Nostri pensieri e le Nostre aspirazioni, qui Noi possiamo proclamare e godere ; qui, dove maggiore è l'autorità, maggiore sia la carità; qui l'agape, che Ci ha presidenti,[4] acquisti tutta la sua forza spirituale, qui tutti ci riempia della stessa fede, della stessa preghiera, dello stesso amore, dello stesso servizio, della stessa speranza. Fratelli, a Noi pare che nessuna sede al mondo, nessuna ora come questa Ci dà la fortuna di celebrare e quasi di sperimentare questa vivente carità, questa mistica presenza di Cristo nell'umanità : *vobiscum sum;* **Egli è qui, con noi e per noi.**

E Ci sia poi concesso un istante per estendere il Nostro saluto alla Nostra diocesi, a Roma, grande e benedetta, al Nostro diletto e veneratissimo Cardinale Vicario, al Cardinale Pro Vicario, al Vice Gerente e ai due Vescovi Ausiliari, al clero carissimo di Roma, ai suoi religiosi e religiose, ai suoi fedeli tutti quanti ! Possiamo Noi dimenticare, in una

[2] ***Lue.*** 5, 8.
[3] ***Apoc. 5,*** 12.
[4] Cfr. ***S. Ign.***

congiuntura così caratteristica, come questa, d'essere il Vescovo di questa città, il Pastore di questo Popolo?

Noi Ci rendiamo conto che i Nostri rapporti con l'Urbe sono oggi diversi da quelli che furono per lunghi secoli ; non abbiamo più sulla città la sovranità temporale, ma conserviamo quella spirituale ; non per questo però è diminuito il Nostro amore per Koma, che anzi l'amiamo con più libero cuore, con più evidente disinteresse, con più doveroso impegno : il Nostro rapporto pastorale con l'Urbe dovrà anzi manifestarsi più vigile ed operoso per gli accresciuti bisogni e per i nuovi problemi che la vita religiosa di questa immensa metropoli oggi presenta.

Ci è caro, così, rispondere alle nobili e deferenti espressioni che il Signor Sindaco di Roma Ci rivolgeva teste al Nostro passaggio accanto al Campidoglio ; lo ringraziamo della sua cortesia e della collaborazione ch'essa Ci lascia sperare per dare possibilità al Nostro ministero di sovvenire prontamente ed efficacemente alle immense necessità "pastorali e spirituali di Roma cattolica. A lui assicuriamo la Nostra paterna assistenza in quanto l'opera Nostra possa essere utile alla città. E con lui salutiamo i suoi Collaboratori ; anzi il Nostro riverente pensiero si rivolge a tutte le Autorità, che in Roma svolgono le loro rispettive funzioni; Vada dapprima il Nostro particolare omaggio al Signor Presidente della Repubblica ; e sia poi il Nostro ricordo alle Autorità governative e politiche, giudiziarie, scolastiche, sanitarie, militari della città; a tutte ! Salutiamo con piacere e benediciamo quelle presenti ; e volentieri portiamo nella memoria e nella preghiera i vari ceti, di cui si compone la cittadinanza e che sappiamo qui rappresentati : la nobiltà, la cultura, il lavoro, il commercio, la beneficenza, l'arte, la stampa, la radio-televisione, lo sport, i trasporti, tutti ! E le famiglie tutte ; le famiglie cristiane, i papà, le mamme con i loro figliuoli d'intorno, le persone di casa, tutte.

E tutti Ci pare di comprendere in questo spirituale e affettuoso interessamento se pensiamo al Popolo, a questa grande, cara e buona comunità, che vogliamo considerare Nostra più d'ogni altra cosa : *non enim quaero quae vestra sunt, sed vos!*[5] **Non desidero nulla, desidero voi. Voi, Romani. Romani, di ieri e di sempre, Romani d'origine e di nascita : sapete che Noi abbiamo immensa stima e fiducia di voi? Voi delle antiche vie di Roma, voi delle vecchie case, voi delle istituzioni tradizionali di Roma, voi di Trastevere ! Noi conosciamo la bontà ch'è**

[5] ***2 Cor.*** 12, 14.

nei vostri animi e nei vostri costumi; Noi vi sappiamo fondamentalmente fedeli alla religione e alla Chiesa ; Noi speriamo che vorrete sempre bene al Papa. Anzi Noi speriamo che ci ascolterete e ci obbedirete, se vi diremo che oggi occorre ravvivare il vostro patrimonio religioso e morale, e infondere nuovi entusiasmi e nuove virtù alla vostra vita. Noi non siamo del parere di quello storico, grande ma non cattolico, il quale scrisse in una sua celebre opera su Roma che « la massa (dei Romani) non comprese la dottrina di Cristo in verun tempo ».[6] Voi l'avete compresa e meglio la comprenderete, se vorrete ascoltare ciò che v'insegnano Roma ed il suo e vostro Vescovo. E lo stesso diciamo ai Romani nuovi : a tutti quelli che la Capitale del Paese chiama a Roma, agli uomini politici, agli imprenditori, ai funzionari ed agli addetti agli uffici burocratici, ai turisti e agli studiosi ; ma specialmente agli immigrati e a tutta la gente di lavoro che abita nei quartieri operai e periferici della Città. Noi vi accogliamo, Noi vi salutiamo, Noi vi vogliamo bene, come a nuovi concittadini e nuovi fratelli. Non dovrete sentirvi forestieri a Roma ! non dovrete rimanere estranei alla vita, anzi allo spirito della Città. Noi vi vogliamo conoscere. Noi vi assisteremo.

Sapete, figli tutti di Roma, qual è la forma principale, con cui Noi pensiamo di avvicinarvi e di introdurvi nel circuito ideale ed operante della vita cattolica romana? È la Parrocchia ! Sì, l'antica e familiare istituzione religiosa e pastorale, che tutti conosciamo. La Parrocchia deve tutti raccogliervi, tutti assistervi, tutti unirvi nella preghiera e nella carità. Sarebbe grande Nostra aspirazione di dare alle singole Parrocchie di Roma nuova vitalità : a cominciare dalla coscienza che tutti dobbiamo avere di questo primo centro di unità, di amicizia, di culto e di formazione cristiana. Saremo grati a quanti Ci aiuteranno a dare onore, efficienza, pienezza organizzativa e caritativa alle singole Parrocchie.

Ecco che il Nostro discorso finisce col saluto ai Nostri Parroci, sia del Clero diocesano e sia Religiosi, ai Coadiutori, alle Associazioni cattoliche. Pigli dilettissimi, siamo con voi ! Pensiamo, se il Signore Ci aiuta, di fare a voi qualche visita pastorale, per incoraggiare le vostre fatiche e per dare a voi stessi un più profondo e confortante senso della comunità spirituale a cui rispettivamente appartenete. Operiamo insieme, *in nomine Domini!* **Bisogna che diamo buona vita alle Parroc-**

" ***Gregorovius*** : cfr. ***Grisar*** 1, 58 n. 1.

chie per dare, come ardentemente desideriamo, buona vita a Roma, alla Nostra Roma.

Ch'essa ora ascolti nel suo nobile idioma una nostra conclusiva parola!

Antequam oratio Nostra ad exitum vertit, suavi ad implendum officio tenemur. Te, Roma, honoris Nostri sedem, grato et effuso animi affectu salutamus. Quibus te laudibus extollamus? Nescimus prorsus, utrum amore an admiratione dignior sis, cum utroque perquam sis digna. Tot gloriis et memoriis te inditam, urbem aeternam, sacram, salutamus: et ad promendum mirantis animi Nostri intimum sensum, liceat Nobis uti verbis eorum, qui medio aevo Romam versus pia peregrinatione suscepta, cum eius pinnacula et muros cernebant, in has erumpebant consonas voces :

O Roma nobilis, orbis et domina,
Cunctarum gentium excellentissima,
Roseo Martyrum sanguine rubea,
Albis et virginum liliis candida ;
Salutem dicimus tibi per omnia,
Te benedicimus, salve per saecula.

Tuam celsitatem tecum considerans, o quam oportet egregie de te sentias et, regina cum sis, christianae dignitatis moribus exorneris. Oportet namque antecellas meritis pietatis, iustitiae et omnis humanitatis decore et eximiis exemplis, in ipsa apostolicae petrae soliditate fundata. Hic aequi et recti cultus, hic intemerata fides, de alienis necessitatibus sollicita caritas, pudicitiae modestia et nitor, praecipuo ornamento tibi sint, ita ut advenae, qui invisendi te causa huc proficiscuntur, abunde habeant, cur te laudent, in sinu tuo largiter inveniant quae ad imitanda sibi proponant. Recognosce igitur dignitatem tuam : quapropter, quidquid malesuada socordia fas et nefas evertit et caecam impietatem sapit ex moenibus tuis averruncetur.

Nos autem pro oificio Nostro universae Ecclesiae et tui ipsius pastores ñervos viresque navitatis Nostrae intendemus nec ulli parcemus labori, ut cumprimis maiori usque spirituali bono et emolumento tuo consulamus. Et quamvis trepidi tam instans negotium cordis aggredi non dubitavimus nec dubitamus. *Qui oneris est auctor, ipse est admi-*

strationis adiutor : et ne sub magnitudine gratiae succumbat infirmus, dabit virtutem, qui contulit dignitatem.[7]

Christus, humani generis Salvator, Ecclesiae caput et auctor, cuius gloriae hoc templum christiani orbis maximum dicatum est, gratiae Suae opes in te fundat largifluas ; munimine Suo te protegat, radiante lumine veritatis, quae ipse est, magis magisque te collustret et imbuat, ut semper tu sis Ierusalem, de qua prophetico ore haec dicta sunt : *Surge illuminare, Ierusalem, quia venit lumen tuum et gloria Domini super te orta est.*[8]

Pios in te convertat oculos Deipara Virgo Maria, Salus populi Romani, spes nostra columenque nostrum immotum et inconcussum. Sancti Apostoli Petrus et Paulus patrocinio suo te semper augeant et defendant; uterque Sanctus Ioannes, cuius geminato honore haec sacra aula coruscat, sollertem tibi afferant opem ; beati Caelites, quorum veneranda ossa hic conquiescunt, et universi, qui in sanctorum numero censiti sunt, a te altrice fortium parti vel aliti, benignissima tutela tibi adsint et ad virtutis fastigia appetenda exstimulent, ita ut sis almae religionis et pacis domicilium, civitas sancta perfecti decoris.

Haec flagrantibus votis ominati, elatis ad caelum manibus, prolixa caritate benedicimus huic Antistitum et sacerdotum honorabili praesentiae et coronae, in Urbe Roma omnibus sacram vel civilem potestatem gerentibus, christiano eius populo uniuscuiusque ordinis et coetus, nominatim infirmis, calamitosis et pueris, cuncto gregi Nostro, cui prodesse potius quam praeesse optamus. Benedictio, spes, Spiritus Sancti gaudium, superna tuitio, felicitas sint vobis, et in vobis perpetuo maneant. Amen.

Missa expleta et Pontificali Benedictione impertita, Summus Pontifex supra Altaris mensam obtulit *presbyterium,* **sibi porrectum in crumena obseriça a Revmo Auditore Generali Reverendae Camerae Apostolicae.**

Postea Emi Patres Cardinales et Excmi Patriarchae ad Apostolicum Palatium per ianuam intra ecclesiam comitati sunt Beatissimum Patrem^ Qui e superiore podio Basilicae, plateam S. Ioannis versus Urbis moenia prospiciente, immensae multitudini conclamanti sollemnem Benedictionem impertivit cum Indulgentia plenaria, per adsistentes Diaconos Cardinales publicata.

[7] S. Leo Magnus, ***Sermo II, habitus in anniversario ordinationis suae.*** Migne, ***PL,*** 54, .143.

[8] ***Is.*** 60, 1.

EPISTULA APOSTOLICA

Ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos orbis catholici: quarto exacto saeculo post constituta a Concilio Oecumenico Tridentino sacra Seminaria.

PAULUS PP. VI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Summi Dei Verbum, *lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum,,*[1] **quemadmodum aeternae salutis nostrae causa humanam assumere naturam voluit, interque nos aetatem degere, ut nobis ostenderet** *gloriajm quasi unigeniti a Patre plenum gratiae et veritatis,*[2] **item pro parvo non putavit in tenui Nazarethana domuncula triginta ferme annos latere, ut preces Deo admovendo operaque faciendo convenienter munus suum apostolicum componeret, omniumque virtutum exempla praeberet. In conspectu enim dulcissimo Ioseph ut patris habiti sanctissimaeque matris Mariae, puer Iesus** *proficiebat sapientia, et aetate, et gratia apud Deum, et homines.*[3]

Atqui, si omnes, qui Christo auctorati sunt, Verbum hominem factum imitari tenentur, profecto ii vel magis tenentur, a quibus non minus morum sanctimonia ostensa, quam evangelica disciplina enuntiata et Sacramentis dispensatis, Christi ipsius persona coram hominibus sustinenda aliquando erit.

Quam ob rem cum Ecclesia sibi conscia esset ad Christi Iesu administrorum officium pertinere, coram hominibus se magistros virtutis primum exemplis editis tum dicitis verbis praestare, ut re ipsa *sal terrae ...* **et** *...lux mundi** **fierent, iam inde a primis suae vitae saeculis singulariter cavit, ut adulescentes ad sacerdotium nitentes bene instituerentur et educerentur. Cuius rei gravissimum testem habemus S. Leonem Magnum, apud quem scriptum legimus :** *Merito beatorum Patrum venerabiles sanctiones cum de sacerdotum electione loquerentur, eosdem ut idoneos sacris administrationibus censuerunt, qui multo tempore per*

[1] ***io. i,*** 9.
[2] ***Ib.*** 1, 14.
[3] ***Luc. 2,*** 52.
[4] ***Matth.*** 5, 13-14.

singulos officiorum gradus provecti, experimentum sui probabile praebuissent, ut unicuique testimonium vitae suae actuum suorum ratio perhiberet.[5] **Concilia posthac sive universalia sive peculiaria, ut traditas antiquitus consuetudines quodammodo stabilirent gradatim leges ususque definierunt, quae in posterum Ecclesia universa veluti praescripta sancta ascivit. Qua de re satis est circumscripta commemorare decreta a Conciliis Lateranensibus III et IV facta.**[6]

Attamen cum pro ! mundi improbitas ordinem ipsum ecclesiasticum plus plusque in dies pervaderet, etnicorumque sensus in scholis quadamtenus reviviscere viderentur, in quibus erudiebantur adulescentes, factum est ob eas causas, ut quae ab Ecclesia adhuc normae datae essent, ad quas instituerentur sacerdotii tirones, impares iam praesenti rei existimarentur. Quapropter saeculis x v et xvi pernecesse esse censuerunt plurimi, ut simul in universa Christi Ecclesia mores in melius corrigerentur, simul sacrorum alumni et tuti ab impendentibus periculis praestarentur, et opera educatorum praeceptorumque prudentium in domiciliis ad rem idoneis eorum animi, ut oporteret, conformarentur.

Cui summae et angustae necessitudini operam pro viribus Romae dederunt saeculo xv Patres Cardinales Dominicus Capranica et Stephanus Nardinius collegiis conditis, quae ab ipsis nomen invenerunt ; saeculo autem xvi S. Ignatius Loiolaeus, in Urbe collegiis constitutis Romano et Germanico, altero magistris, altero alumnis erudiendis. Per idem vero tempus Reginaldus Polus Cardinalis, Archiepiscopus Cantuariensis, Episcopos Cameracensem et Turnacensem hortatus, ut exemplum S. Ignatii sequerentur, illud paravit de Seminariis decretum ad Angliam pertinens, quod Synodus Londinensis anno MDLVI **confirmavit, quodque die x mensis Februarii eodem anno in vulgus emissum est. Ad cuius exemplum decreti lex scripta est, paucos post annos a Concilio Tridentino universae posita Ecclesiae, quam caput XVIII continet, quod** *De Reformatione* **est, die xv mensis Iulii anno** MDLXIII **ratum habitum.**[7]

Cum igitur a gravissimo illo decreto nunc quater centesimus exeat annus, huius memoria rei eo diligentius recordanda videtur, quod in celebrationem incurrit Concilii Oecumenici Vaticani II. Hoc enim Concilio coacto Ecclesia, quemadmodum in primis agit, ut opportunis

[5] ***Epist.*** 12, ***PL.*** 54, 650-651.

[6] Mansi, ***Amplissima Concil. Collect.*** XXII, 227, 999, 1013.

[7] Cfr. Roccaberti, ***Bibliotheca maxima Pontificia,*** XVIII, p. 362; et **L.** von Pastor, ***Storia dei Papi,*** Roma 1944, vol. **VI,** p. 569; et vol. **VII,** p. 329.

praeceptis traditis christiani populi mores in melius referantur, ita sane non praetermittet, quin in ea re praecipuas collocet curas, quae ad vitam ipsam totius mystici Corporis Christi maximopere pertinet, ad pueros videlicet conformandos, qui in Seminariis se ad sacerdotium instruunt.

Non est quidem Nobis propositum hoc loco neque ea exponere, quae acta sunt antequam caput confirmaretur, quod ad condenda Seminaria revertebatur, neque in singulis eius praescriptis perpendendis commorari ; sed Nos e decreti commemoratione uberiores posse fructus percipi putamus, si hinc, clariore in luce posuerimus commoda ex eo in catholicam Ecclesiam inque hominum societatem profecta, si illinc filiorum Nostrorum memoriam breviter ad quaedam revocaverimus capita de sacerdotii tironibus ad pietatem, ad ingenii cultum, ad quaerendorum Deo animorum studium instituendis; quippe cum aetate hac nostra haec omnia studiosius quam antea sint sane reputanda.

Sacra vero Seminaria praeclaras esse utilitates singulis Ecclesiae dioecesibus allatura facili cogitatione prospexerunt Concilii Tridentini Patres, qui in Sessione XXIII caput, ad eam pertinens, cunctis iusserunt suffragiis. Qua super re haec Sfortia Pallavicinus Card. scribit : *In primis Seminariorum constitutio probata est : multique profiteri non dubitaverunt, etiamsi nihil commodi praeter hoc e Concilio perceptum esset, id ipsum satis omnium laboribus et curis respondisse; utpote quod tamquam instrumentum omnium praesentissimum esset habendum ad perditos mores corrigendos; siquidem in quavis republica hoc evenit communiter, ut tales habeamus cives, quales finœerimus.*[8]

Sed quantam spem in aedificandis Seminariis sacrae Ecclesiae potestates defigerent, quod ad Ecclesiae ipsius renovationem, sanctioremque sacerdotum vitam parandam attinebat, e constanti studio colligitur, quo, vix ad finem adducto Concilio, opera data est, ut, per impedimenta omne genus, decreti illius normae efficerentur. Cuius studii Decessor Noster f. r. Pius IV in primis specimen edens, die i mensis Februarii anno MDLXV suae Romanae dioecesi Seminarium condidit ; quem tamen praeiverant sive eius nepos S. Carolus Borromaeus anno MDLXIV Mediolani Seminario constituto, sive tenuiore quadam ratione Reatinus, Larinensis, Camerinensis, et Montis Politiam Episcopi. Post hos alii Episcopi, ad suarum dioecesium instaurationem intenti, Seminaria excita-

[8] Cfr. P. Sforza Pallavicino, ***Istoria del Concilio di Trento,*** ed. di A. M. Zaccaria, Tom. IV, Roma 1833, p. 344.

verunt, quibus plurimi viri, iique conspicui, subsidio venerunt, in Ecclesiae utilitatibus diligentissimi. In quorum numerum ascribere iuvat, ad Galliam quod spectat, Petrum de Berulle Cardinalem, Hadrianum Bourdoise, S. Vincentium Paulanum ab eoque conditos sodales, quibus a Missione appellatio, S. Ioannem Eudes, Ioannem Iacobum Olier sacerdotem, ab eoque institutam Societatem, cui a S. Sulpitio nomen. In Italia vero praecipuae S. Gregorii Barbadici laudi tribuendum est, quod exeunte saeculo xvn, assiduas et perpetuas in eo curas posuit, ut nova ratione Seminaria digereret Bergomense et Patavinum, intuitus non modo normas a Concilio Tridentino latas et S. Caroli Borromaei exemplum, sed etiam suorum temporum necessitates, quod ad animorum ornamenta pertineret et bonarum artium studia. Quod apposuit hic Pastor impiger ceteris Italiae Episcopis exemplum, id vel nostris hisce diebus valet plurimum ; quandoquidem apte ille cum servatis normis antiquitus traditis novas coniunxit : cuius est generis imperatum linguarum studium populorum orientalium. Hoc namque non parum conferre opinabatur ad cognoscenda commodius sive Sanctorum Patrum sive scriptorum ecclesiasticorum orientalium opera ; atque adeo ad seiunctas illas christianas communitates catholicae Ecclesiae paulatim conciliandas. Quae praestantissimi Patavini Episcopi merita commemorare placuit Decessori Nostro fel. rec. Ioanni XXIII, eo die habita homilia, quo Gregorium Barbadicum in Sanctorum caelitum albo sollemni ritu ascripsit.[9]

Iure optimo quivis opinari potest, ex hoc Concilii Tridentini decreto, veluti ex semine, in fertilem Ecclesiae agrum, quosdam quasi flores, exiisse Seminaria seu Collegia illa, quibus peculiare quid est propositum; cuius sunt generis et Collegium de Propaganda Fide, Romae excitatum, et Collegium a Missionibus Exteris appellatum, Parisiis erectum; exiisse pariter Collegia variis nationibus vel Romae, vel in Hispania, vel in Flandria constituta; ita quidem ut quaecumque peropportuna domicilia sacerdotii tironibus informandis, ad similitudinem sacri illius Cenaculi, hodie in Ecclesia universa exsistunt, eadem cum arbore illa conferri possint, de qua in evangelica parabola mentio, quae, licet e perexiguo semine nata, ita crevit tamque mirabiliter diffluxit, ut in ramos suos innumeras caeli aves veluti hospites accipere possit.[10]

Immortales ergo gratiae a nobis Deo sunt agendae, quod insequenti-

[9] Cfr. ***A. A. S.*** LXII, 1900, pp. 458-459.

[10] Cfr. ***Matth.*** 13, 31-32.

bus saeculis, quamvis per multos populos et opiniones et consuetudines serperent, a doctrina a saluberrimoque Ecclesiae munere alienae, tantum afuit ab eo ut Seminaria excitari desinerent, ut in dies longius latiusque erigerentur. Neque solum in Europa id evenit, sed etiam in utraque America, in ipsisque terris evangelica adhuc luce collustrandis, simulatque catholica fides radices egit, Seminaria pariter constituta sunt. Apostolica autem Sedes id prolixe elaboravit semper, ut ad Seminaria quod spectaret, praecepta traderet, cum necessitatibus sive animorum sive mentium congruentia, quae vel temporum vel locorum indoles postularet. Quam multae prudentiae rem dum tangimus, quam Sanctus Spiritus, supernus omnium salutarium praeceptorum auctor, a Conciliis editorum, in primis Summo Ecclesiae Pastori concredidit,[11] **facere profecto non possumus, quin egregia merita laudemus Decessorum Nostrorum, in quibus enitent Gregorius XIII, Sistus V, Clemens VIII, Urbanus VIII, Innocentius XI, Innocentius XIII, Benedictus XIII, Benedictus XIV, Clemens XIII, Pius VI, Gregorius XVI, Pius IX, Leo XIII, S. Pius X, Benedictus XV, Pius XI, Pius XII, Ioannes XXIII.**

Nihil propterea mirum, si Seminaria, in quae tot tantaeque curae ab Apostolica Sede et a vigilantissimis ubique gentium Episcopis collatae sunt, ingenua ceperunt incrementa, maxima cum Ecclesiae civilisque consortionis utilitate. Iamvero haec magna et egregia commoda saeculis volventibus a Seminariis parta, Decessor Noster fel. rec. Pius IX appellare voluit Litteris Apostolicis *Cum Romani Pontifices,* **die xxvm mensis Iunii anno** MDCCCLIII **datis, quibus Seminarium Pianum condidit. Iis enim Litteris cum civitatum moderatores, tum homines quoslibet, publici boni studiosos, docuit** *quantopere ad augustae religionis et humanae societatis incolumitatem prosperitatemque procurandam, atque ad veram sanamque doctrinam tuendam conduceret recta et accurata cleri institutio.*[12]

Artam huiusmodi salutaremque conexionem, quae inter populorum progressum, ad religionem, ad mores, ad mentis culturam attinentem, et congruum sacrorum administrorum numerum sanctitudine doctrinaque conspicuorum intercedit, rursus Pius XI gravibus hisce verbis significavit : • *Id enim est eiusmodi, quod Ecclesiae et dignitatem et efficientiam et vitam ipsam coniunctam habet; quodque ad salutem*

[11] Cfr. ***Act.*** 15, 28.

[12] Cfr. Pii IX P. M. ***Acta,*** vol. I, 184G-1S54, p. 473.

humani generis tam interest quam quod maxime : siquidem quae mundo parta sunt a Iesu Christo Redemptore immensa beneficia, ea non cum hominibus nisi per **ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei** *communicantur.*[13] **Exemplum igitur libenter capientes a Decessore Nostro Pio XII, aptissimam sententiam usurpahms a Leone XIII imm. mem. de Seminariis prolatam :** *quorum cum statu fortuna Ecclesiae coniungitur maxime.*[14]

Quare, dum omnes Venerabiles in Episcopatu Fratres, sacerdotes et christifideles rogamus, ut omnipotenti Deo, bonorum omnium largitori, debitas grates persolvant de praestantissimis beneficiis, quae e providenter conditis Seminariis in Ecclesiam profecta sunt, interea saecularis huius celebrationis opportunitate libenter utimur, ut omnibus paternam adhortationem adhibeamur. Scilicet universos catholicae Ecclesiae filios commonere cupimus, ut se communi officio divinctos sentiant, auxiliatricem operam, quaecumque ea est, Seminariis navandi. Haud dubie ad supremos dioecesium Pastores, ad Seminariorum rectores pietatisque magistros, itemque ad variarum disciplinarum praeceptores maxime pertinet in multiplex opus incumbere sacros tirones rite sustentandi, instituendi, tuendi atque educandi. Ad irritum tamen ipsorum actio cadat, aut saltem multo difficilior sit ac minus efficax, nisi praeeat atque adiungatur alacris assiduaque socia opera tum curionum, tum sacerdotum, tum Religiosorum laicorumque hominum, qui iuventuti educandae praepositi sunt, tum denique, et quidem peculiari modo, christianorum parentum.

Ac revera, si ad sacerdotium animi inclinatio a primo suo initio usque ad plenam maturitatem diligenter expendatur quis non videat, eandem, quamvis Dei donum potissimum sit habenda, nihilominus plurium hominum, sive e clero sive e laicorum ordine, liberalem postulare operam? Etenim, dum nostrorum dierum civilis cultus apud christianum populum externorum bonorum aestimationem atque cupiditatem valde adauxit, minoris inter haec apud multos habentur bona, quae peritura non sunt et ad supernaturalem ordinem pertinent.

Quae cum ita sint, quomodo eveniet, ut plurimi iuvenes, iidemque recta voluntate permoti, sacra capessendi propositum imbibant, si in domestico convictu, vel in scholis, ubi adolescunt, nonnisi profanarum

[13] Epist. Apost. *Officiorum omnium. A. A. S.* XIV, 1922, p. 449.

[14] Epist. *Paternae providaeque : Acta Leonis,* 1899, p. 194; cfr. Pii XII Epist, ad Ep. Poloniae: *Per hos postremos annos, A. A. S.* XXXVII, 1945, p. 207.

artium praestantiam atque beneficia laudibus efferri audierint? Nimirum pauci christiani homines pro dolor secum intento animo haec reputant Servatoris nostri monitoria verba : *Quid enim prodest homini, si lucretur mundum totum, et detrimentum animae suae faciat?* [15] **Nimirum arduum est, inter innumera huius saeculi oblectamenta atque illecebras, in proprios referre mores hanc Apostoli sententiam :** *Non contemplantes nos quae videntur, sed quae non videntur; quae enim videntur temporalia sunt, quae autem non videntur, aeterna sunt.*[16] **Ceterum, nonne Christus Dominus, cum pauperes Galileae piscatores accivit, ut divini muneris sui adiutores fieri vellent, eorum animos ad caelestium praemiorum contemplationem et spem erexit? Etenim cum Simonem et Andream fratres vidisset, piscatoriam artem exercentes, ita eos est allocutus :** *Venite post me, et faciam vos piscatores hominum.*[17] **Petro autem ceterorum apostolorum nomine ab eo quaerenti, quamnam mercedem acciperent, cum ipsius causa omnia reliquissent, Iesus Christus haec affirmate pollicitus est :** *Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis suae, sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.*[18]

Quamobrem, ut pueri atque adulescentes aequam sacerdotalis vitae aestimationem faciant ac foveant, eorumque animi ad eam amplectendam sancto ardore incendantur, necesse est, ut idoneae ad id condiciones, cum intra domesticos parietes tum in studiorum domiciliis, pariantur. Iamvero, quamquam pauci christifideles ad sacerdotium vel ad religiosae vitae institutum divinitus vocantur, omnes tamen vivere ac sentire ea ratione tenentur, quae supernaturalis fidei normis apprime respondeat; [19] **ac propterea summa observantia ac reverentia eos prosequi, qui vitam totam sive in suam ipsorum sanctimoniam, sive in spirituale humani generis bonum, sive in Dei gloriam amplificandam impendunt. Hoc pacto tantummodo fiet, ut christianum populum magis magisque sensus Christi**[20] **pervadat, ac facilius sacerdotii candidatorum numerus augeatur.**

[15] ***Marc.*** 8, 36.
[16] Cfr. ***2 Cor.*** 4, 18.
[17] ***Matth.*** 4, 19.
[18] ***Matth.*** 19, 28.
[19] Cfr. ***Hebr.*** 10, 38.
[20] Cfr. ***1 Cor.*** 2, 16.

Verum, quod ad sacerdotalis militiae incrementum attinet, primae christifidelium partes sunt, preces Deo admovere, Christo Domino praecipiente : *Messis quidem multa, operarii autem pauci; rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.*[21] **Ex quibus divini Redemptoris verbis explicate efficitur, ipsius Dei misericordem ac uberrimam voluntatem primum fontem putandum esse, unde animi inclinatio ad sacra capessenda munera proficiscitur. Hac enim de causa Christus Apostolos suos hisce vocibus monebat :** *Non vos me elegistis; sed ego elegi vos, et posui vos, ut eatis et fructum afferatis, et fructus vester maneat.*[22] **Atque S. Paulus, quamquam statuerat sacerdotium Iesu Christi sacerdotio veteris Testamenti dignitate antecellere, docebat tamen, potissimum ex divina voluntate quemlibet legitimum sacerdotem pendere, utpote qui suapte natura mediator inter Deum et homines constitutus sit :** *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum... Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron.*[23] **Longe igitur potiore iure excellens et gratuita habenda est divina vocatio ad Christi sacerdotium participandum, de quo idem Apostolus scribit :** *Sic et Christus non semetipsum clarificavit ut Pontifex fieret; ...et consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae, appellatus a Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech.*[24] **Recte igitur S. Ioannes Chrysostomus, de sacerdotio agens, haec habet :** *Sacerdotium enim in terra peragitur, sed caelestium ordinum classem obtinet : et iure quidem merito. Non enim homo, non angelus, non archangelus, non alia quaepiam creata potestas, sed ipse Paracletus hoc officium ordinavit : qui manentibus in carne auctor fuit, ut angelorum ministerium animo conciperent.*[25]

Iuvat tamen animadvertere divinam hanc vocationem ad sacerdotalia munia ineunda, non tantum ad animi dotes, hoc est ad mentem et liberam candidatorum voluntatem spectare, verum etiam ad sensus atque ad ipsum corpus; ita quidem ut homo totus habilis exsistat ad ardua suscipienda sacri muneris officia, quae saepe cum asperis incommodis sunt coniuncta, et quandoque, ut exemplo utamur Boni Pastoris Iesu Christi, vel ipsius iacturam vitae eos facere iubent. A Deo idcirco ad sacer-

[21] ***Matth.*** 9, 37-38.
[22] ***Io.*** 15, Ii».
[21] ***Hebr.*** 5, 1-4.
[24] ***Ib.*** 5, 5-9.
[25] ***De Sacerdotio,*** lib. III, n. ***4- PG*** 48, 042.

dotium pueri vel adulescentes vocari nequaquam putandi sunt, qui, cum ingenii atque voluntatis dotibus non satis praediti sint, aut ingenita quadam animi infirmitate vel corporis vitio laborent, non apti propterea existimandi sunt, ad digne explenda complura sui muneris officia, atque ad ecclesiastici ordinis onera ferenda. Contra, solacii plena est Angelici Doctoris sententia, qui confirmat, ad singulos sacerdotes ea pertinere, quae ab Apostolo de primis Evangelii praeconibus dicta sunt. Etenim scribit S. Thomas : *Illos quos Deus ad aliquid eligit, ita praeparat et disponit ut ad id ad quod eliguntur inveniantur idonei, secundum illud 2 Cor., 3, 6 :* **Idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti.**[26]

Quamobrem parentes, sacri pastores iique omnes, in quos puerorum iuvenumque educandorum officium recidit, non solum condiciones parent oportet, iis aptas, qui ad sacerdotium vocantur, atque ad eorum augendum numerum supernas Dei gratias precibus impetrent, sed etiam sollerter pro viribus enitantur, ut adulescentuli Seminarium vel aliquod Religiosum Institutum ingrediantur, statim atque iidem palam significaverint et ostenderint, se sacerdotium reapse appetere, et ad illud esse habiles. Nam tunc tantum, cum hoc factum erit, iidem tutius saeculi illecebras praecavere, atque aptissimo in loco divinae vocationis semen excolere poterunt. Tunc pro officio quisque suo moderatores, pietatis magistri praeceptoresque incipient, primum signa diligentius dignoscere, quibus constet utrum Christus hos iuvenes re vera elegerit administros suos, deinde sacerdotii candidatis praesentes adesse, ut iidem ad huiusmodi excelsum munus idoneos se praestent. Quod magnum et difficile educationis opus, intra Seminarii parietes perficiendum, quod adulescentium corpus, pietatem, mores, ingenium attingit, apprime declaratur illo decreti Tridentini capite, cuius verba haec sunt: *Alere ac religiose educare et ecclesiasticis disciplinis instituere.*[27]

Sed hoc loco summi momenti haec quaestio proponitur : quo videlicet peculiarissimo ac necessario indicio divina ad sacerdotium vocatio dignoscenda sit, quove propterea indicio potissimum ducendi sint qui in Seminario sacris tironibus educandis instituendisque vacant, ac praesertim pietatis magister. Quod indicium haud dubie in recto proposito ponendum est, hoc est in manifesta et firma voluntate, qua quis in divinum famulatum se totum dedere exoptet ; idque cogitur ex eiusdem Tri-

[26] *Bum. Theol.,* P. 3ª, q. 27, a. 4 c.

[27] Mansi, *AmpUss. Concil. Collect.,* XXIII, 147.

dentini canonis praescripto, quo statuitur in Seminarium eos dumtaxat iuvenes esse accipiendos : *quorum indoles et voluntas spem afferat; eos ecclesiasticis ministeriis perpetuo inservituros.*[28] **Quare Decessor Noster fel. rec. Pius XI, de recto huiusmodi proposito agens, in praeclaris Litteris Encyclicis, quibus initium** *Ad catholici sacerdotii,* **asseverare non dubitavit:** *Qui ad sacrum huiusmodi institutum ea una nobilique de causa contendat, ut divino famulatui animarumque saluti se dedat, simulque et solidam pietatem et probatam vitae castimoniam, et consentaneam, ut diximus, doctrinam assecutus sit vel assequi nitatur, is profecto, ut perspicue patet, ad sacerdotale ministerium a Deo vocatur.*[29]

Attamen, si ad iuvenes in Seminarium recipiendos satis est eos saltem prima indicia ostendere recti propositi atque indolis ad sacerdotale munus eiusque onera habilis, nihilo tamen secius sacrorum alumni, ut rite ad sacros Ordines ac praecipue ad Presbyteratum promoveantur, Episcopo vel Moderatori Ordinis religiosi talem praebere debent sanctorum propositorum maturitatem, ut hi ex animi sui sententia certum habeant, coram se adesse, quos elegit Deus.[30]

Ex quo consequitur, ut formidandum gravissimumque onus atque periculum in Ordinarios cadere dicendum sit, utpote ad quos pertineat tum munus ultimum faciendi iudicium de divinae electionis indiciis in sacrorum Ordinum candidatis, tum ius pertineat eos ad sacerdotium vocandi, atque adeo ratam habendi coram Ecclesia efficacemque reddendi divinam ad sacerdotium vocationem, quae in iuvenibus pedetemptim ad maturitatem venit. Haec vis est illis Catechismi Concilii Tridentini verbis subiecta: *Vocari a Deo dicuntur qui a legitimis Ecclesiae ministris vocantur.*[31] **Nostra quoque aetate, cum Nobis dolendum est nonnullos Ecclesiae administros ab officiis suis defecisse — quae calamitas severiore adhibita diligentia in sacerdotii tironibus deligendis atque instituendis praecaveri forsitan potuisset — sacri dioecesium Pastores peropportune secum gravia verba perpendent, quibus S. Paulus Timotheum monebat :** *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis.*[32]

[28] ***Concil. Oecumen. Decr.;*** Centro di Documentazione, Istituto per le Scienze Religiose, Herder 1962, p. 726, 38-39.

[29] Litt. Encycl. ***Ad catholici sacerdotii, A. A. S.*** XXVIII, 1936, p. 40.

[30] Cfr. ***t Reg.*** 16, 6.

[31] ***Catech. Concil. Trid.,*** p. III, ***de Ordine,*** 3.

[32] ***1 Tim..*** 5, 22.

Postquam igitur id summatim memoravimus, quod prorsus requiritur in iis, qui divino afflatu ad sacerdotium vocantur, hoc est manifestam, promptam atque firmam voluntatem sacra munera capessendi, spectatis potissimum Dei gloria amplificanda et sui ipsius fratrumque aeterna salute exquirenda, imo et omnium pretiosissimo divini Servatoris Sanguine redemptorum, non alienum esse arbitramur et alia breviter attingere, quae ad sacerdotii candidatos perfecte absoluteque instituendos prosunt. Quas res, cum summopere ad ipsam conducant Ecclesiae vitam, saepenumero Decessores Nostri pertractatas habuerunt, quorum recentiora scripta, omnibus sane nota, hic recordari iuvat, scilicet : Pii XI Litteras Encyclicas a verbis incipientes *Ad catholici sacerdotii*,[33] **Pii XII Adhortationem Apostolicam, cui initium :** *Menti Nostrae*,[34] **et Ioannis XXIII Litteras Encyclicas, quibus index :** *Sacerdotii Nostri primordia.*[35] **Praeterea ad Oecumenicum Concilium Vaticanum II lata est Constitutio** *De sacrorum alumnis formandis,* **quae, cum probata erit, opportuna Concilii Tridentini decreta, aliaque subsequentia Apostolicae Sedis praescripta perficiet, et sine ulla dubitatione id dabit, ut valde procedat opus ad sacerdotii tirones conquirendos spectans, atque, quod sane maioris momenti est, ad eosdem sive ad sacerdotalium virtutum amorem et exercitationem, sive ad sacrorum rituum studium, sive ad ingenii culturam, sive ad pastoralem, quam vocant, disciplinam informandos.**

Dum igitur praeclaras normas, quae de Seminariis a Concilio Oecumenico edentur, exspectamus, supremi muneris Nostri partes esse putamus, omnes hortari, qui sacrorum alumnis erudiendis dant operam, ut pariter pericula acri animo perpendant, quae artem educandi, in Seminariorum usum nunc receptam, eiusque efficacitatem extenuare possunt, atque pariter ea prospiciant, quae in eorumdem institutione alumnorum impensiore studio sunt accuranda.

De insidiis vero, quae, non secus atque fallaces herbae, nostris hisce temporibus plus quam olim, adulescentium animum, quasi agrum cuilibet semini expositum, incedere videntur, voluntatem illam omnes reprehendenda omnia carpendi indicamus, quae eorum inficiat mentem. Illud praeterea incusandum est, vel minimos natu nullum ferre vinculum velle, sive a lege naturae, sive ab auctoritatibus vel ecclesiasticis

[33] ***A. A. S.*** XXVIII, 1936, pp. 5-53.
[34] ***A. A. S.*** XLII, 1950, pp. 657-702.
[35] ***A. A. S.*** LI, 1959, pp. 545-579.

vel civilibus iniectum; atque adeo eos effrenatam agendi libertatem affectare. Nihil igitur mirum si, viribus animi infirmatis et ascensibus ad verum rectumque cohibitis, cum interiores tum exteriores iuvenum sensus debitam rectae rationis bonaeque voluntatis moderationem defugiunt ; quippe qui se a continua efficacique gratiae et supernaturalium virtutum vi removerint. Ex quo illud natura consequitur, ut saepe saepius adulescentes loquendi agendique generi nonnihil permittant, quod ab humilitatis, ab oboedientiae, a modestiae atque a castitatis normis abhorreat, rationabilis, creaturae dignitati omnino congruentibus ac praesertim christiani hominis, cuius etiam corpus, caelestis gratiae ope Iesu Christi membrum ac Spiritus Sancti templum factum est. Etenim ex hisce iuvenilis le vitatis atque etiam intemperantiae indiciis, quis fore non prospiciat, ut iidem iuvenes in posterum multa quidem iura sibi vindicent, pauca vero officia recipiant? Quis non vereatur ne has ob causas apparere desinant conscii generosique iuvenes sacerdotium percupientes? Quocirca ea omnia prohibere oportet, quae sano iuvenum cultui officiant, eorumque maxime, qui a Christo Iesu eo vocantur, ut ipsius Redemptionis opus pergant.

Sed quibus subsidiis haec obtinenda erunt? Ad hoc potissimum est a parentibus et a praeceptoribus nitendum, ut eorum filii vel alumni, iique praesertim qui mitiore et alacriore ornentur indole, ad sacerdotium inclinata, imbuantur humilitate, oboedientia atque orandi seque devovendi studio. Praeterea Seminariorum moderatorum et magistrorum partes sunt, non tantum eas, quas diximus, virtutes in sibi commissorum adulescentium animis custodire et augere, verum etiam curare, ut in sacerdotii candidatis progrediente aetate aliae quoque animi dotes eluceant ac firmentur, quae prorsus necessariae sunt habendae ad solidam plenamque formationem morum.

In quibus dotibus praecipuum obtinere locum existimamus tum animi inclinationem ad meditandum, tum rectam in agendo voluntatem, tum facultatem libere et per se eligendi id quod bonum, immo melius est, tum suae voluntatis suique corporis moderationem. Haec enim moderatio valet adversus immodicum sui ipsius amorem, adversus mala aliorum exempla, et adversus proclivitatem ad malum, quae vel ex humana natura oritur, hereditaria labe infecta, vel ex improborum hominum societate, vel e spiritu illo maligno et perdito, qui nostra hac aetate acriore videtur rabie insidias struere, si eos perdere possit, quos Deus singulari prosequitur amore.

Ad proximos autem quod attinet, ii qui cum Christo et pro Christo coram hominibus testes esse cupiunt evangelicae veritatis, quae homines liberat atque salvos praestat,[36] informentur oportet ad veritatis studium in loquendo et in agendo, atque adeo ad animi sinceritatem, ad probitatem, ad constantiam, ad fidelitatem; ita S. Paulo dilectum Timotheum hortante : *Noli contendere verbis : ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium. Sollicite cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis.*[37]

Ut autem efficaciter adulescentium animi emendentur, ut mala noxarum vitiorumque germina ipsi praecaveant, utque bona in iis sparsa semina in salutares arbores erumpant, debita ratio habeatur opus est etiam sanarum virium, quae in hominis natura insitae sunt; ita quidem ut ecclesiasticae perfectionis opus in virtutibus naturalibus tamquam in solido fundamento innitatur.

In quam rem opportune quadrare videntur haec Doctoris Angelici verba, sapientiae plena : *Cum enim gratia non tollat naturam, sed perficiat, oportet quod naturalis inclinatio intellectus subserviat fidei, sicut et naturalis inclinatio voluntatis subsequitur caritati*[38]

Verum tamen sanae hominis vires atque naturales virtutes plus aequo non sunt extollendae, quasi veri et permansuri apostolicae alacritatis fructus sint potissimum humanis nisibus tribuendi. Atque illud pariter animadvertere necesse est, non posse iuvenum animos ad ipsas virtutes naturales recte apteque educari atque institui, ad prudentiam nempe, ad iustitiam, ad fortitudinem, ad temperantiam, ad modestiam, ad lenitatem ad ceterasque virtutes cum his conexas, si rectae rationis principia dumtaxat adhibeantur et humanarum disciplinarum normae, cuius sunt generis psychologia experimentalis, et paedagogia, quas vocant.

Catholica enim disciplina edocemur, neminem, vacuum a gratia Servatoris Nostri, quam sanantem appellant, omnia ipsius naturalis legis praecepta servare posse, neque idcirco perfectas solidamque virtutes adipisci.[39]

Quo firmassimo principio posito, illud sequitur, quod in ecclesiasticae vitae usu magni est ponderis, humanam nempe educationem pari gradu procedere oportere cum educatione, quae christianum hominem et sacer-

[36] Cfr. ***Io.*** 18, 37; 8, 32.

[37] ***2 Tim. 2,*** 14-15.

[38] ***Sum. Theol.*** Iª, q. 1, a. 8 c.

[39] Cfr. ***Ib.*** I*-II*>, q. 109, a. 4 c.

dotem addeceat, ut naturae humanae vires evehantur ac roborentur, sive ope precationis, supernaeque gratiae, quae per Paenitentiae et Eucharistiae sacramenta saepe suscepta confertur, sive supernaturalium virtutum pulsu, quibus quidem exercendis naturales virtutes praesidio sint et auxilio.

Neque haec satis. Etenim, ut Apostolus monet, necesse praeterea est, ut hominis vires cum ingenii tum voluntatis fidei normis caritatisque motibus obsecundent ; ita quidem ut actiones nostrae ob Domini Nostri Iesu Christi amorem positae, valeant ad sempiternam mercedem promerendam.[40]

Quae exposuimus, uti patet, bene expendant opus est, qui divinitus vocati sunt, ut cum Redemptore nostro coniuncti pro hominum salute veluti amoris et oboedientiae hostias se devoveant ; itemque ut castam, quemadmodum virgines decet, vitam ducant, atque a fluxis huius mundi bonis re et animo abalienatam. Ita enim sacrum ipsorum munus dignius evadet, salutariumque fructuum fecundius. Hac de re ab iis aliquando postulabitur ut, sacri muneris causa, non tantum omnes praestantiores suas dotes commodent, sed etiam ut hinc legitimas quasdam naturae necessitates posthabeant, hinc aerumnas et vexationes perferant, ut Boni Pastoris partes fideli generosoque animo agant. Par namque est quemlibet fidelem Iesu Christi administrum de se ipso dicere posse, quod S. Paulus de se dicebat : *Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifacerem; omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos. Omnia autem facio propter Evangelium, ut particeps eius efficiar.*[AX]

Non aliam agendi rationem secuti sunt tot Episcopi totque sacerdotes, quos Ecclesia omnibus viris, qui rebus divinis praesunt, in exemplum proponit, cum eos in Sanctorum caelitum numerum adscribit.

Haec sunt summa ac praecipua capita, quibus, si de disciplina et de vita spirituali agatur, gravissimum educandi munus continetur, quod, sub Episcopi supremo moderamine, Seminarii rectori pietatisque magistro demandatur.

In id tamen adiutricem conferre curam debent variarum quoque disciplinarum magistri, quod spectat ad sacerdotii tironum ingenii vires congrua via excolendas atque perficiendas.

Cfr. *Col.* 17; / *Cor.* 13, 1-3.

Ex hac autem socia opera, a Seminarii moderatoribus et praeceptoribus sapienti concordique consilio collata, illud commodi profecto consequetur, ut iuvenibus educatio impertiatur omni ex parte perfecta, iidemque excelsae eiusmodi dignitatis gradum attingant, qui non tantum in communi homine vel in christifideli, sed maxime in sacerdote convenit, utpote qui divinae revelationis lumine penitus sit imbuendus; cuius praesertim rei gratia fiet, ut ipse *perfectus sit homo Dei ad omne opus donum instructus.*[42] **Etenim meminisse operae est quae S. Ioannes Chrysostomus scribit :** *Animum sacerdotis instar lucis totam orbem illustrantis splendere oportet.*[43]

In studiorum denique supellectile, qua adulescens clerus ornari oportet, sane ponenda est non exigua variarum linguarum scientia, in primisque Latinae, si maxime de sacerdotibus agatur Latini ritus ; scientia praeterea ponenda est praecipuarum rerum, quae ad historiam, ad physica, ad mathematicas disciplinas, ad terrarum descriptionem, ad formas atque figuras pertinent, quibusque omnes nostrorum temporum homines doctrina exculti, pro populorum diversitate, instruuntur atque informantur. At praestantiores sacerdotalis animi divitiae in illa continentur humana atque christiana sapientia, quae in firma ac certa philosophiae et theologiae institutione constat, secundum S. Thomae rationem, doctrinam atque principia, veritatibus divinitus traditis atque docentis Ecclesiae praeceptis studiose religioseque servatis. Quam pariter institutionem vel efficiunt vel complent hae quae sequuntur disciplinae : Sacrarum litterarum interpretatio iuxta catholicae Ecclesiae hermeneumatis artem atque praecepta, sacra Liturgia, Musicae sacrae disciplina, Ius canonicum, Ecclesiasticarum rerum historia, Archaeologia, Patrologia, Dogmatum historia, Theologia ascetica ac mystica, Hagiographia, sacrae Eloquentiae institutiones, ingenuarum artium praecepta, et id genus alia.

Cum autem maioribus Ordinibus, quos vocant, sacrorum alumnus proxime initiandus erit, primisque deinde annis post initum sacerdotium, ei theologiae, quam pastoralem appellant, opera danda erit, atque omni cura efficiendum, ut cotidie laboriosius in partem veniat, tamquam auctor, negotiorum suae dioecesis, hoé est, divini cultus exercendi, christianae doctrinae tradendae, sacrarum denique expeditionum iu-

[42] ***2 Tim.*** 3, 17.
[43] ***De Sacerdotio,*** lib. VI n. 4, PG 48, 681.

vandarum et incitandarum ; ita ut, qui futurus est animorum pastor, munus suum atque officium paulatim quidem, sed tempestive cognoscat, et se ad illud apte et congruenter accingat. Qua in re magno erit illi auxilio non exiguus Gregoriani cantus sácrique concentus usus atque exercitatio. Tum demum sua studia in unum conyertet aspectum suosque labores ad animorum salutem diriget, cum ei persuasum esse debeat, eo omnem industriam esse convertendam, ut Christi et Dei Regnum adveniat, iuxta S. Pauli monitum : *Omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.*[44] **Quo enim magis nostrae aetatis homines omnia ad Deum pertinere oblivisci videntur, eo magis ut** *alter Christus* **et** *homo Dei*[45] **debet in mundo enitere sacerdos.**

Sanctitate igitur ac scientia ornetur necesse est, qui a Deo vocatur, ut Verbi Dei, omnium hominum Redemptoris, nuntius ac minister exsistat; sanctitate, dicimus, in primis eximia, quae sanctitati scilicet praestet sive laicorum hominum sive Religiosorum, sacris non initiatorum, quia, ut Doctor Angelicus merito monet : *Si religiosus ordine careat, sic manifestum est excellere praeeminentiam ordinis, quantum ad dignitatem. Quia per sacrum ordinem aliquis deputatur ad dignissima ministeria, quibus ipsi Christo servitur in sacramento altaris.*[46] **Quapropter incensissima erga sanctissimam Eucharistiam pietate eius vita fulgeat opus** est, **qui augusti huiusmodi Sacramenti consecrator atque dispensator aliquando fieri exoptat; quem quidem Corporis et Sanguinis Christi cultum par est alias pietatis formas coniunctas habere apprime consentaneas : hoc est, pietatem erga venerabile Christi nomen eiusque Cor sacratissimum.**

Hisce demum adhortationibus finem facientes, paterna caritate iis gratulamur omnibus, ex utroque clero, qui summa diligentia nec sine magnis iacturis contendunt, ut iuvenes ad sacerdotium inclinatos et reperiant et congregent et instituant. Praecipua vero laude eos Nobis ornare placet, qui iisdem funguntur officiis in illis regionibus, quae graviore clericorum penuria laborant, et ubi maiores difficultates suscipere, atque pericula saepe subire coguntur qui novos sacrorum administros Ecclesiae parare student. Illis etiam gratulari exoptamus qui, Sacrae Seminariorum atque Studiorum Universitatum Congregationis incitar

[44] *1* ***Cor.*** 8, 22-23.

[45] */ Tim* O, 11.

[46] *Sum. Theol,* 11*-II™, *q.* I8J, *n.* **S e.**

mentis praeceptisque obsequentes, summa ope conantur, scriptis editis et conventibus peractis, sacrorum alumnorum institutionem ad exactiorem rationem adducere cum temporum locorumque necessitudine cumque progressibus artis educandi consentaneam, sanctae semper sacerdotalis vitae proposito ac natura servatis. Id enim quam maxime ad Ecclesiae utilitatem decoremque conducit.

Vobis denique, filii dilectissimi, qui intra sacros Seminarii parietes, haud secus atque olim Apostoli in Cenáculo, in maternis oculis Apostolorum Reginae, omni vos diligentia paratis ad potestatem illam, quae omnem humanum modum excedit, adipiscendam, Corpus scilicet et Sanguinem Christi Dei consecrandi et condònandi peccata, et ad Sancti Spiritus largiorem gratiae profusionem accipiendam, quae expeditiores vos reddat ad *reconciliationis ministerium* [47] **digne perficiendum, verbis usi Apostoli dicimus :** *Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat***i.**[48] **Omnes enim qui pariter hominum salutem cum Christo coniunctissimi quaerere volunt, pariter fulgidam sibi aeternae gloriae coronam parare, eos omni docilítate et constanti oboedientia divino instinctui respondere oportet.**

Mirabile Dei donum cum animo reputate, et inde a iuvenilibus annis illi *in laetitia et in exsultatione servite.*[49]

Ad ultimum vos, Venerabiles Fratres, adhortantes, ut pro viribus haec monita, quae Nobis unus Ecclesiae subiecit amor, ad rem in dioecesibus vestris adducati», vobis gregibusque unicuique vestrum concreditis, in primisque sacrorum alumnis, propensissimam declaramus voluntatem ; cuius esse testem cupimus Apostolicam Benedictionem, quam singulis universis paterno animo impertimus.

Datum Romae, apud S. Petrum, in festo S. Caroli Borromaei, die iv mensis Novembris anno MDCCCCLXIII, Pontificatus Nostri primo.

PAULUS PP. VI

*⁷ *2 Cor.* 5, 18.
i& *1 Cor.* 7, 20.
" Cfr. ***Ps.*** 99, 2.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabilis Dei Famulus Dominicus a Matre Dei, sacerdos professus Congregationis Clericorum Excalceatorum Ss.mae Crucis et Passionis D. N. I. C, Beatus renuntiatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Cruci affixus Dominus Iesus, salutare munus a Patre sibi iniunctum perficiens, se immola vit «non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum».[1] Profecto unitatem eorum, qui sanguine Christi sunt redempti, vehementer omni tempore expetiverunt quotquot mysterium Salvatoris, tormenta pro nobis perpessi, comprehensum habebant, huius rei causa ásperos tolerarunt labores atque etiam vitam profuderunt. In his praeclari recensentur viri, qui operam dederunt, ut Anglia a Sedis Apostolicae communione divulsa ad hac reduceretur, «nominatim», ut ait Leo Pp. XIII, Decessor Noster imm. mem., « Carolus Borromaeus et Philippus Nerius ; maximeque ... Paulus ille, auctor Sodalitatis a Christi Passione, qui non sine quodam caelesti afflatu, ut proditum est, *ad thronum divinae gratiae* **supplicando instabat, eoque enixius, quo minus favere optatis tempora videbantur ».[2] Huius quidem «eiusque recentis alumni Dominici a Matre Dei ardorem studiumque fecundissimum», ad hoc unitatis bonum assequendum quod attinet, Sanctus Pius Pp. X, item Decessor Noster, commemoravit,[3] quin immo Benedictus Pp. XV asseverare non dubitavit eiusdem huius Pauli a Cruce discipuli «studio constantiaque mirabili factum esse, ut orireturis qui feliciter perseverat, motus Anglorum ad Eccesiae matris ... sinum redeuntium ».[4] Obversatur igitur oculis Nostris totiusque christianae familiae hodie hic unitatis ecclesiasticae apostolus, Dominicus a Matre Dei> cui Beatorum Caelitum honores spirituali gaudio perfusi tribuimus. Quod opportune hoc tempore fieri contingit, quo**

[1] ***Io.*** 11, 52.

[2] ***Epist. Ap. ad Anglos Regnum Christi in fidei unitate quaerentes; Acta Leonis XIII,*** XV, Romae 1896, p. 142.

[3] ***Litt. Ap. de proposito fine precum operumque pro reditu ad Ecclesiae unitatem a Sodalitate principe Sulpiciana ultra Britanniam proferendo ; A. A. S. x.*** III, 1911, p 60.

[4] Cfr. ***Epist, ad R. P. Silvium a S. Bernardo, Sodalium Passionistarum Praep. Gen., altero exeunte saeculo a Sodalitate condita; A. A. S.*** v. XII, 1920, p. 156.

Concilium Oecumenicum Vaticanum Secundum celebratur, cui, praeter alia, est propositum, ut unitas inter Ecclesiam catholicam et fratres in Christo, ab ea seiunctos, foveatur. Is natus est die vicesima secunda mensis Iunii anno millesimo septingentésimo nonagésimo secundo in villa rustica agri Viterbiensis, undecimus filius Iosephi Bàrberi, coloni partiarii, et Mariae Antoniae Pacelli, qui domum parum lau tam fidei professione assidua nobilitabant. Biduo post sospitali baptismatis aqua abluto indita sunt nomina Dominici, Ioannis, Aloisii, quibus quasi praenuntiabatur infantem singulari ratione mancipium Christi esse futurum. Mater, caritate in egenos apprime insignis, sanctimoniae viam pandit filiólo, qui, egregia praeditus indole, suavem hanc ducem et magistram alacriter sequebatur atque adeo mature discebat pauperibus bene facere, religionem colere, Deiparam Virginem singulari prosequi amore. Patre, cum esset puer sex annorum, et matre quinquennio post orbatus, ab avúnculo in loco « Merlano » appellato eodemque in agro Viterbiensi posito, receptus est domum, ubi omnium officiorum diligens, opus exercens agreste, in libris legendis quod supererai temporis insumens adolevit. Ad christianae vitae certamen ineundum Confirmationis Sacramento anno millesimo septingentésimo nonagésimo nono est comparatus et, quemadmodum videtur, anno octingentesimo quarto eucharistica alimonia animum coepit vegetare. Cum turbulentissima ea aetate militum delectus fieret in Napoleonis exercitum, Russicae expeditioni destinatum, Dominicus voti sponsione pollicitus est se sodalibus a Passione Christi nomen daturum, si a militia evasisset immunis; quod quidem, augustae Virginis Mariae deprecatione, ei ex sententia successit. Quoniam autem religiosi Ordines et Congregationes lege civili tum erant interempta, statim exsolvere votum non potuit. Qui deinde puellae cuiusdam amore, quamvis honesto, correptus et ad condendam familiam a propinquis quoque incitatus, aliquandiu « sarcina saeculi dulciter premebatur ».[5] Tamen, gravi implicitus morbo atque de vita Deo devovenda a fratre Salvatore blando alloquio admonitus, ad unius Christi famulatum est salubriter revocatus; in quo ita profecit, ut supernis muneribus uberius repleretur. Divina voce, ut ipse narrat, animum suum percellente, nataliciis Servatoris diebus festis anno millesimo octingentesimo tertio decimo cognovit id sibi olim esse agendum, ut populum sacris orationibus erudiret ; ac postero anno definitum campum, quo pia industria sua excurreret, prospexit, id est re-

[5] Cfr. S. Auo., ***Conf.*** S. 5; P. ***L.*** 32, 754.

giones Europae inter septemtriones et solis occasum spectantes, maxime vero Britanniam. In Congregatione Clericorum excalceatorum Sanctissimae Crucis et Passionis Domini Nostri Iesu Christi.* cui qua frater laicus sese adiunxerat, sed ubi ferme statim, Dei Providentia disponente, inter eos sodales erat ascitus, qui ad sacerdotale munus contenderent, quattuor vota die quinta decima mensis Novembris anno millesimo, octingentesimo quinto decimo Paliani in coenobio Sanctae Mariae a *Pugliano,* **ab hominum frequentia remoto, est professus ac deinde studia in Monte Argentario et Romae exercuit ; ubi die prima mensis Martii anno millesimo octingentesimo duodevicesimo ad presbyteri dignitatem et officium est rite provectus. Ingenii acie praecellens et virtutum edens specimina luculenta, coniunctiorem in dies cum Deo vitam agebat. Perseverans in munere peculiari sibi praestituto, asperrima quaeque pertnlit sibique imposuit, ut fratres a catholica unitate seiuncti, praesertim Angli, caelesti gratia impellente, in communem christianorum patriam restituerentur. Cuius rei causa inter sodales, quos invenit religionis studio ardentiores, piam quandam consociationem instituit, cuius scilicet esset precationibus et sese devovendi studio hoc sanctum propositum consequi; quae quidem consociatio postea eo est feliciter propagata, quo Famuli Dei ministerium pertingebat. Moderatorum iussu, qua fiorebat laude doctrinae, philosophicam ac theologicam disciplinam clericos suae Congregationis docuit et ad virtutum exercitationem, maxime exempli sui face praefulgente, secundum legiferi patris praecepta composuit. Interea multa opera de sacra doctrina, pietate, illustrium hominum vitis, superna praepollens sapientia, conscripsit et perversas sententias pravaque placita refellit. Qua ex parte iuvat memorare eum fuisse propugnatores Sancti Thomae disciplinae, nova ratione excolendae, seu neothomismi, quem dicunt, acriterque défendisse Romanum Pontificem qua summum Ecclesiae magistrum errare non posse. Domum etiam Lucensem Congregationis suae regendam suscepit atque provinciae religiosae Latii Meridiani egit Moderatorem, humilitatis, constantiae, paternae caritatis documenta praebens haud obscura. Neque desinens populo atque etiam sacerdotibus religiosisque sodalibus salutare pabulum verbi divini praebere, Ceperani morbo cholerae afflictis anno millesimo octingentesimo trigesimo septimo veluti angelus solator affuit, quovis spreto periculo, quovis labore tolerato. Cum igitur ad virtutis fastigium iam esset enisus, Dominicus paratus promptusque esse videbatur ad maximum ac postremum munus pastorale ineundum. Etenim anno millesimo octingente-**

simo quadragesimo cum sodalium manu in Belgium, Praepositi sui Generalis mandatu, concessit, ubi primam Congregationis a Passione Christi condidit domum. Postero vero anno in Britanniam transfretavit, ubi amplissima messis ei patuit colligenda, arduum opus obvenit faciendum. Sede in loco *Astori* collocata, lucem catholicae veritatis coepit effundere, incommoda, morbos, iniurias, probra, hostiles impetus aequo perferens animo. Sermone, quo pollebat, candido, sed scientiae pleno, praesertim vero singulari quadam comitate et ipsa sanctimonia ex vultu suo elucente, multos ad Petri Cathedram viamque salutis reduxit. Quamvis constricta premeretur paupertate, tres tamen domos Congregationis suae ea in regione constituit, quartam excitare est aggressus, ecclesias nonnullas aedificavit, egenis caritatis suae opes est dilargitus, maxime cum Hiberni, rerum penuria acti, turmatim in Angliam demigrarent. Publicum cultum catholicum fovit et provexit ac per vias novo exemplo sacras pompas deduxit, cuius modi celebritates antea per saecula clerus et fideles devitarant. Deus autem labores Servi sui ita fortunavit, ut plurimi ad sumenda Ecclesiae Sacramenta accederent vitamque ad pietatis rationes conformarent. Consiliorum auctor prudentissimus, Dominicus animas non paucas, spiritualis pulchritudinis captas amore, ad consectandam sanctimoniam induxit. A fluxis saeculi studiis abstractus ac divinarum rerum contemplationi deditus, actioni simul sollertissime institit, veri apostoli prae se ferens formam. Nec umquam, etsi difficultatibus summis interdum obstruebatur, operi suo desperavit, quippe qui totum se Deo committeret. Iam cum in Belgio commoraretur, quosdam Ioannis Henrici Newman discipulos per epistulas, pietate refertas, attigerat; atque in Anglia alios, qui erant ab eodem viro egregio, convenit. Cuius quidem disciplinam et incepta verbo et scriptis, libraria etiam editis arte, defendit et operam dedit, ut huiusmodi in Ecclesiam catholicam animorum inclinationem ad felicem perduceret exitum. Maximo cum gaudio die nona mensis Octobris anno millesimo octingentesimo quadragesimo quinto praeclarum illum veritatis inquisitores, Ioannem Henricum Newman, in Ecclesiae Matris sinum recepit, qui postea confessus est Dominicum a Matre Dei multum effecisse, ut ipse aliique ad catholica castra traducerentur, eiusque sacras orationes, animum permoventes, ac subtilem doctrinam theologicam cum laude memoravit. Itaque indefatigatus hic Angliae apostolus novum veluti ver ea in regione Ecclesiae paravit. Sed iam ad complexum Iesu, cuius acerbissimos cruciatus semper recoluerat, volens participarat, se admovit. Nam, cum, laborans e corde, iter faceret

Londinio in oppidum *Woodchesier,* eius morbi vi oppressus est et iii hospitium quoddam loci *Reading* se recipere coactus. Ubi Paenitentiae Sacramento expiatus ac divinae voluntati se plane permittens, die vicesima septima mensis Augusti anno millesimo octingentesimo undequinquagesimo placido exitu decessit, scilicet in via iter vitae terrenae, quo « peregrinata erat a Domino »,[6] confecit, ut in caelesti aula Crucis triumphum aevum in omne celebraret. Exanimum corpus in templo pagi *Aston,* maxima cum populi venerabundi frequentia sepultum, postea alia in loca ac denique in oppidum *Sutton,* intra fines Liverpolitanae archidioecesis, est translatum. Percrebrescente vero eius sanctitatis fama, quam Deus miraculis visus est comprobare, Causa de Beatorum Caelitum honoribus eximio huic sacerdoti decernendis coepta est agi, atque post ordinarios, quos vocant, processus, Commissio introductionis Causae, apud Sacram Rituum Congregationem instituendae, a Sancto Pio Pp. X, Decessore Nostro, die quarta decima mensis Iunii anno millesimo nongentesimo undecimo obsignata. Apostolicis deinde inquisitionibus absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus Venerabilis Dominici a Matre Dei est disceptatum ; quas, omnibus perspectis et expensis, a Famulo Dei heroum in modum cultas esse Pius Pp. XI, item Decessor Noster, die sexta decima mensis Maii anno millesimo nongentesimo trigesimo septimo edixit. Exercita deinde quaestione de miraculis, quae, eiusdem nomine invocato, a Deo ferebantur patrata, omnique re in suetis comitiis diligenter exquisita, Nos die quinta mensis Octobris anno millesimo nongentesimo sexagesimo tertio de duobus pronuntiavimus constare. Unum igitur superfuit excipiendum, num Famulus Dei inter Beatos Caelites tuto foret recensendus. Quod quidem factum est. Purpurati enim Patres sacris Ritibus tuendis praepositi, Praelati Officiales Pätresque Consultores id fieri posse cunctis sententiis affirmarunt. Quorum exceptis suffragiis Deoque enixis adhibitis precibus, Nos die duodevicesima mensis Octobris anno millesimo nongentesimo sexagesimo tertio ad Venerabilis Famuli Dei Dominici a Matre Dei sollemnem Beatificationem *tuto* procedi posse ediximus. Quae cum ita sint, Nos, vota Congregationis Clericorum excalceatorum Sanctissimae Crucis et Passionis Domini Nostri Iesu Christi, dioecesis Viterbiensis et catholici populi Britannici explentes, harum Litterarum vi atque auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabilis Famulus Dei Dominicus a Matre Dei, sacerdos, *Beati* nomine in

*

[3] ('fr. *II* ***Cor.*** 5, 0.

posterum appelletur, eiusque corpus et lipsana, seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae Christifidelium venerationi proponantur, atque etiam, ut eiusdem Beati imagines radiis decoren tur. Praeterea eadem auctoritate Nostra concedimus, ut de illo quotannis recitetur Officium de Communi Confessorum non Pontificum cum lectionibus propriis per Nos approbatis, et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis approbatis celebretur iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in dioecesi Viterbiensi, cuius intra fines Beatus ipse ortus est, in archidioecesi Vestmonasteriensi, ubi postremum habuit domicilium, et Liverpolitana, in qua eiusdem colitur sepulchrum; itemque in templis et sacellis ubique terrarum sitis, quibus Congregatio Clericorum excalceatorum Sanctissimae Crucis et Passionis Domini Nostri Iesu Christi utitur, ab omnibus Christifidelibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, a sacerdotibus omnibus, ad templa seu sacella, in quibus eiusdem Beati festum agatur, convenientibus. Largimur denique, ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Dominici a Matre Dei, servatis servandis, supra dictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate statuendis, intra annum, postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Hon obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis nec non Decretis de non cultu editis ceterisque quibusvis contrariis. Volumus autem, ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint eiusdemque Congregationis sigillo munita, etiam in iudicialibus disceptationibus eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVII **mensis Octobris, in festo D. N. Iesu Christi Regis, anno** MCMLXIII, **Pontificatus Nostri primo.**

HAMLETUS I. **Card.** CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

II

Venerabilis Dei Famulus Leonardus Murialdo, sacerdos, Piae Societatis a Sancto Ioseph fundator, Beatus renuntiatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — « Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita » : [1] quae quidem verba Salvatoris non immerito pertinere videntur ad Leonardum Murialdo, qui, a quovis fastu, qua erat humilitate, alienus, facere tamen non potuit, quin, ardore inflammatus apostolico, lucis radios quoquoversus emitteret. Qui ergo nihil gloriae quaesivit, de eo gloriatur Ecclesia eumque filiis suis proponit ad imitandum, eximios ei hodie decernens honores, eorum proprios, qui sanctitate vitae et operis palmam tulerunt. Augustae Taurinorum, quae urbs caritatis officiis, quibus Iosephus Oottolengo inclaruit, et clericalis vitae perfectione, quam Iosephus Cafasso propugnavit, fuit nobilitata, Famulus Dei natus est die vicesima sexta mensis Octobris anno millesimo octingentesimo duodetrigesimo. Parentes Leonardus Murialdo et Teresia Rho, censu praeclari, religione praeelariores, postero die eum baptismatis lympha lustrandum curarunt nihilque omiserunt quominus tenellum animum ad germanam conformarent pietatem. Patre immatura morte adempto, Leonardus vel amantioribus curis matris fovebatur, quae eum ad singularem Deiparae Virginis cultum omneque opus bonum confirmabat. Quo satius doctrina institueretur, Clericis Regularibus Pauperibus Matris Dei Scholarum Piarum Savone est traditus, cuius urbis salubris aër simul ei, qui imbecilliore utebatur valetudine, prodesset. Ubi in virtutum exercitatione studiisque magnos progressus effecit. Is igitur adulescens animo ad commotionem proclivi, ingenii acie praepollens, natura recondita insignis sed tenax propositi, cum aetatis annum duodevicesimum ageret, instinctu quodam superno vestem ecclesiasticam sumpsit et sacrae theologiae coepit operam dare. Qua in disciplina doctoris gradum adeptus, die vicesima mensis Septembris anno millesimo octingentesimo quinquagesimo primo sacerdotio est auctus, Ecclesiae se praebiturus administrum piissimum, virum se devovendi studio incensum, moderatorem conscientiae prudentissimum, hominum amicum maxime sincerum. Ad quas mentis dotes assequendas duces ei

[1] *Matth.* 5, 14.

fuerant sacerdotes consilio et religione spectatissimi, veluti Iosephus Cafasso, lumen Augustae Taurinorum. Tamen non solum haec urbs, quae aetate illa, qua Italicus populus in libertatem se vindicabat, ad christiana instituta impensius obeunda revocabatur, Leonardi animum ad pietatem actionemque unxit socialem, sed etiam catholica Gallia, quo quindécimo anno ab inito sacerdotio concessit. Egregii viri Iosephus Maria Timon David sacerdos et Aloisius Gasto de Segur multum contulerunt, ut artem pueros ad catholicae legis praecepta educandi condisceret, et Mauricius Magnen, Albertus De Mun, Caspar Mermillod, Purpuratus Ecclesiae Pater, Leo Harmel, christianae doctrinae socialis auctores uberrimi, non modico usui, ad hanc disciplinam quod attinet, eidem fuerunt. Operi apostolico Leonardus Murialdo, in patriam redux, post rerum perturbationes, quae annis millesimo octingentesimo duodequinquagesimo et undequinquagesimo evenerant, coepit insistere idque medium fere saeculum exercere perrexit. Ad tantum quidem munus divino afflante numine vocatus, imprimis curae habuit, ut parvuli catechesi erudirentur, populus sacrarum orationum. pabulo nutriretur, scripta recto proboque consilio composita typographica arte ederentur ac pervulgarentur, pupillis materna Ecclesiae adiumenta obvenirent, pueri per urbis vias errabundi ad bonam frugem compellerentur, piae consociationes, quas ((oratoria » appellant, salutaribus augescerent incrementis. Miserentissimi animi eius ubertatem experti sunt iuveneuli in domibus detenti, ubi mores eorum reformarentur, tirones operarii, praeterea obscurus pauperque popellus, in suburbanis regionibus degens, in quibus, aedium numero valdissime increscente, officinae exsurgebant, ac pueri a familia derelicti et orphani, ut fieri solet post bellicas turbas, socordes vagabantur. Mense Novembri anno millesimo octingentesimo sexagesimo sexto, voluntati divinae, sui victor, obtemperans, grave onerisque plenum opus est aggressus, scilicet Taurinense Collegium adulescentium opificum regendum et administrandum suscepit, quod, e publica munificentia accipiens, unde vitam toleraret, tunc temporis in aere alieno vacillabat. Ibi Famulus Dei pueros egenos, pupillos, desertos probitati iterum assuefacere et artibus fabrilibus instituere contendit. Exinde ampliorem provinciam operis reique socialis prospicere coepit et ad maiora eniti; quippe qui animo percelleretur, quod ordo opificum extra religionis fines versaretur, immo hanc interdum impugnarci, atque comprehensum haberet, quot quantisque difficultatibus Ecclesia in Italia tum urgeretur. Itaque inter annos millesimum octingentesimum septuagesimum et nonagesimum primum mirum quam ar-

denti studio quaestiones huiusmodi solvere ordinemque operarium relevare est conatus ; scilicet, dum perversae doctrinae auctores fautoresque hunc placitis suis irretire conantur, ipse opifices e legis christianae praeceptis studuit iuvare, omnibus inductis auxiliis socialibus, quae eorum saluti et profectui essent utilia. Tria autem ei hac in causa erant proposita : ut adulescentulos pauperes et opifices ad catholica sacra servanda adduceret artibusque institueret ; ut toti ordini operario consuleret, sive quoad dignitatem sive quoad vitae rationes, aptis ad rem conditis institutis ; ut Romani Pontificis iura tueretur et humanam consortionem christiana lege obstringeret eo quod catholicos evocaret ad fidem actuose profitendam propagandamque. Decem annorum spatio Collegium illud, quod supra est dictum, ita composuit, ut maxime floreret, omnibus adhibitis subsidiis, quae recentior doctrina de re sociali suppeditabat. In oppido « Boseomarengo » pueris perditis vel e carcere eductis aedes constituit, ubi ad honestam vitam compararentur ; Ripulis auctor exstitit Coloniae- agrestis scholaeque agri culturae arte et usu discendae. Anno millesimo octingentesimo duodeoctogesimo Augustae Taurinorum «domum familiarem » aperuit, ubi adulescentes convictus sedem caritate iucundam invenirent, quemadmodum in Gallia et Germania ab aliis factum esse cognoscitur. Deinde patere iussit similem domum iuvenibus egestate pressis, qui studia exercebant, atque dormitorium adulescentibus operariis, qui quaestus causa erant in itinere. Praecipuas vero curas intendit in « oratoria » et « patronatus », quae vocant quorumque multis scholas diurnas pro pueris e vulgo, et vespertinas pro adulescentibus operariis adiecit. Cupiens autem, quos tam salutaris laboris socios habebat, ad apostolicum opus patrandum religiosis votis astringere, anno millesimo octingentesimo septuagesimo tertio Congregationem instituit, quam a Sancto Ioseph appellavit atque humilitate et caritate veluti fundamento voluit inniti. Quasi praenuntius Litterarum Encyclicarum, quas a verbis « Rerum novarum » incipientes Leo Pp. XIII, Decessor Noster imm. mem., foras dedit, Famulus Dei, opifices adultos in consociationem catholicam annisus est congregare, quae laetis aucta incrementis, multis locis sedes habebat constitutas. Ad quod firmandum stabiliendumque inceptum, anno millesimo octingentesimo septuagesimo sexto diarium, quod deinde *La Voce dell'Operaio* **vulgo inscribebatur, una cum aliis viris disciplinae socialis peritis in vulgus emittere coepit. Quae igitur in opificum commodum egregie suscepit, his tribus rationibus primariis continebantur : societate, mutuo auxilio, cooperatione ; quae omnia eo pertinebant, ut ordo**

humilium secundum christianae doctrinae praecepta in meliorem condicionem traduceretur. Quo praesentius iis, qui tenuiore fruebantur fortuna, opitularetur, indefatigatos pauperum apostolus « consociationem dominorum catholicorum », id est copiis locupletium, condidit. Cui postea adiunxit « sodalitatem typographicae! catholicam » ; atque suasit fovitque legis lationem socialem ad tutandos operarios, praeterea normas, quibus pueris et mulieribus opus facientibus prospiceretur, ac quies diebus dominicis et festis servanda, iusta merces, tempus operi destinatum recta ratione statuerentur. In tanta autem mole inceptorum id praecipue agebat, ut religionem inter opifices promoveret, persuasum sibi habens difficultates, quibus operarius ordo premeretur, inde esse profectas, quod pietas esset dilapsa. Quam ob rem spirituales exercitationes vespertinas pro opificibus invexit, Sanctissimi Sacramenti nocturnam eamque perpetuam adorationem, ab iisdem praestandam Augustae Taurinorum, aliasque pias sodalitates instituit, quin immo eo est progressus, ut delectos coetus opificum vocaret ad expiandas iniurias Deo illatas. Ita factum est, ut ordo operarius quasi christiano quodam fermento ad sacra colenda incitaretur. Sed non solum hic, sed universa christiana familia ei videbatur ad Deum et oboedientiam Romani Pontificis redigenda. Quo permotus consilio, impiger atque intrepidus exstitit fautor multiplicium consociationum, in quibus catholici sub Christi vexillis militarent, veluti « Societatis diebus festis religiose agendis » priorumque coetuum, qui viam panderunt Sodalitati ab actione catholica. Ipse inter auctores promotoresque « Operis conventuum » et « Consiliorum catholicorum » est recensendus, quod universam nationem Italicam comprehendens, triginta annos inceptis, ad religionem remque socialem spectantibus, praefuit. Qua in consociatione sodalis et curator ecclesiasticus fuit « Consilii regionis Pedemontanae » atque etiam aliquandiu coetus praecipui strenuus socius. Vindex libertatis, qua merito frueretur institutio iuventutis, « Consociationem patrum familias » provexit aliamque ad civium suffragii lationem pertinentem non modice auxit. Potissima habens, ut supra significavimus, probatae lectionis scripta edenda, una cum aliis quibusdam eiusdem propositi viris « Consociationem a Sancto Carolo Borromaeo », atque etiam « Opus catholicarum bibliothecarum libris per vices commodandis » pia industria condidit, ut christiana veritas in populi vitam influeret. Foederationem sodalitatum, quae honesta scripta huiusmodi pervulganda curabant,, in conventu Neapolitano anno millesimo octingentesimo octogesimo tertio suasit, et menstruos commentarios de tanti momenti causa, id est

prelo excusis libris et minoribus scriptionibus qua moderator in vulgus emisit. Inter priores ex Italia mulieres ad participandas societates catholicas, apostolatui destinatas, evocavit, quibus commisit, ut probabilia scripta typographica arte edita vulgarent; praeterea ut quietem diebus festis praeceptam et institutionem religiosam in scholis impertiendam tuerentur. Hic vero summus ac multiplex labor Famuli Dei cum vita spirituali coniungebatur animum eius vegetante, quin immo ex ea quasi e fonte praecipuo manabat ; siquidem caritas, supernae ardor dilectionis, qua Deus amatur et homo propter Deum, complectitur omnia. Hanc sectabatur inclitus sacerdos, qui caelesti Patri se et cuncta sua, in maximo etiam rerum discrimine, plane commisit, qui divinum consilium circa aetatem, qua vitam transigebat, penitus habebat perspectum, qui ad cuiusvis generis miseriam se inclinabat, et, amore inopum ac iuventutis desertae impulsus, divitias hereditate acceptas profundebat, litterarum etiam studiis posthabitis, ut pauper cum pauperibus, humilis cum humilibus con versaretur, non erubescens ad sacrarum aedium ac bene nummatorum hominum ianuas stipem pro iis emendicare. Prorsus igitur Deo atque indigentibus se devovens, ad haec verba quae filiis suis in Christo quasi documentum praeclarum reliquit, vitam omnem composuit : « facere et tacere ». Qua de causa singulari pietatis studio excolebat Sanctum Ioseph, virum iustum, alienum a strepitu, sed opere alacrem, divinae voluntatis fidelem exsecutorem. Multus in precibus fundendis, peculiari prosequebatur pietate augustum divini amoris Sacramentum, noctes ducens in eius adoratione et Eucharisticum Sacrificium eo intus urente igne celebrans, ut astantium animos commoveret, et Sacratissimum Cor Iesu, cuius erat assiduus praeco ; atque Beatam Mariam Virginem Immaculatam eximiae impulsu dilectionis venerabatur eiusque cultum studiose propagabat. Animo humili, constanti, patienti operum suorum socios instituit, per quos ea multiplicarentur, adeo ut, quemadmodum Iosephus Cottolengo fuisset caritatis exemplar, Iosephus Cafasso cleri Taurinensis magister, Leonardus Murialdo christianae rei socialis exstiterit praeceptor eximius, ac praeterea filiorum e Congregatione sua parens suavissimus. Is igitur, qui tot subiit labores, tot ardua patravit, tanta commoda Ecclesiae hominumque societati attulit, cui ((vivere Christus » fuit, « mori lucrum » non immerito est arbitratus.[2] Morbi molestiis libenter toleratis et Ecclesiae Sacramentis rite acceptis, inter collacrimantes sodales die trige-

[2] Cfr. ***Phil.*** 1, 21.

sima mensis Martii anno nongentesimo Augustae Taurinorum ex huius saeculi caligine ad inenarrabilem caelestis aulae lucem piissime transiit. Cui ingens multitudo, virtutum eius et operum praedicans exempla, parentavit. Percrebrescente autem post mortem fama sanctimoniae Famuli Dei, Causa de Beatorum Caelitum honoribus ei tribuendis coepta est agi ; atque post ordinarios, quos vocant, processus, Commissio introductionis Causae, apud Sacram Rituum Congregationem instituendae, die vicesima tertia mensis Novembris anno millesimo nongentesimo vicesimo primo a Benedicto Pp. XV, Decessore Nostro fel. rec, obsignata. Apostolicis deinde inquisitionibus absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus Venerabilis Leonardi Murialdo est disceptatum; quas, omnibus perspectis et expensis, a Famulo Dei heroum in modum cultas esse Ioannes Pp. XXIII, item Decessor Noster, lato Decreto die vicesima sexta mensis Aprilis anno millesimo nongentesimo sexagesimo primo edixit. Exercita postea quaestione de miraculis, quae eiusdem nomine invocato a Deo ferebantur patrata, omnique re in suetis comitiis diligenter exquisita, Nos die quinta mensis Octobris eodem anno de duobus pronuntiavimus constare. Unum igitur superfuit discutiendum, num Famulus Dei inter Beatos Caelites tuto foret recensendus. Quod quidem factum est. Purpurati enim Patres sacris Ritibus tuendis praepositi, Praelati Officiales Patresque Consultores id fieri posse cunctis sententiis affirmaverunt. Quorum exceptis suffragiis Deoque enixis adhibitis precibus, Nos die duodevicesima mensis Octobris anno millesimo nongentesimo sexagesimo tertio, ad Venerabilis Famuli Dei Leonardi Murialdo sollemnem Beatificationem *tuto* procedi posse ediximus. Quae cum ita sint, Nos, vota Piae Societatis a Sancto Ioseph, archidioecesis Taurinensis gentisque Italicae explentes, harum Litterarum vi et auctoritate Nostra Apostolica, facultatem facimus, ut Venerabilis Famulus Dei Leonardus Murialdo, sacerdos, *Beati* nomine in posterum appelletur, eiusque corpus et lipsana seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae Christifidelium venerationi proponantur, atque etiam ut eiusdem Beati imagines radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra concedimus, ut de eo quotannis recitetur Officium de Communi Confessorum non Pontificum cum lectionibus propriis per Nos approbatis et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis item probatis celebretur iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in archidioecesi Taurinensi, cuius intra fines Beatus ipse ortus est diemque obiit supremum ; itemque in

templis et sacellis ubique terrarum sitis, quibus Pia Congregatio a Sancto Ioseph utitur, ab omnibus Christifidelibus;, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, ab omnibus sacerdotibus, ad templa seu sacella, in quibus eiusdem Beati festum agatur, conve^ mentibus. Largimur denique, ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Leonardi Murialdo, servatis servandis, praedictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima auctoritate statuendis, intra annum, postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis nec non Decretis de non cultu editis ceterisque quibusvis contrariis. Volumus autem, ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Rituum Congregationis subscripta sint atque eiusdem Congregationis sigillo munita, etiam in iudicialibus disceptationibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione hisce ostensis Litteris, haberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub,anulo Piscatoris, die III mensis Novembris, dominica XXII post Pentecosten, anno MCMLXIII, Pontificatus Nostri primo.

$B HAMLETUS I. Card. CICOGNANI
a publicis Ecclesiae negotiis

III

Venerabilis Dei Famulus Vincentius Romano, sacerdos saecularis, curio Turris Octavae, seu vulgo « Torre del Greco », Beatus renuntiatur.

PAULUS PP. VI

Ad perpetuam rei memoriam. — Lumen sanctitatis, qua Dominus Iesus Ecclesiam suam velut nota distinguere voluit, iis ipsis affulsit aetatibus, quas inter se fortiter repugnantes poeta quidam christianus depinxit. Etenim saeculo duodevicesimi exeunte, ineunte undevicesimo, cum in Gallia primum, mox in Europa universa acerbae fierent commutationes rerum publicarum, Summisque catholicae religionis Magistris, Decessoribus Nostris invictae fortitudinis, vis inique illata esset subeunda, obscurissima futurorum exspectatione, lumen illud micare non desiit

in viris, quos a Dei providentia missos esse ad monitum, exemplum rerumque caelestium demonstrationem firmissime credimus. Horum quidem in numerum ut Ioannes Maria Vianney, Arsiensis ille curio, ita iure meritoque est collocandus Dominicus Vincentius Romano, sacerdos saecularis idemque curio in oppido Neapolitanae archidioecesis, cui hodie decretos Beatorum Caelitum honores sollemni ritu tribuimus. Is enim in Herculanensi agro et quidem in urbe, quae Turris Octava seu vulgo « Torre del Greco » nunc appellatur, die tertia mensis Iunii anno millesimo septingentésimo quinquagesimo primo, tenui natus familia, parentibus Nicolao Romano et Gratia Rivieccio, vitam fere omnem ibidem transegit; attamen in tanta generis humilitate opumque penuria, ut erat id temporis condicio plerisque incolarum, virtutem sublimem prae se tulit exstititque de illa terrae amoenitate, Tyrrheno mari montique Vesuvio adiacentis, velut flos venustissimus. Puerulus, mox altero nomine Vincentii appellatus, postridie quam natus est, pro laudabili religiosae cuiusvis familiae more, e sacro baptismatis fonte renatus est. Atque cum rationis factus est compos, ingenio ad bonum inclinato visus est praeditus, eaque, quae viri esset, mentis maturitate. Deus quippe -— ita ei, quem recta fides illuminat, licet existimare — Famulum longa quasi via ducebat, ut se quaereret invitantem vocantemque sequeretur. Ita factum est ut puer, litteris doctrinisque iam aliquid tinctus, sacrum Neapolitanorum iuvenum ephebeum ingredi exoptaret, ut se ad munia sacerdotalia quam optime componeret. Sed ei non defuerunt in consilio assequendo impedimenta : pater enim, uno praediolo rusticaque quadam procuratione familiam cum aleret, filio aurificis artem esse exercendam censebat, eo praesertim quod natu maximus filius religiosam vitam in ((Congregatione Presbyterorum doctrLnae christianae » professus iam erat ; Antistes vero Neapolitanorum, qui tot esse sciebat in suo Seminario ex Turre Octava ortos alumnos, metuens ne numerus recto morum cultui officeret, eius postulationi a primo restitit, ac tantum, nobili viro deprecatore, votum benigne explevit. Adulescentem, qui in suo itinere retardatus, Ignátianae etiam Societati nomen dare cogitaverat, primis diebus post ingressionem flentem invenerunt : eratne domus suorumque desiderium? Ille negavit, siquidem lacrimae ob animi laetitiam effundebantur, gratissimamque in Deum voluntatem, tam magni beneficii largitorem, declarabant. Quidam condiscipulus eum ovem appellavit subtristem, verum singularis nominis causa a remissione itemque gravitate erat repetenda. Singulis fere diebus, quod tunc in more non erat, ad eucharisticum pabulum accedens,

mirabilem cursum progressionemque ad virtutes- confecit : impensa praestabat pietate, eratque aequalibus ob doctrinarum studium oboedientiaeque diligentiam imitandum exemplar. Eam quippe in opinionem venerat, ut moderatorum iussu rudiores etiam docendi munus susciperet atque aliorum adulescentium globo praeesset. Id temporis in illo religionis domicilio praecepta et exempla Sancti Alfonsi de Ligorio praesentissima vigebant eademque suo animo altius impressit Vincentius, quem ceterum constat consilio etiam et opera Mariani Arciero, Venerabilis Famuli Dei, usum esse toto sacri tirocinii tempore. Demum anno millesimo septingentésimo septuagesimo quinto, die proximo ante sollemne SS.mae Trinitatis, florens aetate, virtute instructus, sacerdotio est auctus, quod multos per annos ardenter appetierat. Nec multo post Neapoli ad suum oppidum reversus est, ut ibi « bonus miles Christi »[1] laborem iniret et ministerium. Res quidem spem non fefellit exspectationèmque, quae magna sane erat omnibus qui eum noverant. Duo autem munera, quibus protinus praecipuam alacremque dedit operam, vitae magistrum morumque formatorem cuivis veluti ob oculos proponunt. Totus enim fuit in pueris excipiendis, quos assidua industria nulliusque lucri causa ad se vocabat, ut cum humanarum disciplinarum praeceptis tum praesertim religiosa doctrina erudiret. Potiorem vero huiusce institutionis atque navitatis partem clericis Turris Octavae tribuebat, quos multos ad sacerdotium perduxit, cum iis toto studiorum curriculo a grammatica e rudimentis ad altiores usque sive iuris sive moralium divinarumque rerum scholas affuisset. Quod alterum suscepit officium, ad populum pertinebat, quem crebris orationibus, et in ecclesiis et in foris vicisque habitis, ad scientiam fidei christianae christianaeque vitae integritatem solebat cohortari. Rustico sacello religiosaeque cuidam sodalitati praepositus, quin operam auxiliumque in urbana etiam paroecia Sanctae Crucis conferret numquam recusavit. Testes omnes una consensione eum non solum verbi Dei, sed etiam Paenitentiae Sacramenti administrum impigram, constantem, nimia quaeque refugientem praedicant. Nulla in eo fuit personarum, ut aiunt, acceptio; quodsi quem maiore quam reliquos caritate est prosecutus, is certe miser pauperque fuit! His de causis nihil prorsus admireris, quod curio illius, quam supra diximus, paroeciae, aetate provectus, alii cum esset sacerdotes, Vincentium ut laboris socium primumque adiutorem sibi voluit asciscere. Quod quidem arduum fuit, cum nullae amicorum preces ne-

[1] *2 Tim.* 2, **s.**

que populi fidelis vota ad munus suscipiendum eum adducerent. Sibi plane conscius quantum oneris in animorum cura inesset, diu perstitit annuere, ac tantummodo oboedientiae causa ad eiusmodi officium est inductus. Nec alium se praestitit tum quando, anno scilicet millesimo septingentésimo nonagésimo nono, in demortui curionis locum suffectus est. Facile autem intellectu est ut Praepositum curionem magis magisque eum in animorum salutem procurandam incubuisse, suasque sive corporis sive animi vires quasi multiplicasse. Ac primum illius paroeciae, recens quidem canonicorum collegio auctae, princeps sedes idest ecclesia reficienda erat, quoniam saxis percussa pumicibusque Vesevi saevissimi corruerat. Quae si amplior et splendidior surrexit, id Famulo Dei velut auctori est tribuendum, qui totius operis curam suscepit. In eadem luctifica Vesuvinorum ignium eruptione aliae etiam clades, nihilo minores, fuerunt, easque sarcire, lugentium filiorum pater ac solator, ipse studuit. Sed longum est omnia incepta recensere, quae plurima ac saluberrima universo Herculanensium fidelium gregi aggressus est. Curio, vere « omnibus omnia factus »,[2] in egenis sublevandis, in invisendis aegrotis, in pueris excolendis, in omnibus denique pro munere iuvandis plurimum operae insumpsit, numquam suo commodo serviens suique paene oblitus. Nempe quae iam timida quasi ovis visa erat, in « equum indomitum », in « leonem fortissimum », ut gravium testium verba proferamus, divinae gloriae causa sese verterat. Nostra autem interest id memorare, qua scilicet mente atque sollicitudine ad opificum condiciones attendent. Aequitatis observantissimus, non solum quas ipse operas conduxerat, iis pactam mercedem ad diem persolvebat, sed ut ceteris etiam opificibus prompte daretur curabat. Hac de re unum sufficiat meminisse: in usu tum erat coralliorum piscatio, quam artem, utpote cum esset lucri haud modici fons, plurimi factitabant oppidani. Navigiis ad id negotii ornatis prodibant in altum multasque menses aberant humiles piscatores ; post reditum autem periculum erat, ne fructu, qui labore ac sanguine steterat, fraudarentur. Tum venerabilis vir, ut antea familiis patre absente subvenerat, ipsisque nautis sacerdotem comitem adiunxerat, ita iuris defensor mutua inter negotiatores et operas officia urgebat, cum moralis disciplinae peritos ea tota de re sententiam rogavisset. Memores quidem huius sanctae industriae, quam vere « apostolatum maris » dicere possumus, piscatores Turris Octavae summa gratia eum semper sunt prosecuti. Cura autem paroeciae non ea erat, ut

[2] ***1 Cor.*** 9, 22.

illum abstraheret a totius Ecclesiae condicione cogitanda. Cum in .vincula Pius PP. VII esset coniectus, queribunda voce dicere auditus est : «Petrus in carcere detinetur» atque, ut olim ab Ecclesia primaeva ((oratio fiebat sine intermissione »[3] ut Apostolorum princeps optata frueretur libertate, ita tum curiati omnes Sanctae Crucis preces fundebant ad Deum, ut Petri successor suae Sedi restitueretur. Ceterum illa tempestas, regno utriusque Siciliae turbulenta, multum huic viro attulit difficultatis doloresque effecit varios. Temporibus enim sive Parthenopeiae reipublicae, sive diuturnae terrae occupationis, a Gallis factae, sive demum motuum a carbonariorum secta — ut appellabatur — concitatorum, crimine laesae civitatis, quasi patrio amore careret populoque adversaretur, insimulatus est eiusque effigies est combusta. Atque etiam, ne quid fortitudini deesset ac virtuti, quae rebus adversis exercitata se roborat, acerrimis corporis doloribus est oppressus. Nam extremis vitae annis femoris fractura laboravit, ex qua claudicans duobus etiam crurum vulneribus est paene confectus. Attamen suam sollicitudinem non remisit neque curiale deposuit officium, id timens ne Dei obsisteret voluntati. Ita auxilio et opera nepotis usus, qui postea Episcopus Isclanus dictus est, in prima velut acie senex venerandus maluit perstare. Vergente autem anno millesimo octingentesimo tricesimo primo, tempore novendialis supplicationis nato Christo celebrando, gravi peripneumonia correptus est ac die vicesima mensis Decembris eodem anno, cum sive populo sive clero vitae exemplis, testamenti verbis, ipsa morbi perpessione praeluxisset, dulcissima enuntians Iesu et Mariae nomina, de terrestri vita migravit, novam aeternamque initurus. Cum autem sacri aeris tinnitus tristissimum mortis nuntium undique circa attulit, continuo tota civitas, quasi amantissimo parente sibi videretur orbata, vehementi est perculsa dolore atque catervatim domum curionis contendit, ut corpus exanimum inviseret, quod brevi post, sollemni funere elatum, honesto est conditum loco. Interea praeclarae fama sanctimoniae prope longeque percrebrescebat, eamque Deus miraculis visus est comprobare. Quapropter Causa de Beatorum Caelitum honoribus eximio huic curioni deferendis coepta est agi, atque post ordinarios, quos vocant, processus, Commissio introductionis Causae, apud Sacram Rituum Congregationem instituendae, a Gregorio PP. XVI, Decessore Nostro, die vicesima secunda mensis Septembris anno millesimo octingentesimo quadragesimo tertio obsigñata. Apostolicis deinde

[3] *Act.* 12, 5.

inquisitionibus absolutis, de virtutibus theologalibus et cardinalibus Venerabilis Vincentii Romano est disceptatum ; quas, omnibus perspectis et expensis, a Famulo Dei heroum in modum cultas esse Leo PP. XIII, item Decessor Noster, die vicesima quinta mensis Martii anno millesimo octingentesimo nonagésimo quinto edixit. Exercita deinde quaestione de miraculis, quae, eiusdem nomine invocato, a Deo ferebantur patrata, omnique re in suetis comitiis diligenter exquisita, Nos die quinta mensis Octobris anno millesimo nongentesimo sexagesimo tertio de duobus pronuntiavimus constare. Unum igitur superfuit excutiendum, num Famulus Dei inter Beatos Caelites tuto foret recensendus. Quod quidem factum est. Purpurati enim Patres sacris Ritibus tuendis praepositi, Praelati Officiales Patresque Consultores id fieri posse cunctis sententiis affirmaverunt. Quorum exceptis suffragiis Deoque enixis adhibitis precibus, Nos die duodevicesima mensis Octobris anno millesimo nongentesimo sexagesimo tertio ad Venerabilis Famuli Dei Vincentii Romano sollemnem Beatificationem *tuto* **procedi posse ediximus. Quae cum ita sint, Nos, vota Dilecti Filii Nostri Alfonsi S.R.E. Presbyteri Cardinalis Castaldo, Archiepiscopi Neapolitani, atque curionis fideliumque paroeciae Sanctae Crucis, necnon sacerdotum utriusque cleri, civilium magistratuum incolarumque omnium Turris Octavae libentissime explentes, harum Litterarum vi atque auctoritate Nostra Apostolica racultatem facimus, ut Venerabilis Famulus Dei Vincentius Romano, sacerdos saecularis,** *Beati* **nomine in posterum appelletur, eiusque corpus et lipsana, seu reliquiae, non tamen in sollemnibus supplicationibus deferendae, publicae Christifidelium venerationi proponantur, atque etiam ut eiusdem Beati imagines radiis decorentur. Praeterea eadem auctoritate Nostra concedimus, ut de. illo quotannis recitetur Officium de Communi Confessorum non Pontificum cum lectionibus propriis per Nos approbatis, et Missa de eodem Communi cum orationibus propriis item probatis celebretur iuxta Missalis et Breviarii Romani rubricas. Huiusmodi vero Officii recitationem Missaeque celebrationem fieri dumtaxat largimur in archidioecesi Neapolitana, cuius intra fines Beatus ipse ortus est diemque obiit supremum, nempe in cunctis eiusdem templis et sacellis, ab omnibus christifidelibus, qui horas canonicas recitare teneantur, et, quod ad Missas attinet, a sacerdotibus omnibus, ad templa seu sacella, in quibus eiusdem Beati festum agatur, convenientibus. Largimur denique, ut sollemnia Beatificationis Venerabilis Vincentii Romano, servatis servandis, supra dictis in templis seu sacellis celebrentur, diebus legitima potestate statuendis, intra annum,**

postquam sollemnia eadem in Sacrosancta Patriarchali Basilica Vaticana fuerint peracta. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis nec non Decretis de non cultu editis ceterisque quibusvis contrariis. Volumus autem, ut harum Litterarum exemplis, etiam impressis, dummodo manu Secretarii Sacrae Bituum Congregationis subscripta sint eiusdemque Congregationis sigillo munita, etiam in iudicialibus disceptationibus, eadem prorsus fides adhibeatur, quae Nostrae voluntatis significatione **hisce ostensis Litteris, haberetur.**

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVII **mensis Novembris, Dominica** XXIV **post Pentecosten, anno** MCMLXIII, **Pontificatus Nostri primo.**

✠ H**AMLETUS I. Card.** C**ICOGNANI**
a publicis Ecclesiae negotiis

ALLOCUTIONES

I

Habita in Petriana Basilica, ab ipso Summo Pontifice quattuordecim Sacrorum Praesulum e variis terrarum orbis regionibus episcopali consecratione peracta, cum dies celebraretur sacris Ecclesiae Missionibus iuvandis. *

Venerabiles Fratres et dilecti filii,

Animi Nostri attentionem ne praetereat, admirationis Nostrae expers ne sit, neve celebratione Nostra careat sacrum mysterium, quod per ministerium Nostrum nunc feliciter peractum est. Modo rite consecra vimus vos, Venerabiles Fratres, Episcopos Sanctae Ecclesiae Dei, eveximus sane vos e presbyterali ordine ad sacrae hierarchiae fastigia, ubi inest plenitudo potestatum; quarum alterae efficaciter spectant sanctificationem animarum, alterae virtualiter moderationem christiani populi. Hoc facientes, impressimus vobis sacramentalem notam, quam characterem vocant, modo quo maior fieri nequit, ut ad similitudinem Christi reapse configuremini.

Hoc mysterium eo sane pertinet, ut transferat non solum imaginem, sed virtutem etiam Christi praecelso gradu, quem ipse Ecclesiae suae

* Die 20 Octobris mensis a. 1963.

impertivit, ita ut haec non tantum viveret, sed accrescerei, amplificaretur, exstrueretur *ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem Corporis Christi,* **quemadmodum vehementius dicit Sanctus Paulus.**[1] **De mysterio agitur, ut ita dicamus, vegetaminis semper virentis arboris Christi. Ex ea, vite vera, nova virgulta gemmarunt, quae quidem idonea sunt ad novas fundendas frondes, ad novos parandos fructus, mysticae scilicet vitis. De mysterio agitur, quo defluit in nos supernaturalis vita : haec manat a Deo Patre, permanet in Christo,** *in quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter,*[2] **et a Christo proficiscitur in Apostolos, quos elegit et potestatibus munivit et instruxit aptis ad perpetuitatem salvificae suae missionis in orbe terrarum cuncta per saecula. Breviter elucet hic mysterium notae quam apostolicitatem vocant, ostendens arcanum consilium seu oeconomiam nostrae salutis, quod Deus in aeternitate concepit et per hominum ministerium decurrente tempore in rem deducit. Pertinet idem ad vitale robur et ad perpetuam continuationem Ecclesiae, ad eius progressiones, quae saepius tardae et laboriosae, at in praesens extemplo apparent uberes et iucundae oculis nostris, qui laetabundi earum tenentur admiratione.**

Legitimae successionis apostolicae numquam fractae catenae novi adiciuntur anuli, et quasi ex transverso spectabilem se praebet universa historia Ecclesiae ex remotis aetatibus emergens, veluti canales ineffabilis misericordiae Dei. Aperitur autem nobis alia visio, quae si singulae ibi partes dignoscuntur, indistincta cernitur, sed in granditate lineamentorum suorum plane patescit; visio videlicet, quae prospicit post futura, ea omnia quae a sacro ritu a Nobis nunc peracto consequentur, id est vitam Ecclesiae, quae attingit et complectitur subsequentes hominum aetates.

Quid sumus nos, quippe qui non spectatores sed effectores tam ampli et benefici consilii divini facti simus? Cur actio caelestis in hominum vitam per saecula influens, ad nos ipsos pertingit? Oh ! merito unusquisque nostrum potest exclamare : *Longe Dominus apparuit mihi. Et in caritate perpetua lait Dominus'] dilexi te : ideo attraxi te miserami*

Gemino autem sensu animus Noster afficitur : humilitate, qua com-

[1] ***Eph.*** 4, 12.
[2] ***Col. 2,*** 9.
[3] ***Ier.*** 31, 3.

pellimur ut nos abiciamus prosternamusque, ineff abilem actionem divinam considerantes et verba Sancti Petri ad Iesum facta repetentes : *Eœi a me, quia homo peccator sum;* [4] **deinde fiducia, scilicet virium et laetitiae impulsione, quia verba augustae Virginis Mariae iteramus :** *Fecit mihi magna qui potens est.* [5]

Qui quidem animi sensus et exacuuntur et congruenter declarantur, si rationem habemus temporis et loci, in quibus nunc versamur. Quod enim tempus aptius esse poterit, Venerabiles Fratres, ad commonendos nos, ut meditemur ac celebremus mysterium illius notae qua Ecclesiam praedicamus Apostolicam, quam id, quod in praesenti transigimus? Cras mirabili illi coetui Patrum Ecclesiae Catholicae accensebimini, qui Concilium Oecumenicum appellatur et ipsa natura sua et maiestate perennem successionem apostolicam luculenter manifestare et sodalibus, qui ei intersunt, atque toti orbi terrarum praebere videtur documentum certissimum Christi per saecula viventis. Feliciter etiam contingit, ut gravis idem conventus ad ipsam Ecclesiam Dei cogitationes tractationesque omnes convertat.

Praeterea evenit vobis, ut consecrationem hanc, qua Apostolorum successoribus inserimini, accipiatis per sacrum ministerium Nostrum, amplissimum et verissimum, licet ab humili successore Sancti Petri vobis conferatur, cui promissio evangelica Novi Testamenti facta est : *Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.* [6] **Ita sane fit, ut quasi sensibiliter percipere possitis manum vestram comprehendi non quidem a Nobis neque, si proprie loquamur, a Sancto Petro, sed ab ipso Christo, Deo Sanctissimo et Omnipotenti, auctore divino Ecclesiae, et veluti** *lapides vivos* [7] **vos superaedificari super fundamentum Domus Dei, quae est Ecclesia. Quanto autem solacio animi vestri perfundentur, Praesules ad munus episcopale consecratione nunc asciti, si animadvertentis vobis obvenire potestates Regni Dei, Christo operante per humilem personam Nostram, heredem muneris Principis Apostolorum cui claves Regni caelorum traditae sunt.**

Quodsi, ut ait Sanctus Ambrosius Novatianos, aequales suos, obiurgans : *Non habent enim Petri hereditatem, qui sedem Petri non habent,* [8] *quanto magis huiusmodi hereditas penes vos erit, qui ab ipsa eius Sede,*

[4] ***Luc.*** 5, 8.
[5] ***Luc.*** 1, 49.
[6] ***Matth.*** 16, 18.
[7] Cfr. ***1 Petr,*** 2, 5.
[8] ***PL*** XVI, 496.

iiic ad sepulchrum eiusdem, hic, ubi continenter vivit, sacrum thesaurum dignitatis et potestatis apostolicae accipitis. Profecto communione cum Petro, quam sollemni ratione hic professi estis quaeque in vobis viget, apertissime et verissime germana nota apostolica comprobatur.[9]

De hoc certissimo argumento, animos roborante, laetemini oportet, hinc opera vestra hauriant vigorem. Quod vel magis continget, Venerabiles Fratres, eo quod consecratio episcopalis, quam modo vobis contulimus, firmatur et fulcitur mandato sollemni Iesu Christi, quod definitur et ad effectum adducitur mandato canonico, a Nobis ipsis vobis dato et his verbis significantibus Divini Magistri aliquomodo expresso : *Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti: docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis.*[10]

Quamobrem sacer ritus, modo peractus, non solum animos sanctificavit vestros vosque aptos reddidit ad eos supernos actus eliciendos, quibus vita Christi in Ecclesiae corpore alitur ac fovetur, sed etiam prae se fert mandatum, formam describit pastoralis ac missionalis navitatis, atque veluti ministerium evadit pro hominibus, qui omnes ad Evangelium et ad sempiternam assequendam salutem divinitus vocantur. Nota apostolica igitur qua estis insignes, sacrum expetit apostolatum. Quod quidem praeceptum censendum est atque vis impellens, cui obsequi oportet, nulla habita ratione propriae infirmitatis et quovis depulso timore externarum difficultatum. Iam agitur de officio, a quo numquam fas erit discedere. Ad rem quod attinet, rursus opportune cadunt Sancti Pauli Apostoli monita : *Vae enim mihi si non evangelizavero!*[11] **Quibus monitis prorsus consonare videntur verba illa ab Apostolis Petro et Ioanne prolata, cum recens condita Ecclesia in urbe Hierosolyma primum oppugnata est :** *Non enim possumus quae vidimus et audivim,us non loqui.*[12]

Ita loqui eos addecet, qui, ut vosmet ipsi hodie, pienissimo iure « testes fidei » constituti sunt.

Quae breviter attigimus, si bene perpendantur, eiusmodi sunt, ut in sua luce ponere valeant internam eamque impellentem virtutem evangelicae praedicationis, vel officii pastoralis atque missionalis onus, si hodiernam dicendi rationem magis usurpare placet. Evangelica prae-

[9] Cfr. Journet, 1, 657.

[10] *Matth.* 28, 18-19.

[11] *Cor.* 9, 16.

[12] *Act.* 4, 20.

dicatio suapte natura ad Ecclesiae vitam pertinet ; non enim agitur de actione fortuito eveniente, sed de precipuo Ecclesiae officio, quod postulat, ut in id exsequendum omnes eius vires impendantur.

Haec attenta consideratione digna plane videntur, hodie praesertim, cum dies celebretur sacris Ecclesiae missionibus iuvandis destinata.

Liceat igitur Nobis debitas Omnipotenti Deo grates persolvere, cuius beneficio contigit, ut faustissimo hoc die Nos novos ipsius regni apostolos consecraverimus ; item Nobis liceat, dilectissimi Fratres, vos, qui Catholicae Ecclesiae praecones ac missionarii estis, vel Apostolicae Sedis personam apud nationes geritis, fraterno gratoque animo excipere ; liceat denique optima vota facere pro sacro ministerio mox vobis obeundo; quae vota, dum ad mundum, cui destinati estis respicimus, hostilem quidem et infidum, sed simul etiam supernae gratiae veritatisque appetentem atque indigentem, hisce verbis significamus, quae ad fiduciam et ad fortitudinem animum erigunt : *Nolite timere, pusillus grex.*[1]* **Omnem igitur timorem pellite. Fidenti animo progredimini. In apostolica rupe fundati, omnia vobis audere licet intra ecclesiasticae normae fines, omnia sustinere, omnia operari. Christus enim vobiscum erit.**

Quorum caelestium munerum pignus esto Apostolica Benedictio quam vobis paterno fraternoque animo impertimus, et quam ad patrias vestras vostrasque religiosas familias, nec non ad sacri ministerii campos apostolico labore vobis excolendos pertinere exoptamus.,

II

Exc.mis Praesulibus et clarissimis Viris e Consilio Generali Internationali Sodalitatis « Pax Christi » nuncupatae, Coetui Romae interiuturis. *

Vénérables Frères et cher s fils,

Votre eminent interprète l'a dit très justement : le Mouvement *Pax Christi* **est loin d'être un inconnu pour Nous. Nous l'avons suivi depuis sa fondation, et lui avons, à plusieurs reprises — notamment lors de son Congrès d'Ensiedeln, en 1954 — transmis les directives et les encouragements de Notre grand Prédécesseur le Pape Pie XII.**

[15] ***Luc.*** 12, 32.

* Die 26 Octobris mensis a. 1963.

C'est vous dire que votre visite est accueillie ici avec joie et que vous pouvez être assurés d'avance de trouver auprès de Nous tout l'appui et le soutien qui vous paraîtraient nécessaires à l'heureux développement de votre Mouvement.

Fidèles à la mission que l'Eglise vous confiait, il y a une douzaine d'années, vous avez eu à cœur de vous mettre au service de la « seule vraie paix », dans un esprit authentiquement chrétien. Et estimant à juste titre que seul l'épiscopat, uni au Pape, pouvait garantir la sûreté doctrinale d'une action commune des chrétiens pour la paix, votre premier souci a été de vous appuyer sur les Evêques. On peut dire que *Pax Christi* **a rendu ainsi hommage à l'épiscopat, dont la place dans l'Eglise est mise en si vive lumière aujourd'hui par l'imposante assemblée œcuménique. Nous nous plaisons à vous en féliciter.**

